ualentinianus Ro. Pontif. maximus 111.b. Placidę filius nascitur 91.a Imp. Rom. 87.a.& 182.c XXXVIII regnat 200.b cũ Theodosio regnat 91.a per Theodosiũ Cæsar declaratur 91.c.& 204.b Augustus appellat 91.c fratri orientis imperiũ dedit 207.b Augustus Theodosij principis filiã uxorem accepit 92.d.& 202.d Ioannem tyrannum extinxit 204.b regno restituitur 203.b Hunos per Aetium & Patriũ superauit 204.b cum Attila pacẽ fecit 205.a Aetium occidit 205.b ab amicis Aetij in campo occiditur ibid. Imperator apoplexi moritur 88.a.182.d.& 202.d à suis Romæ est interfectus 94.d.& 205.b Imperator tædio uitæ laqueo uitã finiuit 89.c.182.d.& 187.b dolo Arbogastis suspendio periit 203.b
ualentiniani nimia fuit seueritas 87.a
ualerius Cõsul, tam paupermortuus est, ut publico sumptu sepeliretur 55.b P.& Spurius Lucretij Cõsules 174.c L. Consul Rom. 174.d 175.a L. Potitus Cons. Rom. 175.c M. Coruinus Consul Rom 175.b M. Publicola Consul Rom. ibid. M. Leuinus Cõsul Rom. 174.a L. Flaccus Consul Ro. 176.b.c & d.& 175.d M. Consul Rom. 177.b C. Flaccus Cõs. Rom. 177.a & Iustinian9 Cõsules 185.
ualeriam filiam Diocletiani Galerius uxorem duxit 82.c
ualerianus Imp. Rom. 181.a cũ Gallieno imperat 81.a.& 199.a Imperator Romanus commota persecutione in Christianos, à Sapore rege Persarum captus seruilem senectutem transegit 18.b.& 181.a martyrio coronatur 196.d.& 198.a & d
uallum in Britannia duxit Seuerus 79.c (165.d
ualli Thelinæ insidiæ
uandali Gallias intrant 90.b.183.a & 203.d exclusi à Gothis de Hispanijs redeũt ad Africam 91.d.& 204.b redeunt ad Africã 183.b Hispanias occupãt 90.b.183.b.& 203.d Romã usque perueniũt 95.a pacẽ cum populo Romano habent 92.b pacẽ petũt à Theoderico rege 184.b pacem faciũt 206.a (rex 52.a
uaphres Aegyptiorum
uaradinẽsem Episcopũ capite truncat Gritti 167.d
uarari Cons. Rom. 183.d
uarronianus Cons. Romanus 182.b
uarus Poëta illustris habetur 89.b
Vberlingam Episcopus Constantiensis profici scitur 163.b
udalricus Vuirtẽbergensis dux Reutlingam adoritur 160.a Vuirtẽbergensis dux patriam recuperat 167.b Augiensis cœnobij Abbas 220.c & d Abbas obijt 216.d Episcopus efficitur 215.b
Velcurionem terræmotus exagitat 167.a
uecta insula Romano imperio adiecta p Vespasianum 193.b
uedastus obijt 207.d
ueiẽtes uicti à Tullo Hostilio 49.b uicti à Romanis 46.b
uenanti9 Cõs. Ro. 184.a iunior Cõs. Ro. 166.d
ueneris templum Romę factum ab Hadriano 77.a.179.c.& 196.b
uenetia redacta in potestatem Langobardorũ 100.c
ueneti nonnullas urbes in Dalmatia capiũt 120.c cũ Turcis fœdus ineũt 147.a cũ Florẽtinis bellũ suscipiũt aduers9 ducem

ducem Mediolanensem 134.c regnum Cypriũ obtinent 143.d confligentes cum Gallis, uincuntur 152.b Constantinopoli magistratum habent 147. cum bellum Turcis XVI annis gessissent, tandem fœdus ineunt 145.c Patritij ambitus damnati 138.b à Ioanne Constantinopolitano Imperatore accipiunt magnam partem crucis dominicæ loco pignoris 125.a Laudam & Placentiam occupant 136. a Corinthum & Cretam capiunt 124.a Ferrariam occupant 128.b uenetorum potentia diuinis oraculis prænuntiata 103.d ueneti plurimi fame perierunt 164.a magnã uim pecuniæ numerãt Carolo 164.a uenetorum auxilio Galli Neapolim obsident 163.d ducis nothus Gritti 167.d quędam insignia impetrata à Põtificibus 121.d cum Florentinis societas 130.a uenetis multa ablata q̃ possederant antea iure belli 152.c uentidius primo Romanorum Parthos superat 66.c uenustus Consul Romanus 180.c & d uergilius Maro nascitur Mantuę 66.a.& 192.b Cremonę studijs erudi tur 66.b.201.b Mediolanum pergit 66.c Augusti tempore floruit 177.d moritur Brũdusij 69.a uergilij Epitaphiũ 69.a ossa Neapolim trãsferuntur 69.a uergini9 L.Cons.Rom. 175.b T. Cons. Rom. 175.d uermiculum institutum à Phœnice 25.b uernia Augusta socrus Zenonis 69.b uerona recuperata à Maximiliano 152.c uerus Cons.Rom.179.b uespasianus Cæsar Rõ. 74.b.178. pag.2. & 19. b.19.d incẽlum Capitolium ædificare orsus 74.b.& 176.pag.2. duob. prędijs uincit Iudęos 74.b magister militię plurimas urbes Iudęę cepit, missus à Nerone 193.b dux militiæ aduersus Iudęos rebellantes, missus 194.d multas urbes Iudęę cepit 74.a moritur profluuio uẽtris 178.pag.2 uespasiani templũ Romę factum 74.d.178. pag.2.& 198.a uerrius M.Flaccus Grãmaticus floruit 70.b uestę ędes domo coæquantur incendio 61.b & 79.a tres uirgines ob stuprum damnatæ 75.a.& 195.b uestalis uirgo in stupro detecta uitam laqueo finit 60.d uirgo dephẽsa in stupro, interficitur 60.d uirgo corrupta suasemanu inficit 61.c uestales uirgines uiuæ defossę, ob stuprũ 61.d uestitiũ oppidũ cõmunitũ contra Turcas 142.b uesuuius mons uicinas urbes incendit 74.d uetranio Imp. Ro. fact9 85.c (giũ insigne 85.c uetranioni detrahit̃ reuetus Cons.Rom. 161.a ueturius capitur 64.c T. Geminus Consul Rom. 175.a T.Caluinus Cons.Rom.ibid b magister militiæ Christianos persequit̃ 82.d uetusius T.Cons.Rom. 274.d L.Cõs.Ro. ibi. Vgutio tyrãnus Pisanorum & Lucensiũ 128.d uia Appia ab Appio Cęco 191.b (gros 175.c uię publicæ tactæ per auiator Cons.Rom. 184.c uibius Maxim9 designatus Quęstor agnitus à domino suo 67.b uicẽnalia Cõstãtini Romæ acta 83.d.& 200 b uicecomites Mediolanẽ se impiũ tenuêre 126.d uictimas primus Cecrops immolauit 2.d uictor Episcopus Rom. 79.a.& 197.b II Pontifex Rom. 119.a III Pontifex Rom. 119.d falsus Pontifex à Friderico primo creat9 122.a Papa Romę martyrio coronatur 196.d Mediolani martyrio coronatur 200.c Massiliæ pro Christo passus est ibid. in castro Solodoro pro Christo passus 184.d Capuan9 Victorij arguit errores 207.b hausto ueneno in sacro calice interijt 119.d filius Maximi tyranni ab Arbogasto interficitur 89.b & 203.b uictoris episcopi Romani extãt de religiõe uolumina 79.a uictorin9 episc. Amiternę passus 195.a pass9 sub Domitiano ibid.

Victo-

Victorinus Rhetor claruit 164.a.& 202.a. Afer Rhetoricam Romę docet 85.c. Afer Romæ ſtatuã in foro Traiani meruit 85.d. Romę paſſus pro Chriſto 200.b
uictorius Paſchalem circulũ mendoſe inchoat 205 b
uictoria uirgo coronat martyrio 198.d (164.c
uiennam obſidet Turca
uiennæ conuentus regum quorundam 159.a trabs ignita & iris portentũ hominibus præſtitit 160.b. Turca cedere cõpulſus eſt 166.c
uiennenſes ac nobiles Ferdinandus princeps ſecuri percuſsit 161.a
uigilius Pontifex Rom. 98.d. & 207.a. epiſcopus Romanus in exilio moritur 99.d
uiliacũ Germaniæ urbs terræmotu corruit 130.
uillacum Carinthiæ ciuitas igne abſumit 161.d
uillibrodꝰ q & Clemens dictꝰ, Epiſcopus ordinatur 194.b (176.b
uillius P.Conſul Rom.
uiminalis mõs urbi adiectus per Seruium Tullum 52.b.& 189.d
uincẽtius Diaconus paſſus pro Chriſto 196.d. & 200.b. ordinis Prædicatorum relatus inter Sanctos 137.c
uincislaus frater Sigiſmundi Imp. rex Bohemorum 134.b. Imperator ab Electoribus eſt imperio depoſitꝰ propter laſciuiam & ſegnitiem 133.a. aliquot annis cum patre Carolo regnans, tandẽ regnat ſolus 131.d
uincomalus Conſul Romanus 133.c
uincula & carceres excogitati à Tarquinio Superbo 54.a
uindelicia Romana prouincia facta à Tiberio 69.b
uindelici uicti à Tiberio Cæſare 69.c
uineis pluuiæ nocuerũt 168.b
uinianus Conſul Rom. 183.d
uinitius C. Conſul Ro. 175.c. M. Conſul Ro. 178.pag.1
uiſellius Conſul Rom. 173.pag.1.
uitalis Conſul Rom. 183.a. Epiſcopus Antiochenus 84.b.& 201.b
uitalianus aduerſus Anaſtaſiũ rebellat 204.c occiditur ibid.c. Papa Rom. 209.c
uitellius Cæſar Romanus 74.a. 178.pag.2.& 192.d. occiſus à ducibus Veſpaſiani in Tiberim deiicitur 74.b
uitellianus Campanus Pontifex Rom. 105.a
uitricus clarus multis documẽtis bellicis 93.
uitus & modeſtus pro Chriſto paſſi 200.c
uiuariẽſe monaſterium extructum à Caſſiodoro Senatore 173.pag.2
uizones primus rex Aegyptiorum 183.b
Vladislaus rex Vngarorum diuortium facit cum Beatrice Aragonenſi 154.a. Bohemorum rex Vngariam obtinet 152.b. rex Vngarorum ducit uxorem filiam Gandalã Vaſconis 154.a
ulpianus iureconſultus aſſeſſor Alexandri 80.b. 180.c.& 198.c
ulfula dux Honorij contra Conſtãtinum 90.b
ulrichus Huttenus moritur 161.d
ulyſſes quo pacto Scyllam fugerit 33.d.(59.c
Vmbri uicti à Romanis
Vocontiorũ Bernæ diſputatum eſt de Sacramento panis 163.d
uolaterrani in ditionem Florentinorum perueniunt 131.b
uolcatius L. Conſul Romanus 177.c
uoldumianus Conſul Romanus 181.b
uontienns Montanus Orator, relegatus à Tiberio in inſulas Baleares, moritur 70.d
uologeſus rex Parthorũ populatur prouincias Romanas 78.a. 196.d
uolſci ſubiecti Romano imperio per Tarquinium Superbum 54.a
uolumnius L. Conſ. Romanus 175.c. P. Conſul Romanus ibid.a
uoluſianus Imperator Rom. 181.b. Interamnæ interfectus ibid.
Vphir filius Iectan 6.a
upſalienſis Archiepiſcopus proditurus erat patriam 159.d
upſalẽſem Archiepiſcopum contra arma mouet Steno Sture inter rex Suetiorum 159.d
Vrbanus Epiſco. Rom. 80.b. & 198.a. II. Pontifex Max. 120.a. III. Langobardus Pontifex Rom. 123.a. IIII. Põtifex regnũ Siciliæ Carolo Lud. regis Francorum filio cõceſsit 126.a

v Pontifex maximus 131.b Pontifex multos nobilium ad fidem Christi conuertit 198.a vi Pontifex maximus 131.d vi Pōtifex maximus inhumani ingenij sex simul Cardinales iussit necari ibid.d Romæ martyrio coronatur 198.a Consul Rom. 179.b.
urbica quædam Prisciliani discipula Burdegali lapidibus extincta est 89.b
urbinus dux nuptias celebrat cum filia Burbonensis 159.d dux pro parte Pontificis 163.b dux Pont. nepos 159.d
ursacius accusator Priscilliani communione ecclesiæ priuatur 89.b. 203.b
ursinus Pontifex Romanus 87.b.89.a.& 203.a
ursulus Tholensis celeberrimè in Gallia docet 178.pag.1
Vuacō inuadit regnum Langobardorum interfecto Thauto 97.a
uualachiæ quidā Vuayuoda ademit Poloniæ regi Poccuzeum comitatum 165.d
uuallia inuadit imperium parentis Ataulphi 90.d
ualtharius Langobardorum rex 78.c
uuarmannus Episcopus 217.d Episcopus obijt 218.a
uuayuodæ, Turcæ, Ferdinandi legationes de pacificanda Vngaria 168.b
uuayuoda recipit Budā 165.a apud Septem Castrēses Vngarorum copias detinebat 162.d comitatum Poccuzeū ademit 165.d
uuelffus Sueuigena dux Carentanus 204.a
uuerinherus Episcopus Burgundiones uicit 217.c Abbas efficitur ibid.a Comes in Alemānia occiditur ibid.d Abbas obijt ibid.b
uuestphalorum & Monsterienſium 167.a
uuestriæ horribile astrū uisum est 163.c
uuiborada inclusa est 215.b
uuiborada martyrizata est. ibid. Mediolani Episcopus cōstituitur 219.b
uuidegerus homo crudelis, Episcopatu priuatur. ibid.
uuilfridus episcop9 Normannorum 209.d Episcop9 Scotos uicit. ibi. Episcopus à rege Egfrido sede sua pellit 210.a
uuilligisus Episcopus obijt 217.b
uuirtembergēsis dux patriam recuperat 167.a dux & Ferdinandus rex pacificantur 167.b
uuirtembergenſem ducem Sueuiæ confœderati ditione sua pellunt 160.b
uuirtembergenſis ducis uxor clàm abducta est 214.b
uuitegouo Abbas 216.d obijt 217.a
uuolstherus rex Mercio rum obijt 210.a
uuormatia fulminis ictu cremata 214.a
uuormatiæ conuentus procerum imperij celebratur 156.c comitia celebrat Carolus Imp. 160.d
uuolferadus Comes obijt 217.b
uutigis rex Gothorū 98.c cum Francis amicitiam iungit 98.d

X

Xanthus Boëtio cōgressus cum Timoete 55.a
Xenocrates succedit Speusippo in Academia 58.d.& 191.a
xenophanes Colophonius claret 53.b Tragœdiarum scriptor 53.c
xenophon clarus habetur 57 c.& 58.a
xenophontis Oeconomicum uersum à Cicerone 1.a
xerxes secūdus rex Persarum 57.a rex Persarum uictus est ab Alexandro Mammeæ Imperatore Romano 80.a. 180.d.& 198.a Darij filius rex Persarū 55.c & 190.d filius Panthaptis 190.c Aegyptū capit quæ à Dario receſſerat 55.c.& 190.d qui & Balaneus rex Assyriorum 174.b vi rex Assyriorum 14.d pacem in Hellieſpontiaco mari fecit 55.c exercitus contra Græciā 190.d
Xiuri creati sunt & rursus electi 56.b
xii tabulę effectæ ex legibus Athenis allatis ibid.
Xistus Papa passus Romæ sub Hadriano 195.d.& 198.c&d Papa Romanus 196.a. 193.b.204.c Pythagoricus philosophus nascitur 69.d

Y

Ymbrai Bassa à rege Persarum succũbit 167.b

Z

Zachæus episcopꝰ Hierosolymitanꝰ post lustum 76.b & 195.d propheta claret 52.d.53.d.190.c Hebrꝛorum Israel 43.d interfectus à Ioade inter templum & altare 188.d Græcus Pontifex maximus 108.a Episcopus Romanus adeò permulsit Lachim Langobardorum regẽ Romanis infestum, ut monachus fieret 108.b Patriarcha Hierosolytanꝰ, reducitur per Heraclium deuictis Persis 103.b Patriarcha Hierosolymorum abducitur in Persas à Cosdra rege 102.d

zaleucus legũlator Locrensis claret 49.b

zaliabus Prusam capit 150.a minor natu ex filijs Mahumeti 149.d

zameis tertius Assyriorũ rex 11.d

zara Aethiops cũ exercitu suo superatus est ab Asa 188.b

zatus Christianos persequitur 87.b

zebenus Antiochenus Episcopus 198.b

zecckuli superant Gritti 16.d

zelimus Turca capit Alexandriam 159.c

zelimo Turcarum Imp. Sophi Persa maximas copias trucidat 158.d

zelimus xi Imp. Turcarum 158.c de fratre Ahmito bello perit 9.ibid.

zenobia currũ triũphalẽ captiua Aureliani præcessit 80.b.&79.c familia Romę nuncupatur à Zenobia regina orientis, quę isthic summo honore consenuit 81.d regina oriẽtis uincitur 81.d.&199.c

zenon claruit 56.b&d Stoicus moritur 60.d in oriente regnat 96.b. 184.b.&205.d Imperator moritur 166.b.& 206.a dux uolens imperare, repudiatur 118.b Cõs. Rom. 165.d.&166. à Constantinopoli ui tam finit 96.d Theodericum Consulem fecit 205.d Episcopus Veronæ martyrio coronatur 182.d

zephyrus damna Germanis intulit mediterraneis 167.d damna intulit Anglis maritimis 167.d Pontifex Rom. 79.c.&197.c

zeusippus rex Sicyoniorũ 33.c

zethus rex Aegyptiorũ 28.a

zetus clarus Musicus 26.b & Linus quando floruerint 3.a

zeuxis pictor claruit 55.d.190.d

Zoe uxor Nicostrati Romæ passa pro Christo 200.b

zorobabel propheta claret 190.c

zoroastes Magus rex Bactrianorum 10.c

zosimus Episcopus Romanus 90.d.106.d.& 204.a

Zuinglius occũbit 166.a

zundebaldus rex occiditur 214.d

FINIS INDICIS.

D. HIERONYMI PRESBYTERI IN EVSEBII CÆSARIENSIS CHRONICON AD VINCENTIVM ET GALIENVM PRAEFATIO.

VETVS iſte diſertorũ mos fuit, ut exercendi ingenĩ cauſa Græcos libros Latino ſermone abſoluerẽt, & quod plus in ſe difficultatis habet, poëmata illuſtrium uirorũ addita metri neceſſitate transferrent. Vnde & noſter TVLLIVS Platonis integros libros ad uerbum interpretatus eſt. Et cum Aratum iam Romanũ hexametris uerſibus ædidiſſet, in Xenophontis Oeconomyco luſit. In quo opere ita ſæpe aureũ illud lumẽ eloquẽtiæ quibuſdã ſcabris & turbulentis obſcib. retardatur, ut qui interpretatũ neſciunt à Cicerone, dicta non credant. Difficile eſt enim alienas linguas inſequentẽ nõ alicubi excidere: Arduũ ut q̃ in aliena lingua benedicta ſunt, eundẽ decorẽ in translatione cõſeruẽt. Significatũ eſt aliquid unius uerbi proprietate, nõ habeo meum q̃d id efferam, & dum quæro implere ſententiã, lõgo ambitu uix breuia ſpacia conſumo: Accedunt hyperbatorũ anfractus, diſſimilitudines caſuum, uarietates figurarũ: Ipſum poſtremo ſuum, &, ut ita dicã, uernaculũ linguæ genus, ſi ad uerbum interpretor, abſurde reſonat: ſi ob neceſſitatẽ aliq̃d in ordine, in ſermone, mutauero, ab interpretis uidebor officio receſſiſſe. Itaq; mi Vincenti chariſsime, & tu Galiene pars animę meæ, obſecro, ut quicq̃d hoc tumultuarĩ operis eſt, amicorũ nõ iudicũ animo relegatis: præſertim cũ et notario, ut ſcitis, uelociſſime dictauerim, et difficultatẽ rei etiã diuinorũ uoluminũ inſtrumẽta teſtentur, quæ à LXX. Interpretibus ædita non eundẽ ſaporem in Græco ſermone cuſtodiunt. Quamobrẽ Aquila, & Symmachus, & Theodotion incitati, diuerſum pene opus in eodem opere pdiderũt: alio nitẽte uerbum de uerbo exprimere, alio ſenſum potius ſequi, tertio nõ multum à ueteribus diſcrepante: Quinta autẽ, & ſexta, & ſeptima ædito licet quibus cenſeatur autorib. ignoretur, tamen ita probabilẽ ſui diuerſitatẽ tenẽt, ut autoritatẽ ſine nominib. tenuerint. Inde adeò uenit, ut ſacræ literæ minus comptæ, & dure ſonãtes uideantur, q̃d diſerti homines interpretatas eas de Hebræo neſcientes, dum ſuperficiem non medullam inſpiciũt, ante quaſi ueſtem orationis ſordidam perhorreſcãt, quàm pulchrum intrinſecus rerũ corpus inueniãt. Denique quid Pſalterio canorius? quod in morem noſtri Flacci, & Græci Pindari, nunc lãbo currit, nunc Alcaico perſonat, nũc Sapphico tumet, nunc ſemipede ingreditur. Quid Deuteronomĩ et Eſaiæ cantico pulchrius? quid Solomone grauius? quid perfectius Iob? Quæ omnia hexametris & pentametris uerſibus, ut Ioſephus & Origenes ſcribunt, apud ſuos cõpoſita decurrunt. Hæc cũ Græcè legimus, aliud quiddam ſonãt, cum Latinè penitus inhærent. Quod ſi cui nõ uidetur linguæ gratia interpretatione mutari, Homerũ ad uerbum exponat Latinum: Plus aliquid dicã, eũdem in ſua lingua proſæ uerbis interpretetur, uidebit ordinem ridiculum, & poëtã eloquentiſsimum uix loquentem. Quorſum iſta? Videlicet ut non nobis mirũ

Ciceronis eloquentiæ Græcis uertendis non ſatis fecit.

Libri ſacræ ſcripturæ præcipui carmine ſcripti ſunt.

C uideatur si alicubi offendimus, si tarda oratio aut consonantib. asperatur, aut uocalibus hiulca uel diuisa sit, aut rerum ipsa breuitate constringitur, cũ eruditissimi homines in eodem opere sudauerint, et ad cõmunem difficultatẽ, quam in omni interpretatione causati sumus, hoc nobis proprium accedat, quod historia multiplex est, habens barbara nomina, res incognitas Latinis, numeros inexplicabiles, uirgulas reb. pariter ac numeris intertextas, ut penè difficili9 sit legendi ordinem discere, quàm ad lectionis notitiam peruenire. Vt autem manifesto cognoscantur indicio, ad quem numerũ historia quæq; pertineat, has distinctiones positas Lector aduertat, ut si ad primum numerum regni primitus adnotati historia referẽda est, primam literam in explicatione historiæ contempletur, & siquidem eam ex minio uiderit, illi tẽpori applicandam uel an. sciat, quem suggesserit numerus similiter eodem minio figuratus. Si uerò numerum non puro minio, sed mixto nigro notatum esse p uiderit, secundæ lineæ numero debetur historia. Si autẽ tertio numerorũ ordini applicandum est, quod fuerit adscriptũ, medium puro minio numerũ, & partem reliquam ex solo nigro expressam conspicabitur. Quarta numeri linea nihil habebit ex minio, sed indicio erit, quod sibi historia debeatur cũ minio facta litera in principio enodationis historiæ, quæ etiam superioribus signis subdenda est, nihilominus apparebit nullo superius memoratorũ signorum in numeris respondere. Sin uerò non minio, sed mixtum nigro rubroq; litera fuerit expressa, refulgens ex rubro numerus in quintam numerorum lineã poterit aduerti. Et ita sexta linea numeri ut secũda, septima ut tertia designabatur, octaua quoque ut quarta apparenti litera bicolori. Cũ ue-
D rò nec in numeris, nec in explicatione historiæ ullum illorum quę p̃diximus signorum fuerit, non linea quod annotatum fuerit uendicabit. Non tamen omnia huiusmodi requirenda sunt necessariò, cum minor est numerus linearum. Vnde præmonendum puto, ut prout quæq; scripta sunt, etiam colorũ diuersitates seruentur, ne quis irrationabili extimet uoluptate oculis tãtum rem esse quæsitam, & dum scribendi tædiũ fugit, labyrinthũ erroris intexat. Id enim elucubratũ est, ut regnorum tramites, qui per uicinitatem nimiã penè mixti erant, distinctione minũ separarentur, & eundem coloris locũ quẽ prior membrana signauerat, ex aduerso positi numeri retinerent, uel etiã posterior scriptura seruaret. Nec ignoro multos fore, qui solita libidine detrahẽ di omnibus, quod uitari non potest, nisi qui omnino nil scribit, huic uoluminiq; genuinum dentem infigant. Calumniabuntur in tempora, conuertẽt ordinem, res arguent, syllabas uentilabunt. Et quod accidere pleriscq; solet, negligentiam librariorum ad autores referent. Quos cum possem meo iure repercutere, ut si displicet nõ legãt, malo breuiter placatos dimittere, ut & Grę corum fidem, suo autori adsignent, & q̃ noua asseruimus, de alijs probatissimis uiris libata cognoscant. Sciendũ etenim, me esse & interpretis & scriptoris ex parte officio usum, quia & Greca fidelissime expressi, & nonnulla quę mihi intermissa uidebantur adieci, in Romana maximè historia, quam Eusebius, huius conditor libri, nõ tam ignorasse, utpote eruditissimus, quàm ut Græca scribens parum suis necessariã perstrinxisse mihi uidetur. Itaq; à Nino & Abraham usq; ad Troiæ captiuitatem pura Greca trãslatio est. A' Troia usq; ad uicesimum Constantini annum nunc addita, nunc mixta sunt plurima, quæ de TRANQVILLO, & cæteris illustribus historicis curiosissimè excerpsimus. A' Constantini autem supradicto anno usque ad consula-

Hieronymi interpretis & scriptoris officio functus est.

tum

A um Augustorum Valentis VI. & Valentiniani iterum totũ meum est. Quo fine contentus, reliquum tempus Gratiani & Theodosij latioris historiæ stylo reseruaui: Non quo de uiuentibus timuerim liberè & uerè scribere, timor enim Dei hominum timorem expellit, sed quoniam debachantibus adhuc in terra nostra Barbaris, incerta sunt omnia.

EVSEBII PAMPHILI CÆSARIENSIS IN CHRONICON SVVM PRAEFATIO, D. HIERONYMO INTERPRETE.

B MOSEN gentis Hebraicæ, qui primus omnium Prophetarũ ante aduentũ Domini Saluatoris diuinas leges sacris literis explicauit, Inachi fuisse temporib. eruditissimi uiri tradiderunt: Ex nostris Clemens & Africanus, & Tratianus, ex Iudæis, Iosephus, & Iustus, ueteris historię monimẽta replicantes. Porrò Inachus quingentis annis Troianũ bellũ antecedit. Ex Ethnicis uerò impius ille Porphyrius in quarto sui operis libro, quod aduersum nos casso labore contexuit, post Mosen Semiramim fuisse adfirmat, quæ apud Assyrios CL. ante Inachum regnauit annis. Itaque iuxta eum DCCC. penè & L. annis Troiano bello Moses senior reperitur. Cum hæc ita se habeant, necessarium duxi ueritatem diligentius persequi: Et ob id in prio re libro quasi quandam materiam futuro operi omnium mihi regum tẽpora prænotaui, Chaldæorum, Assyriorum, Medorum, Persarum, Lydorum, Hebræorum, Aegyptiorum, Athenienſium, Sicyniorum, Argiuorum, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Thessalorum, Macedonum, Latinorum, qui postea Romani nuncupati sunt. In præsenti autem stylo eadem tempora cõtra se inuicem ponens, & singularum gentium annos dinumerãs, ut quid cuicq; coætaneum fuit, ita curioso ordine coaptaui. Necq; me fugit, in Hebręis codicibus dissonos ætatum annos inueniri, plusq; uel minus, prout interpretib. uisum est lectitari, sequẽdumq; illud potius, quod exemplariorũ multitudo in fidem traxit. Verum utcunq; quis uolet computet, & reperiet Inachi tẽporibus, quem primum Argis regnasse aiunt, Patriarchã Hebræorũ fuisse Israẽlem, à quo XII. Iudæorum tribus Israëlitis uocabulum sortitæ sunt: Semiramim autem & Abraham contemporales fuisse manifestum est. Nã Moses licet iunior supradictis sit omnibus, tamẽ quos Græci antiquissimos putãt senior deprehenditur, Homero scilicet & Hesiodo, Troianoq; bello, ac multo

Inachus.

XII. tribus Israëlis unde dictæ.

C superior Hercule, Musęo, Lino, Chirone, Orpheo, Castore, Polluce, Aesculapio, Libero, Mercurio, Apolline, & cæteris dijs gentiũ, sacrisq; uel uatibus: Ipsius quoque Iouis gestis, quem Græcia in arce diuinitatis collocauit. Hos
Cecrops. inquam, omnes quos enumerauimus, etiam post Cecropem Diphyẽ primũ Atticæ regem fuisse conuincimus. Cecropem autem præsens historia Mosi coætaneum ostendit, & antecedere Troianum bellum annis CCCL. Quod ne cui dubium uideatur, sequens ratio sic probabit: Quadragesimo secũdo anno imperij Augusti CHRISTVS natus est, quindecimo Tiberio anno prædicare orsus est. Si quis igitur retrorsum annorum supputãs numerum alienum Darij regis Persarum quærat annũ, sub quo templũ Hierosolymorũ, quod à Babylonijs destructum fuerat instauratum est, reperiet à Tiberio usque ad Darium annos DXLVIII. Darij quippe secundus annus sexagesimæ quintæ Olympiadis anno primo fuit, & Tiberij XV. in ducentesimam decimam Olympiadem incurrit. Fiunt ergo inter Darium & Tiberium Olympiades CXXXVII. anni DXLVIII. quadriennio in una Olympiade supputato. Deinde secundo anno Darij anno, LXX. desolationis templi annus expletur, à quo usq; primã Olympiadẽ retrorsum numerãtur Olympiades LXIII. anni CCLVI. Qui similiter supputantur à supradicto desolationis templi anno usq; ad L. annum Oziæ regis Iudæorum, sub quo Esaias & Ozeæ fuerũt. Itaq; prima Olympias in Esaiæ, & reliquorum incurrit ætatem, qui cũ eo, pphetauerunt. Rursum si à prima Olympiade ad superiora tempora usq; ad
D captiuitatem Troiæ proueharis, inuenies annos CCCCLX. quos & nos in priore opusculo digessimus, ut curiosissima Græcorum historia conscribit. Item apud Hebræos à supradicto Oziæ an. & temporib. Esaiæ prophetæ usque ad Sampson, & tertiũ annũ Labdõ iudicis, supputabis annos CCCCLX.
Sampson Hercules potest uideri. Sampson autem est, quem in corporis robore Herculi similem ferũt posteri Iudæorum: Et mihi uidentur non multum inter sẽ distare tempore, siquidẽ ambo circa Troiæ captiuitatem fuerunt. Post hoc iterum ad priora conuertete & cum CC. tibi & XXIX. annos pes retroactus impleuerit, Græcorum Cecropem Diphyem, & Mosen inuenies Hebręorum. Nam et XLV. Cecropis a nno usq; ad captiuitatem Troiæ, & ab LXXX. ætatis Mosi anno, in quo populum Israëliticũ de Aegypto eduxit, usq; ad Labdon & Sampson iudices, cõputantur anni CCCXXVIII. Itaq; sine ulla ambiguitate Moses & Cecrops, qui primus Athenienſium rex fuit, ijsdem fuere temporibus. Porrò iste est Cecrops Diphyes indigena, sub quo primũ in arce Oliua orta est, & Athenienſium urbs ex Mineruæ appellatione sortita nomen. Hic primus omnium Iouem appellauit, simulachra reperit, aram statuit, uictimas immolauit, nequaquam istiusmodi rebus in Grecia usquam uisis. Cætera quoq; quę
ἀθήνην enim uocãt Græcè Cecropis inuenta. apud Græcos mira iactantur posteriora Cecropis annis deprehenduntur. Si autẽ Cecropis, consequenter & Mosi, qui cum Cecrope fuit. Post hũc enim scribitur diluuium sub Deucalione, incendium sub Phaëtonte, Erichtonius Vulcani & Terræ filius, Dardanus qui Dardaniã cõdidit, de qua Homerus.

Quem primum genuit cœlesti Iupiter aree.

Liber quoq;, & raptus Europæ, sacra Cæreris atq; Isidis, delubrum in Eleusina frumenta Triptolemi, regnum Trois.

Cuius dij natum Gaymedem ad sydera raptum.

Vina Iouis magni uoluerunt fundere mensis.

Quo

A Quo tempore quoq; Tantalus & Tityus fuerunt, & Apollo natus. Nam & Latona Iouis coniunx tunc †Paticia fugit. Latone autē & Iouis Apollo filius. Post quos Cadmus Thebas uenit, qui Semelen genuit, de qua †Ortygiā.

Pulcherrima proles
Liber condignam partu tulit ædita frugem.

Porrò Liber & reliqui, quos mox inferemus, post CC. annum Cecropis fuerunt: Linus scilicet & Zetus, & Amphiō, Museus, Orpheus, Ninus, Perseus, Aesculapius, gemini Castor & Pollux, Hercules cum quo Apollo seruiuit Admeto. Post quos facta est Troianæ urbis euersio, quā Homerus longo sequitur interuallo. Homerus autem Solone & Thalete Milesio, cæteriscq; qui cum ijs septē Sapientes appellati sunt, multo prior reperitur. Deinde Pythagoras extitit, qui se non sapientē ut priores, sed φιλόσοφον, id est amatorē sapiētiæ, dici uoluit. Quē secutus Socrates, Platonē erudiuit, à quo famosa in partes philosophia diuisa est. Horum singulos iuxta ordinem sequentis historię suis locis inferemus. Igitur Moses cūctos quos supra memorauimus antecedit, qui ętate Cecropis fuisse monstratus est. Ab LXXX. autem anno Mosi, & egressu Israēl ab Aegypto, rursus ad superiora conuersus usq; ad primum annum Abrahæ, reperies annos DL. Quos similiter à XLV. anno Cecropis usque ad Ninum & Semiramim Assyriorū principes supputabis. Primus quippe omnium Asiæ, exceptis Indis, Ninus Beli filius regnauit. Itaq; manifestū est Abraham Nini ætate generatum, iuxta eum tamen numerū, quem cōtractiorē æditione uulgata sermo præbet hebræus. Verū incuriositate ne cesses, & cum diuinam scripturam diligēter euolueris, à natiuitate Abrahæ usq; ad
B totius orbis diluuium inuenies retrorsum annos DCCCXLII. Item à diluuio usque ad Adam ꝫ CCXLII. in quibus nulla penitus nec Græcia, nec Barbara, ut loquar in commune, gentilis reperitur historia. Quamobrē præsens opusculum ab Abraham omnino usq; ad nostram ætatem inferiora tempora persequetur, & statim in principio sui Hebræorum Abraham, Assyriorum Ninum & Semiramim proponet. Quia neq; Athenarum adhuc ubs, neque Argiuorum regnum nomen acceperat, solis Sicyonijs in Græcia florentib. Apud quos temporibus Abrahæ & Nini Europē secūdum regnasse ferūt: Quod cur etiā nos putemus, ex sequētibus demonstrabitur. Si enim diligenter enumeres ab ultima ætate Nini usq; ad Troiæ captiuitatem, inuenies annos DCCCXXXIII. Item in Sicyone à XXII. anno regis Europis usque ad supradictum tēpus, eosdem annos inuenies DCCCXXXIIII. Apud Hebræos quoq; à natiuitate Abraham usque ad Labdon & Samson iudices Hebræorum, qui Troianis tēporibus populo præfuerunt, æquè supputabis an. DCCCXXXIIII. Itē apud Aegyptios ab ætate Nini & Semiramidis, quo tempore sextadecima iam Dynastia Thebæi Aegyptijs imperabant, usq; ad XX. Dynastiam, & regem Aegypti Thuorim, qui ab Homero Polybus uocatur, sub quo Troia capta est, colliguntur etiam supradicti anni DCCCXXXIIII. Igitur consequenter in libelli fronte ponimus uno eodemq; tēpore Abrahā, Ninum, Semiramim, Europem, Aegyptiorum, Thebeos. Et hæc quidē ita se habere, ut præfati sumus, posterior textus ostendet. Nunc illud in cura est, ut etiam Hebræorum annos in quatuor tempora diuidamus. Ab Abrahā usq; ad Mosen, à Mose usq; ad primam ædificationem templi, à prima ædificatione templi usq; ad secundam instaurationem eius, ab instauratione eius usq; ad aduentū Domini. A' natiuitate quippe Abraham usq; ad Mosen, & egressum

Homerus septem Sapientibus maior.

Israël ex Aegypto, computantur anni DL. A' Mose usque ad Solomonem, & primam ædificationem templi, anni CCCCXXIX: secũdum minorem tamẽ numerum, quem tertius Regnorũ liber continet. Nam iuxta uolumen ludicũ supputantur anni DC. A' Solomone uerò usq; ad instaurationem templi, quę sub Dario Persarum rege facta est, colliguntur anni DXI. Porrò à Dario usque ad prædicationẽ Domini nostri IESV CHRISTI, & usque ad undecimũ annum Tiberij principis Romanorum explentur anni DXLVIII. Itaq; simul fiunt ab Abraham usq; ad quindecimum Tiberij annum, anni ĪĪ CCCCXL. Similiter à Nino & Semiramide usq; ad Mosen & Cecropem, anni DL. A' Cecrope usq; ad captiuitatem Troiæ, anni CCCCLX. A' captiuitate Troiæ usque ad primam Olympiadem, anni CCCCLX. A' prima Olympiade usque ad secundum Darij annum, & instaurationem templi, anni CCLVI. A' secundo Darij anno, & instauratione templi usq; ad quindecimum annum Tiberij Cæsaris, anni DXLVIII. Fiunt simul à Nino & Semiramide usq; ad quindecimum Tiberij annum, anni ĪĪ CCCCXXX. quos & ab Abraham usque ad Tiberium ostendimus supputatos. A' Tiberij autem quindecimo anno, usq; ad decimumquartum annũ Valentis, quod interijt, numerantur anni CCCLI. Itaq; fiunt anni istius historiæ, ĪĪ CCCXCV. Et ne longus ordo numerorum aliquid forte turbationis afferat, omnem annorum congeriẽ in decadas decidimus, duas ex singularium gentium historijs congregantes sibi inuicẽ fecimus esse cõtrarias, ut facilis præbeat inuentio, cuius Græci ætate, uel Barbari, Prophetæ, & reges, & sacerdotes fuerint Hebræorum. Item qui diuersarum gentium falsò crediti dij, qui de illustribus uiris Philosophi, Poëtæ, principes, scriptoresq; uariorũ operum extiterint, & si qua alia digna memoria putauit antiquitas, quæ uniuersa in suis locis summa breuitate ponemus.

EVSEBII

EVSEBII PAMPHILI CÆSARIENSIS IN CHRONICON

DIVO HIERONYMO INTERPRETE.



INCIPIVNT tempora totius seculi, Regesq; gentium omnium, quibus locis, quibusque temporibus suis prouincijs, & quãtum regnauerint, uel si quid memoriæ dignũ per generationes, natiuitates & regna, & ducatus, per omnem actum iudicum, & omnium regum Iuda, & aliorum qui non ex eadem tribu regnauerunt, & per regnum Assyriorum, cæterarumq; gentium, & tempora Dictatorum cũ Consulibus ordinarijs. Sed & tempora Imperatorum & Cæsarum, & quib. temporibus historiographos fuisse dixerunt: sed & successiones eorundẽ, quod per ordinem rerum superius declaratum est. Quorum uniuersa tempora, gesta, siue apud Hebræos, uel apud Græcos, uel apud Romanos, siue apud Barbaros, cęteraq; gentes quæ gesserunt uel constituerunt per historias, in hoc libro plenissime demonstrantur: quod & in libro hoc historiæ singulæ conscriptæ declarant deorum generationem, uel singulorum progenem, siue hijs temporibus ipsis antelatis quæ gesserũt, & tempora Olympiadum, ex quo primus agon gymnicus constitutus, quod Græci Olympias appellant. Et quo tempore aduentus fuit saluatoris nostri IESV CHRISTI, siue passio eius: simulq; & nomina episcoporum Ecclesiarũ numero quatuor, hoc est. Romanorum, Alexandriæ, Hierosolymorũ, & Antiochiæ, qui per easdem ciuitates Metropoles prouinciarum Episcopi, quantum temporis singuli sederint, uel qui eorũ episcopatus tempore sui martyrij corona tus sit, siue tempora persecutionũ, quibus tẽporibus ecclesiæ dissipatæ sint. Sed & tempora regum Macedonum, Alexandriç, & quo to agone Olympia corum, uel quibus temporibus seu Consulibus finem Alexander fecerit Iudæis, uel Vespasianus insecutionem siue destructionem templi eorũ miserit, & tributa eis constituit, numeratio temporum non solum ante hominũ genus, sed etiam ante lumina ipsa atque stellas esse cognoscitur. Nam cum primum fecit Deus cœlum & terram, cum ipsis quoq; elemẽtis, quæ in hijs elementis condita sunt, id est, aqua & spiritus, abyssoq; & tenebras, necdum luminibus, neq; syderibus cõstitutis, dixit Deus: Fiat lux: & facta est lux: Et uidit Deus lucẽ quia bona est, & separauit Deus inter lucem & tenebras, & uocauit Deus lucẽ diem, & tenebras uocauit noctem: & factum est uespere & mane dies unus. Hic primus dies seculi, non primus dierum omnium. Ideoque non primus, sed unus nominatus est. Secundo autem die factum est firmamentum in medio aquarum, quod & diuisit inter aquam & aquam. Tertio autẽ die congregatæ sunt aquæ quæ sunt sub cœlo, in congregationẽ unam, & apparuit arida, quã Deus terrã nominauit, atq; cõgregationes aquarum appellauit maria. Herbamq; produxit terra, & lignum fructiferum cum semine suo. Quarto igitur die facta sunt luminaria duo in firmamento cœli, ut luceant super terram ad inchoationem diei & noctis, & ut diuidãt inter diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, & sint in splẽdo

Olympias Græcorũ.

Quatuor primariæ Episcoporum sedes.

C rem firmamenti cœli, & luceant super terram. Quibus ita perfectis, manifestum est luminibus ipsis antecedere lucem tribus diebus. Vnde mihi uidentur Aegyptij, cæteræq; gentes hoc sequentes decretum, quatuor an. impletis, di-
Bissextus. em integrum superfluum adijcere, quem etiam Bissextum nominauêre. Nam cum tres dies istos computare qui sint, atque recogitare uoluerimus, unius anni centesimam uigesimamq; partem istam esse cognoscimus. Centesima autem & uigesima dies inuicem computata, ista tertia pars esse an dignoscitur. Tertia ergo addita parte annali quadriennio, dies integer completur, atq; ad partium partes menses atque anni superflui computantur, quos
Emboliſmos. Hebræi quidem Emboliſmos uocare solent, Aegyptij autem exaltationes syderum atq; stabilitates appellant: imò bissextum ob rememorationem lucis atque dierum & noctium, quæ luminibus triduum antecesserunt celebriter, ideò quod tres dies sine authore & sole processerũt. Nos igitur tempora conscribimus, non quæ sunt seculi mundi, neq; luminum aut syderum, neq; fructuum aut lignorum, aut piscium, sed generationes hominum, cuius primus fuit Adam, factus sexto die. Quinto autem die dixit Dominus: Educant aquæ reptilia animarum uiuarum, & uolatilia aëris cœli. Et factũ est sic. Et fecit deus belluas, & cetos, & omnem animam uiuã repente quas eduxerunt aquæ secundum suũ genus. Et uidit Deus quia bona sunt, & benedixit ea Deus, & dixit: Crescite, & multiplicamini, et replete aquas quę sunt in mari, & uolatilia multiplicentur super terrã: Et factum est uespere & mane dies quintus. Sexto autem die dixit Dominus: Educat terra animam uiuam secundum genus suum, quadrupedia & reptilia, bestias terræ secundũ suũ genus: Et uidit Deus quia bona sunt, & dixit: Faciamus hominem ad imaginẽ
D & similitudinem nostram, & habeat potestatẽ piscium maris, & uolatiliũ cœli, & omnium iumentorum, & totius terræ, & omniũ reptilium quæ sunt super terram. Et fecit Deus hominem, secundum imaginem fecit eum: masculum & fœminam fecit eos, & benedixit eos, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & omnium reptilium quæ sunt super terrã. Quomodo autem Deus eum, & unde fecerit, post alia dicit: Et finxit hominem Deus de limo terræ, & sufflauit in faciem eius spiritum uitę, & factus est homo in animam uiuentem. Et iterũ post alia: Et dixit Dominus Deus: Non esse bonum hominem solum, faciemus ei adiutorium secundũ eum. Et post alia: Adę autem non est inuentus adiutor similis illi: Et immisit Deus soporem in Adam, & obdormiuit: & apprehendit unam costam de latere eius, & repleuit locum caro eius: Et ædificauit Dominus costam quam sumpsit ab Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adã uidere quid eam uocaret. Et dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: Hæc uocabitur Virago, quia de uiro suo sumpta est. Ex hijs duobus omnis hominum multitudo procreata est. Vnde etiam nos dinumerationem temporũ facientes incipimus, Adam, Eua. Adam autem uocauit nomen mulieris
Eua quid ſonet. suæ Eua, quod interpretatur uita, quia ipsa est mater uiuentium. Adam autem cognouit Euam uoxem suam, & concipiens peperit Cain, & dixit: Acquisiui hominem per Deũ, & adiecit fratrem illius parere Abel. Et factus Deo obsequens pastor ouium, Cain uerò agricola. Igitur cum uterque de suorum laborum fructibus immolarent, apparerent autem oblationes Abel acceptabiles magis coram Domino, tactus Cain inuidia, insolens fratrem innocentem

A innocentem interemit, cuius morte genitor consternatus, ac sublatus in tempora, ab amplexu coniugis abstinuit Adam. Cum uerò esset annorum CL. genuit Seth, deinde alios mares & fœminas. Fuerunt autem anni eius DCCCCXXX. Seth autem cum esset annorum CXXX. genuit Enos, deinde in tempus alios mares & fœminas. Fuerunt autem anni eius DCCCC. XII. Enos uerò cum iam esset nonagenarius genuit Cainam: deinde alios filios & filias. Fuerunt autem anni eius DCCCV. Cainam uerò cum esset septuagenarius genuit Malaleel: deinde alios filios & filias. Fuerunt omnes anni eius DCCCCX. Malaleel quadragenarius genuit Iareth, deinde alios filios & filias. Fuerunt anni eius DCCCXCV. Iareth in CXLII. anno genuit Enoch: deinde in tẽpora alios filios & filias. Fuerunt anni eius omnes DCCCCLXII. Enoch autem LXV. anno genuit Mathusalem: deinde alios filios & filias. Vir fuit iustus, uixit in humanis annis CCCLXV. & assumptus est. Mathusalem uerò in CLXXXVII. an. genuit Lamech: deinde alios filios. Omnes anni eius DCCCLXIX. Lamech autem anno CLXXXII. genuit Noë, qui interpretatur consolator ab operibus manuum nostrarũ in terra cui maledixit Dominus: & deinde alios filios & filias. Fuerunt omnes anni uitæ eius DCCLXXVIII. Superiori tempore Cain fratricida ob diuinã indignationem profugit ad orientalem plagam, & consedit apud regionẽ Eden. Cognouit autẽ uxorem suam, & genuit Enoch, ad cuius propriũ nomẽ fundauit urbẽ in uocabulo filij. Porrò Enoch genuit Gaidad, qui genuit Mauiaël, q̃ genuit Mathusalam, qui genuit Lamech, qui ex argumento uaticinatus diuinã ultionẽ septuplam fuisse in Cain propter homicidium fratris. Si autem septuagies septies futurã ob necatum à se adolescentẽ sui uulneris in liuore. Iste Lamech duxit sibi binas uxores, Adda scilicet & Sella. Ex Adda genuit Iohel, qui primum intra tentorium habitaculis moram gessit. Ex eadẽ genuit Iubal, q̃ fuit citharœdorũ primus. Ex Sella genuit Thobel, qui mirabilis malleator fuit in omni fabrili arte metallorum. Noë uerò cũ quingentorum esset annorum genuit Sem: Chã & Iaphet. Et cum multiplicassent homines super terrã ualde, ac ducerent uxores speciosas, in quartam formam exardescerent in cõcubitum, prout cuiusq̃ libido fuit, ex quibus Giganti uiri famosi potentes à seculo geniti in populos flagitiosos crescerẽt, procliues in omne facinus, spreto diuino timore, sine cultu religionis. Cum foret autẽ Noë solus iustus placẽs Deo in generationib. suis, decreuit Deus seruari de quacũq̃ specie ad reparandũ semen cuius libet animantium: cætera autẽ uniuersa per diluuiũ pdere ac ulcisci, ab homine usq̃ ad pecus, tam uolatilium quàm reptantiũ super terrã. Instituit ergo Noë fabricari Arcam ex lignis elaboratis, & leuigatis tabulamentis: altam XXX. cubitis, latam L. longam CCC. & in cubitu consummatam, bitumine linitã intrinsecus et extrinsecus, diuisam in mansiuncu las & tristegia. In quã sic dispositam introuit Noë cum filijs & uxoribus suis, ac introduxerũt nutu Dei ex omnib. animantibus mundis: ex fœminis septẽna, ex immundis uerò bina: Escã similiter iuxta propriã cuiuslibet naturã cõueniẽtia ad uescendũ pabula. Septimo autẽ die ab ingressu Arcę, q̃ fuit XVII. mẽsis secundi, excesserunt aquæ terminos & confinia naturæ, tantaq̃ uis imbrium largissimorum est exorta, tam ingens aquarũ abyssus inuasit cõtinuo incremento p dies quadraginta sciffis cataractis cœli, donec nedũ superficiẽ totius orbis, sed uniuersa montium cacumina sub undis inuoluerent cubitis XV. altiores,

Adam. Seth. Enos. Cainam. Malaleel. Iareth. Enoch. Mathusalẽ Lameeh. Noë. Cain. Enoch. Iohel. Iubal primus citharœdus. Thobel. SECVNDA AETAS. Gigantes. Arca Noë.

C XV. altiores. Porrò Arca ferebatur ſuper aquam, ex qua cõſumpta eſt omnis caro quę mouebatur ſuper terram, uolucrum, animantium, beſtiarum, omniumq; reptibilium, quæ reptabant ſuper terrã, uniuerſi homines, & cuncta in quibus erat ſpiraculum uitæ. Obtinueruntq; aquę terras CL. diebus, & recordatus eſt Deus Noë, & omniũ animaliũ quæ erant cũ eo in Arca, adduxitq; ſpiritum ſuper terram, & ceſſauit aqua, & adoperti ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli, & ceſſauit pluuia de loco, & deficiebat aqua deſcẽdẽs de terra, & diminuebatur aqua poſt CXXX. dies, & ſedit Arca in ſeptimo menſe XXVII. die menſis ſuper mõtes Ararath. Iſti montes in Armenia ſuperiore ſunt ſecus Perſas. Aqua autem magis diminuebatur, uſq; ad decem mẽſes. Decimo autem menſe primo die mẽſis uiſa ſunt capita montium. Et factum eſt poſt CL. dies, apperuit Noë feneſtram Arcę quã fecerat, & dimiſit coruũ uidere, ſi ceſſaſſet aqua à facie terræ, & exiens nõ eſt reuerſus ad eum. Et ſuſtinuit donec ſiccaretur aqua à terra, & dimiſit colũbã à ſe uideri ſi aqua ceſſaſſet à facie terrę, & nõ inueniens columba requiem pedibus ſuis, reuerſa eſt ad eum in Arcã: quia aqua erat ſuper omnem faciem terræ. Extendens autem manus ſuas Noë accepit eã, & induxit eam apud ſe in Arcam: & ſuſtinuit adhuc ſeptem dies alios, & iterũ dimiſit columbam de Arca, et reuerſa eſt ad eum columba ad ueſperum, & habuit folium oliuæ cũ ſurculo in ore ſuo. Et intellexit Noë quia ceſſauit aqua à facie terræ. Et ſuſtinuit Noë adhuc ſeptẽ dies alios, & dimiſit columbã, & non eſt auſa reuerti ad eum. Tenuit ergo diluuium terram donec ſiccaretur annum integrum. Poſtquam introuit autem Noë in Arcã, ſeptimo die incluſit, deinde foras feneſtram Arcæ, & XL. diebus, & XL. noctiD bus facta eſt pluuia, ſtetitq; aqua CL. dies. Poſt iſtos dies clauſi ſunt fontes abyſsi, & cœpit aqua diminui. Septimo autẽ die ſedit Arca ſuper montẽ Ararath. Diminuebatur autem aqua uſq; XI. menſes. Prima autem die huius mẽſis capita montium reliquorũ uiſa ſunt, & cætera ut ſupra. Poſtea Noë denudauit Arcæ tectũ poſt annum integrũ, & hoc ipſum ſcribitur & ſignificat dicens: Et factum eſt in primo & ſexto anno uitæ Noë, primo die mẽſis, cũ minuiſſet aqua à facie terræ denudauit Noë tectũ Arcæ q̃d fecerat, & uidit q̃d defluxiſſet aqua à facie terræ. In ſecũdo autem menſe VII. & XX. die menſis ſiccata eſt terra: & exijt Noë & uxor eius, & filij eius, & uxores filiorum ſuorum cum eo, omnes beſtiæ, & omnia pecora, & omnia reptilia, quæ mouentur ſuper terram ſecundum genus ſuum, & omnia uolatilia ſecũdum genus eorum exierunt de Arca.

AB ADAM uſque ad diluuium ſunt anni ĪĪ CCXLII. Secundum Hebræorum numerum Ī D CLVI. Et facti ſunt omnes dies Noë anni DCCCCL. & mortuus eſt. Filij Noë, Sem, Cham, & Iaphet. Filij Sem, Elam, unde Elamitæ: Aſſur, unde Aſſyrij: Arphaxad, unde Arabi: Lud, unde Lydij: Aram unde Syrij. Aramei autem ſyriace dicuntur filij Aram, gentes Barbarorum. Vſce algatus quę moſos ſunt ſub Perſas. Filij Cham, Chus, unde Aethiopes, Meſtre, unde Aegyptij: Furfur, unde Aethiopum gens: Chanaã, Chananæi. Filij autem Chus, Saba, unde Sabæi dicti. Ab iſta terra regina uenit uidere ſapientiam Solomonis: Euilat, gens Euilea. Filij Iaphet, Gomer & Magog, & Madai, & Iaynã, Eliſſa & Thobel, & Moſoth, & Thiras. Filij Gomer, Aſchonez, unde gentes Gothicæ.

Aſſyrij. *Lydij.* *Syrij.* *Aethiopes.* *Aegyptij.* *Chananæi.* *Sabæi.* *Gothi.*

NATIONES

A

NATIONES SEM.

ARphaxad genuit Salā, Sala autē genuit Heber, unde Hebræi. Filij autem Heber, Phalec & Iectan. Iectan autē genuit Elmodad, & Saleph, & Asarmoth, & Iareth, & Adoram, & Aizal, & Decla, & Abimaēl, Saban & Vphir, & Euilat, & Iodab: Hij omnes sunt filij Iectan. Et facta est habitatio ipsorum à Messe usq; dum uenias tur in Sephar montem orientis. Hij filij Sem in tribus suas, secundum linguas suas, in regiones suas & nationes suas. *Hebræi.*

NATIONES CHAM.

SAbatha et Regma Sabathaca. Filij autem Regma, Seba et Dadan. Chus autem genuit Nemroth. Hic cœpit esse Gigas super terram, uenator ante Dominum. Et factum est in initio regni eius Babylon, Arach & Acad, & Iacar, & Chalanne, in terra Sennaar, ubi statuit Nabuchodonosor statuam suam. Et Messaraim genuit Ludim, & Anamijm, & Labijm, & Nephthuijm, & Phetrusijm, et Celuim: unde egressus est inde Philistijm & Caphthuuurim. Chanaam autem genuit Sidona primogenitum, & Cethæum, Iebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum, & Arachæum, & Samarium, & Amathæum. Hij sunt filij Cham in tribus suas secundum linguam suam, & terris suis, & gentibus eorum. *Nemroth.*

B

NATIONES IAPHET.

GOmer, & Magog, & Madai, & Iaynam, & Thobal, & Mosoch, & Thiras. Et filij Gomer Aschonez, & Rhiphath, & Thogorma. Et filij Iaynam Elissa & Tharsis. Citij, Rhodij. Ab his diuisæ sunt insulæ Gentium in terra eorum, unusquisque secundum linguam suā in tribubus suis, & gentibus suis.

SEM filius Noë cum esset annorum C. genuit Arphaxad secūdo anno post diluuium. Et uixit Sem postquam genuit Arphaxad annis CCCC. & genuit filios & filias, & mortuus est. Arphaxad cum esset annorū CXXXV. genuit Cainan. Et uixit Arphaxad postquā genuit Cainan annis CCCCXXX. & genuit filios & filias. Cainan cum esset annorum CXXX. genuit Sala. Et uixit Cainan postquam genuit Sala annis CCCXXX. & genuit filios & filias, & mortuus est. Sala cum esset annorum CXXX. genuit Heber. Et uixit Sala postquam genuit Heber annis †CCC. & genuit filios & filias, & mortuus est. Heber cum esset annorum CXXXIIII. genuit Phalec. Et uixit Heber postquā genuit Phalec annis CCCLX. & genuit filios & filias, & mortuus est. Phalec cum esset annorū †CXXX. genuit Rhagau. Et uixit Phalec postq; genuit Rhagau annis CCIX. & genuit filios & filias, & mortuus est. Rhagau cum esset annorum CXXXII. genuit Seruch. Et uixit Rhagau postquā genuit Seruch annis C. & genuit filios & filias, & mortuus est. Seruch cum esset annorum CXXX. genuit Nachor. Et uixit Seruch postquam genuit Nachor annis CC. & genuit filios, & filias, & mortuus est. Nachor cū esset an. †LXXXIX. genuit Thare. Et uixit Nachor postquā genuit Thare annis CXXV. & genuit filios & filias, & mortuus est. Thare cum esset annorum LXX. genuit Abrā, & Nachor, & Arā. Aram aūt ante conspectū patris sui mortuus est, reliquitq; filiū qui nominabatur Loth, quē socium habuit Abrā. Ab anno diluuij usq; ad natiuitatē Abræ sunt anni DCCXX. Thare iste post mortem filij sui Aram

†CXXX. *†CXXXIIII.* *†CCVII.* *†CLXXIX.*

adduxit

C adduxit omnes suos de sua regione & prouincia. I. Assyriorum ubi nati fuerunt & Abram, & Nachor, & Aram mortuum filium, & uenit in terrā Chatā, & habitauit ibi annis CCL. & mortuus est in Charan, ubi habitauit in regione Chananæorū. Huius Tharæ anno XXVIII. Assyriorū rex primus Belus mortuus est, quem Assyriī Deū nominauerūt, & alii dicunt Saturnū, atq; filio suo regnum tradiderunt: uocabatur autem Ninus. Huius Tharæ anno XLIX. Sicyoniorū in Græcia regnauit Europs defuncto Aegialeo, qui primus Sicyoniorum regnauit: ex quo territorium Peloponnesiorum Aegialea uocabat.

Nachor uir, Melcha coniunx. Filii Melchæ, Hus, Buz, Camuel, Cazad, Axau, Pheldas, Ieldath, Bathuel. Iste est qui supra Bathuel, ex quo Rebecca, hæc est uxor Isaac: Concubina Roma. Filii Romæ, Chaman, Thabee, Thua, Maacha. Nascuntur ergo ex Nachore & Melcha uxore filii octo, atq; neptis Rebecca, quæ fuit uxor Isaac: Et ex Roma Cōcubina nascūtur filii quatuor. Omnes ergo filii Nachor duodecim. Abraham maritus, Sarra uxor. Filii Sarræ, Esau, Iacob: Concubina Agar, ancilla Sarræ. Ismaël. Filii Ismaël, † Adad. Nabaioth, Cedar, Nabdeel, Massa, Masma, Iduma, Masse, † Codar, Themam, Iethur, Naphas, Cedma. Filii Maziam v. Sephar, Nephar, Enoch, Abira, Regali. Cethura uxor Abrahæ. Filii Cethuræ VI. Zambram, Iectam, Madal, Madiam, Iesboch, Sobe. Filii Iectam III. Saba, Theba, Dadan. Filii autem Dadan v. Raguel, Nabdeel, Assurum, Latusim, Iomim.

Gen. 12. ABRAHAM primam ætatem apud Chaldæos agebat: Postea autem cū patre suo trāsmigrauit in Charā terrā Chananæorum, ubi uisus est illi Deus,

D dicens: Exi de terra tua, & de cogitatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terram quam tibi ostendam, et faciam te in gentem magnā, &c. Qui iussioni obaudiens, accepto filio Aram fratris sui, exiuit cum eo, & uenit in terram Chanaan, usque ad locum Sichā ad arborē excelsam, ubi uisus est illi Deus, atq; promissionem seminis atq; hæreditatis dedit. Erat autem tunc annorū LXXV. Abraham autem uixit annis CLXXV. cuius tempora dinumerabimus, annis expositis. Sed quia temporib. patris sui Tharæ insignia regnorū esse cœperunt, iam quidem quo anno fuerint exposuimus: Modo autē temporib. Abrahæ annū ad annū comparabimus, ut sciamus quid memoriæ dignum, & quibus annis gestū sit, siue apud Hebræos, siue apud Græcos, siue Barbaros, cæreraſq; gentes, quarum historiographi memoriam fecerunt.

†Octacilio Pilelus.	5120 8	23	† Vacilius Plotus Latinus Rhetor, Cn. Pōpei liber-
			tus & doctor scholam Romæ aperuit.
	Olymp. 175.		
	XI PTOLEMAEVS DIONYSIVS Aegypti annis 30.		
	1	24	Sylla Romam obtinuit, & post biennium moritur.
			Roscio contra Chrysogonum defenso Cicero Athe
			nas secedit, & inde post triennium Romam regredi-
	2	25	Pompeius glorioſisime triumphauit. (tur.
			Lepidus publicus hostis iudicatur.
	3	26	T. Quintius Atta scriptor Togatarum Romæ mori
			tur, sepultusq; uia Prœnestina ad miliarium secundū:
	4	27	Alexandra, quæ & Salina uxor Alexandri Hieroso-
lymis regnauit, ex cuius ætate Iudæos rerū cōfusio, & uariq; clades oppresserunt.			
	Olymp. 176.		ALEXANDRA VII Iudæorum annis 9.
	5	1	Bellum gladiatorum in Campania.
	6	2	
	7	3	Lucius Lucullus primus Imperator appellatus est,
	uicta Armenia, Mesopotamia, & Nisibi cum fratre regis capta.		

Alexander.	Iudæorum.	Consulum.	Anni mundi.
8	4	Pompeius uniuersam Hyberiam subiugauit.	
		M. Lucullus de Bessis triumphauit.	
Olympias 177.			
9	5	Capta Cabile & Tomis, & cæteris uicinis urbibus, Crassus triumphauit.	
10	6	Vergilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul à Mantua nascitur, Pomp. & Crasso COSS.	
11	7		
12	8	M. Portius Cato Stoicus Philosophus agnoscitur,	
Olympias 178.		Antiochia & Syria capta à Romanis.	
13	9	Creticum bellum ortum unde Metellus Creticus.	5130
		Lucus Daphnensium iuxta Antiochiam à Pompeio Apollini consecratur.	
	Iudæi Romanorum uectigales per Pompeium facti, & Pontificatum apud eos suscepit HYRCANVS annis 34.		
14	1	Aristobolus & Hyrcanus filij Alexandræ contra se de imperio dimicantes occasionem præbuere Romanis,	
		ut Iudæam inuaderent: Iraq; Pompeius Hierosolymam ueniens capta urbe & templo reseraro, usq; ad Sancta sanctorum accessit, Aristobolũ uinctum secũ adduxit, Pontificatum confirmat Hyrcano: deinde Antipatrum Herodis	
15	2	Ascalonitæ filium Procuratorem Palæstinæ facit.	
B 16	3	Libya per testamentum Appionis regis Romanis relicta:	
Olymp. 179.		Horatius Flaccus Satyricus & Lyricus Poëta,	
		Libertino patre Venusij nascitur.	
17	4	Apollodorus Pergamenus Græcus Orator,	
		præceptor Callidij & Augusti, clarus habetur.	
18	5	Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudæos facit.	
19	6	Ea quæ de Catilina, Cethego, Lentulo, consule Cicerone	
		Sallustius & Liuius, hoc gesta sunt tempore.	
20	7	Cicero in exilio annum facit, honorifice susceptus à Plantio.	5140
Olymp. 180.		Pompeius Imperator appellatus.	
21	8	Cæsar Lusitaniam, & quasdam insulas in oceano capit.	
22	9	Messala Coruinus Orator nascitur, & Titus Liuius Patauinus scriptor historicus.	
23	10	Virgilius Cremonæ studijs eruditur.	
24	11	Catullus XXX ætatis suæ anno Romæ moritur	
		M. Callidius Orator clarus habetur, qui bello postea ciuili Cæsareanas partes secutus, cum Togatam Galliam regeret, Placentiæ obijt.	
Olymp. 181			
25	12	Cæsar Rhenum transiens Germanos uastat.	
26	13	Crassus Consul cum filio suo apud Cartas captus.	

Anni mundi.	Alexand.	Iudæorum.	Consulum. C
	27	14	Venditius primus Romanorum Parthos
	28	15	Curio promptus & popu- (superat.
			laris Orator Romæ habetur inſignis, qui
			deinceps in Africa pudore amiſſi exercitus
	Olymp. 182.		mori maluit, quàm euadere.
			Virgilius ſumpta toga Mediolanum tranſ-
			greditur, & poſt breue tempus Romã per-
			git. (mine.
	29	16	Simulachrum Olymptaci Iouis tactum ful-
5150	30	17	Cæſar Germanos & Gallos capit.
	CLEOPATRA Aegypti, annis 22.		
	1	18	Principium belli ciuilis Cæſaris & Pompei.
	2	19	Diodorus Siculus Græcæ ſcriptor hiſtoriæ
			clarus habetur.
	Finis reipublicæ, principiumq; Romani imperij.		
	Olymp. 183.		Caius Iulius Cæſar primus apud Romanos
			ſingulare obtinuit imperium, à quo Cæſa-
			res Rom. principes appellati.
	C. IVLIVS Cæſar Romanorum primus. an. 5. menſes 7.		
	3	20	1 Pompeius prælio uictus, & fugiens à Spa
			donibus Alexandrini regis occiditur.
			Marcus Cælius Prætor, & C. Annius Mi- D
			lo exul oppreſſi, res nouas in Tiriano Bri-
			xioq; agro ſimul molientes.
Pompeij.	4	21	2 + Ptolemæi cadauer cum lorica aurea in
			Nilo inuentum.
			Cæſar in Aegypto regnum Cleopatræ cõ
			firmat ob ſtupri gratiam.
	5	22	3 Romæ Baſilica Iulio dedicata.
			Decretum Senatus Athenienſium ad Iu-
			dæos mittitur, qui per legationem amicitiã
			poſtularant.
	6	23	4 Cleopatra regio comitatu urbẽ ingreſſa.
	Olymp. 184.		Prohibitũ eſt lectiçis margaritiſq; uti, quæ
			nec uiros, nec liberos haberent, & minores
			eſſent annis 45.
	7	24	5 Nigidius Figulus Pythagoricus & Ma-
			gus in exilio moritur.
			Antonius decernit Quintilem meniem Iu-
			lium debere dici, quia in eo fuiſſet natus
			Iulius Cæſar.
			Caſsius Iudæa capta templum ſpoliat,
			VII Idus Martias, C. Iulius Cæſar in
			Curia

Alexand.	Iudæorum.	Romanorum	Anni mundi.	
		Curia occiditur, & fasces statim suscepit Publius Dolobella.		
		Cæsaris corpus in rostris ob honorem concrematum.		
		Sergius Sulpitius iureconsultus, & Publius Seruius Isauricus publico funere elati.		
		Romæ tres soles exorti paulatim in eundem orbem coierunt.		
		Inter cætera portenta, quæ toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem locutus est, frustrà se urgeri, non enim frumenta, sed homines breui defuturos.		
		Romanorum II regnauit OCTAVIANVS CAESAR Augustus, an. 56. à quo Augusti Romanorum reges appellati.		AVGVSTVS.
8	25	1 Antonius aduersum Cæsarem Augustum bellum mouet.		
		Liberius Mimorum scriptor decimo mense post Cæsaris interitum Puteolis moritur.		
		Publius Mimographus natione Syrus Romæ Scenam tenet.		
9	26	2 Cicero in Phormiano suo ab Herennio & Popilio occiditur 64. ætatis suæ anno.		
		Ciceronis caput cum manu dextra pro rostris positum, iuxtaq; coronata imago Popilij militis, qui eum occiderat.		
10	27	3 Ouidius Naso nascitur in Pelignis.	5160	
		Caius Falcidius tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret quàm ut quarta pars hæredibus supereſſet, si quatuor, aut minus essent. Si autem plus quatuor, medietas eo tenore, ut suis liberis, siue propinquis idem exæris pater sua legaret, illa pars quam Falcidius constituit, nisi pater interdixerit. & legatis fruentibus, & eisdem carentibus æquanimiter partirentur.		*Illa non satis conueniunt cũ his, quæ uulgò extant in cõmẽtarijs Iureconsultorũ, de lege Falcidia.*
		Curtius Thalassus in insula Arda cum quatuor cohortibus uiuus combustus est, quod tributa grauius exigeret.		
		Vibium Maximum delignatum Quæstorem agnouit dominus suus, & abduxit.		
		E taberna meritoria trans Tyberim oleum terra erupit, fluxitq; toto die sine intermissione,		

Abrahæ	Ol. Alexand.	Iudæorum.	Romanorum.
			significans Christi gratiam ex gentibus.
			Antonium superat Augustus, & interueniente Senatu in amicitiam cum eo regreditur.
			Cornificius Poëta à militibus destitutus interijt: quos sæpe fugientes galeatos lepores appellarat.
			Huius soror Cornificia, cuius insignia extant Epigrammata.
			Templum Rhodiorum depopulatus est Cassius.
	Olymp. 185.		
			Secunda secessio Augusti & Antonij.
11	28		4 Cornelius Nepos scriptor historicus clarus habetur.
12	29		5 Antigonus contra Iudæos dimicans tandem occiditur, à quo usque in præsens tempus Hierosolymitarum
13	30		6 regnum destructum est.
			Siquidem Herodes post eum à Romanis constitutus est princeps alienigena, & nihil omninò pertinens ad Iudæam.
14	31		7 Fornij pater & filius clari Oratores habentur.
	Olymp. 186.		quorum filius consularis ante patrem moritur.
15	32		8 Sallustius diem obijt quadriennio ante Actiacum bellum.
16	33		9 Marcus Bauius Poëta, quem Virgilius in Bucolicis notat, in Cappadocia moritur.
17	34		10 Herodes Antipatri Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, à Romanis Iudæorum susce-
			pit principatum, cuius tempore Christi nativitate uicina regnum & sacerdotium Iudææ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa prophetia, quæ ita per Mosen loquitur: Non deficiet princeps ex Iuda, neque dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. In hoc loco etiam Christus, quem Danielis scriptura præfatur, accipit finem. Nam usque ad Herodem, Christi, id est, sacerdotes erant reges Iudæorum, qui imperare cœperunt 65. Olympiade, & ab instauratione templi sub Dario usque ad Hyrcanum, & 185. Olympiade an. 483. in medio transactis, quos Daniel quoque significat, dicens: Et scies & intelliges ab initio sermonis respondendi & ædificandi Hierusalem usque ad Christi principatum hebdomades 7. & hebdomades 62. quæ 69. hebdomades faciunt annos 483. in quibus Chri-
			sti, id

A Alexand.	Iudæorum.	Romanorum	Anni
		stu, id est, sacerdotes, qui unctione consecrati re-	mundi.
		gnauerunt usque ad Hyrcanum, quo extremo o-	
		mnium à Parthis capto, Herodes Antipatri filius	
		nihil ad se pertinentem Iudæam ab Augusto &	
		Senatu accepit, filiq; eius post eum regnauerunt	
		usque ad nouissimam Hierosolymitarum capti-	
		uitatem, nequaquam ex successione sacerdotalis	
		generis Pontificibus constitutis, neq; perpetuita	
		te uita secundum legem Moisi seruientibus Deo.	
		Ignobiles uerò quidam, & alio tempore alij, &	
		nonnulli unius anni, siue modico amplius à Ro-	
		manis Imperatoribus sacerdotium emebant. Quę	
		omnia etiam Daniel Propheta uaticinatur ita di-	
		cens: Et post hebdomadas 7. & 62. interibit chri-	
		sma & iudicium non erit in eo, & templum san	
		ctum corrumpet populus duce ueniente, & cæ-	
		dentur cataclysmo belli. Et in sequẽtibus: Et super	
		templum, inquit, abominatio desolationum, &	
		usq; ad consummationem temporis consumma-	
		tio dabitur super desolationem.	
B		Herodes Ananelum quendam de Babylone ac-	
		citum Pontificem Iudæorum constituit, & post	
		exiguum temporis Aristobolum fratrem uxoris	
		suæ nepotem Hyrcani successorem ei dedit, quo	
		post annum interfecto rursum Ananelo reddidit	
		sacerdotium.	
	Deficiente Pontificum principatu Iudæis regna-		
	uit HERODES alienigena, an. 37.		
		Lunæ secundum Romanos cursus inuentus.	
18	1	11 Antonij & Augusti fœdus.	
		Colonias deduxére Romani.	
Olymp. 187.		Augustus triumphauit pedestris certaminis tri	
		umpho.	
19	2	12 Antonius Cleopatræ Arabiam tradidit.	
		Augusti & Antonij tertiæ dissensionis exordium,	
		quod repudiata sorore Cæsaris Cleopatram du-	
20	3	13 xisset uxorem.	5170
		Niceres, & Hibracas, & Theodorus, & Plusio	
		nobilissimi artis rhetoricæ Græci præceptores	
		habentur.	
21	4	14 Cleopatra & Antonius semet interficiunt, &	
		Aegyptus fit Romana prouincia, quam primus	
		tenuit Caius Cornelius Gallus, de quo Virgi-	

Anni mundi.	Alexand.	Iudæorum.	Romanorum.
			lius scribit in Bucolicis. Vsque ad Cleopatram
			Ptolemæi, qui uocabantur Lagidæ, in Aegypto
	22	5	15 regnauerunt annis 295.
Alexãdrini regni finis.	Aegypti regnum, quod fuit in Alexandria,		
	destructum est.		
			Antonius medicus Augusti, post Actiacam uictoriam naufragio perit.
			Quidam ab hoc loco primum annum Augusti monarchiæ supputant.
			Cæsar Augustus appellatus, à quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit.
			Cum ingenti triumphorum pompa Augustus Romam ingressus, & Cleopatræ liberi, Sol & Luna ante currum eius ducti.
			Nicopolis iuxta Actium condita, & Agon actiacus constituitur.
			Augustus Romanis plurimas leges statuit.
	Olympias 188.		Alexandrinorum regnum destructum est, & Romanis paruit.
		6	16 Censu Romæ agitato inuenta sunt ciuium Romanorum 41. centena, & 64. milia.
			Coloniæ deductæ.
			Anaxilaus Larissæus Pythagoricus, & Magus ab Augusto urbe Italiaq; pellitur.
			M. Terentius Varro Philosophus prope nonagenarius moritur.
			Thebæ Aegypti usq; ad solum erutæ.
		7	17 Cornelius Gallus Forojulienſis Poëta, à quo primum Aegyptum rectam suprà diximus, xlii t ætatis suæ anno propria se manu interfecit.
			Trallis terræ consederunt.
		8	18 Indi ab Augusto per Legatos amicitiã postulaMessala Coruinus primus Præfectus (runt. urbis factus sexto die magistratu se abdicauit, inciuilem potestatem esse contestans.
		9	19 Augustus Calabriã & Gallos uectigales facit.
			Munatius Plancus Ciceronis discipulus
			Orator habetur insignis, qui cum Galliam Romanam regeret Lugdunum condidit. (facit.
			Marcus Lollius Galatiam Romanã prouinciam
	Olympias 189.		Augustus cum ei monarchia deferretur, renuit.
		10	20 Quintilius Cremonensis Virgilij & Horatij
		11	21 familiaris moritur.

Iudæorum.	Romanorum		Anni
12	22	Augustus Cyzicenos libertate priuauit.	mundi.
		Pylades Cylix Pantomimus cum ueteres ipsi canerẽt atq; saltarent, primus Romæ Chorum & fistulam sibi præcinere fecit.	
13	23	Tiberius ab Augusto missus occupauit Armeniam.	5180
		Atracinus, qui septendecim natus annis Celium accusauerat, clarus inter Oratores habet, ad extremũ morborum tædio in balneo uoluntate exanimatus hæredem reliquit Augustum.	
Olymp. 190.		Cantabri res nouas molientes opprimuntur.	
14	24	Herodes apud Hierosolymam multas & magnas cõstruxit ædes.	
15	25		
16	26	Virgilius Brundusij moritur, Sentio Saturnino & Lucretio Cynna coss. Ossa eius Neapolim translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur, titulo istiusmodi quem moriens ipse dictauerat:	
		Mantua me genuit, Calabri rapuêre, tenet nunc	
		Parthenope, cecini pascua, rura, duces.	
		Herodes Samariam olim iam in cineribus sedentem	
		à fundamentis suscitans in honorem Augusti Augustam, id est, Sebasten appellauit, & in Paneade templum, quod Panion uocatur, extruxit.	
		Augustus Samijs libertatem dedit.	
17	27	In Cypro plurimæ ciuitatum partes terræmotu conciderunt.	
		Germanos in arma uersos M. Lollius superat.	
Olymp. 191.		Varus & Tucca Virgilij & Horatij contubernales	
		Poëtæ habentur illustres, qui Aeneidum libros postea emendauerunt sub lege ea, ut nihil adderent.	
18	28	Augustus Caium Agrippam adoptauit in filium.	
		Aemilius Macer Veronensis Poëta in Asia moritur.	
19	29	Tiberius Vindelicos, & eos qui Thraciarum confines erant Romanas prouincias facit.	
20	30	Colonia Berytum & Pataras deductæ.	
		Bosphorum Agrippa capit.	
21	31	Cestius Smyrneus Rhetor Latinè Romæ docuit.	
		Augustus à Senatu Pontifex Maximus appellatur.	
Olymp. 192.			
22	32	Herodes Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quę prius turris Stratonis uocabatur.	
		Herodes Antidonam condidit, & Antipatridam, atque Herodionem in honorem patris Antipatri & suũ extruxit, innumerabilia quoque opera in singulis Sy-	

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.	C.
		riarum urbibus quas regebat solertissimè ædificauit.	
5190	23	33 Tiberius Cæsar de captiuis Pannonijs triumphat.	
	24	34 Horatius LVII ætatis suæ anno Romæ moritur.	
		Passienus pater declamator insignis diem obijt.	
	25	35 C. Iulius Hyginus cognomento Polyhistor Grammaticus	
		habetur illustris.	
	Olymp. 193.	Tiberius uastata Germania Imperator appellatur.	
	26	36 Herodes Hyrcanum, qui olim sacerdos Iudæorum fuerat,	
		de captiuitate Parthica regressum, & filium eius, qui sa-	
	27	cerdotio patris successerat interfecit, sororem quoque	
		eius uxorem suam, cum duobus propriis filijs iam adole-	
		scentibus, & matrem uxoris occisæ socrum suam crudelissi-	
		mè necat.	
	28	38 Tiberius de Rhetijs, Vindelicis, Armenijs, ac Pannonijs	
		triumphauit.	
		Albutius Syllo Nouariensis clarus Rhetor agnoscitur.	
		In insula Coo terræmotu plurima conciderunt.	
	29	39 Augustus Iuliam filiam suam in adulterio deprehensam	
		damnat exilio.	
		M. Tullius Tyro Ciceronis libertus, qui primus notas com-	
		mentus est, in Puteolano prædio usque centesimum annum	D
	Olymp. 194.	consenescit.	
		Augustus gladiatorium ludum, & naualecertamen exhibuit.	
	30	40 Melissus Spoletinus Grammaticus agnoscitur.	
		M. Portius Latro latinus declamator tædio duplicis quartanæ	
		semet interfecit.	
		Herodes ad ea quæ suprà crudeliter gesserat etiam hoc ad-	
		didit, uirum sororis suæ Salomæ interfecit, & cùm eam alij	
		tradidisset uxorem, etiam hunc necat: Scribas quoq; & inter-	
		pretes diuinæ legis simili scelere occidit.	
	31	41 Cæsar amicitiam cum Parthis facit.	
		Edicente Cæsare, ex senatusconsulto Quirinus in Iudæam	
		missus census hominum possessionesq; describit.	
		Anni domini.	
5199	32	42 IESVS CHRISTVS filius Dei in Bethleem	1
		Iudææ nascitur, quo anno cœpit Christianorum	
		salus, qui & primus annus Christianæ salutis nu-	
		meratur. Colliguntur omnes anni ab Abraham usq;	
		ad natiuitatem Christi 2025.	
		Tertullianus in eo libro quem contra Iudæos	
		scripsit, affirmat Christum 41 anno Augusti natum,	
		15 Tiberij esse passum.	
		Xistus Pythagoricus Philosophus nascitur.	

An. mundi.	Iudæorum.	Romanorum	Anni domini.
5200	33	43 Augustus Tiberium & Agrippam in filios adoptat.	
	Olymp. 195.	Iudas Galilæus ad rebellandum Iudęos, ne acquiescerent soluere tributa Romanis cohortatur.	
	34	44 Herodes cum Christi natiuitatem Magorum in-	3
	35	45 dicio cognouisset, uniuersos in Bethleem paruulos	4
	36	46 iussit interfici.	5
	37	47 Herodes morbo intercutis, atq; scatentibus toto	6
		corpore uermibus miserabiliter & dignè moritur.	
	Iudæorum dux	Asinius Pollio Orator & Consularis, qui de Dalmatis triumphârat, LXXX ætatis suæ anno in uilla Tusculana moritur.	
	ARCHELAVS annis 9.		
	Olymp. 196.		
	1	48 In Herodis locum filius eius Archelaus ab Augusto	7
		substituitur, & Tetrarchæ fiunt quatuor fratres eius,	
		† Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus.	
	2	48 Fames Romæ ita ingens facta, ut quinque modij	8
		uenderentur denarijs XXVII semis.	
		Philistion Mimographus natione Magnesianus Romæ clarus habetur.	
B	3	50 Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasq; in Roma-	9
		nam redigit potestatem.	
	4	51 Athenodorus Tharsensis Stoicus Philosophus, &	10
		M. Verrius Flaccus Grammaticus insignes habentur.	
	Olymp. 197.		
	5	52 Athenienses res nouas contra Romanos molientes	11
		opprimuntur, autoribus seditionis occisis.	
		Iesus Christus in medio doctorum disputat mirãtibus	
		illis eò quòd resistere sapientię suæ non poterant.	
	6	53 Messala Corui nus Orator ante biennium quàm	12
		moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut uix	
		pauca uerba coniungeret, & ad extremum hulce-	
	7	54 re sibi circa sacram spinam nato inedia se confecit	13
		anno ætatis LXXII.	
	8	55 Augustus cum Tiberio filio suo censum Romæ agi-	14
	Olymp. 198.	tans inuenit hominum nonagies trecẽtena & septua-	
		ginta milia.	
		Socio Philosophus Alexandrinus, præceptor Senecæ	
		clarus habetur.	
	9	56 Archelaus nono anno regni sui in Viennam urbem	15
Iudæorum principatum tenet HERODES Tetrarcha.		Galliæ relegatur.	
		Defectio solis facta, & Augustus LXXVI.	
		ætatis suæ anno Attellæ in Campania moritur,	

† In historia Ecclesiastica, Herodes Lysanias & Philippus.

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini.
	an. 24.	sepeliturq; Romæ in campo Martio.	
		TIBERIVS III Rom. regnauit an. 23. uel 21. ut aiunt nonnulli.	
		Tiberius quasi coactus, & querens miseriam &	
		onerosam iungi sibi seruitutem, imperium recepit.	
	1	1 Caius Asinius Gallus Orator Asinij Pollionis filius	16
	2	2 cuius etiam Virgilius meminit, diris à Tiberio suppli-	17
	3	3 cijs necatur.	18
	Olympias 199.		
	4	4 T. Liuius historiographus Patauij moritur.	19
		Ouidius Poëta in exilio diem obijt, & iuxta oppidum	
		Tomos sepelitur.	
		Germanicus Cæsar de Parthis triumphat.	
	5	5 Tredecim urbes terræmotu corruerunt, Ephesus, Ma-	20
		gnesia, Sardis, Mosthene, Megaechyero, Cæsarea, Phi-	
		ladelphia, Himolus, Temis, Cumæ, Myrrhina, Apollo-	
		nia, Diahircania.	
	6	6 Feneſtella historiarum scriptor & carminum, septua-	21
		genarius moritur, sepeliturq; Cumis.	
5220	7	7 Tiberius multos reges ad se per blanditias euocatos	22
		nunquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem,	
		cuius in prouinciam uersam Mazacam nobilissimam	
	Olymp. 200.	ciuitatem Cæsaream appellari iussit.	
	8	8 Pompei theatrum incensum.	23
		Tiberius Drusum consortem regni facit.	
	9	9 Drusus Cæsar ueneno perijt.	24
	10	10 Quintus Atherius promptus & popularis Ora-	25
		tor usque ad XC prope annum summo honore con-	
		senescit.	
	11	11 Serulus Plautus corrupti filij reus semet in iudicio	26
	Olymp. 201.	interficit.	
	12	12 Philippus Tetrarcha Paneadem in qua plurimas ędes	27
		construxerat, Cæsaream Philippi uocauit, & Iuliadem	
		aliam ciuitatem.	
	13	13 † Pontius Pilatus Procurator Iudææ à Tiberio	28
		mittitur.	
	14	14 Votienus Montanus Narbonensis Orator in Baleari-	29
		bus insulis moritur, illuc à Tiberio relegatus.	
		Herodes Tiberiadem condidit, & Libiaden.	
	15	15 Ioānes filius Zachariæ in deserto deserto iuxta Iordanē	30
		fluuium prædicans, Christum filium Dei in medio eo-	
		rum adesse testatur. Ipse quoq; Dominus Iesus Christus	
		hinc in populos salutarem uiam annuntiat, signis atq;	
		uirtutibus uera comprobans esse quæ diceret.	

† Duodecimo anno Tiberij ait Euseb. in historia Ecclesiastica ex Iosepho.

Olymp.

Annimundi.	Iudæorum. Olymp. 202.	Romanorum COMPVTANTVR in præsentem annum, id est, XV	Anni domini.
		Tyberij Cæsaris à secundo anno instaurationis tem-	
		pli, quæ facta est sub altero anno Darij regis Persa-	
		rum, anni 548. A Solomone autem & prima ædifica-	
		tione templi anni 1060. A Mose & egressu Israelis ex	
		Aegypto anni 1538. Ab Abraham & regno Nini &	
		Semiramis, anni 2044.	
		A diluuio usq; ad Abraham 942.	
	16	16 Iesus Christus filius Dei salutarem cunctis prædi-	31
		cans uiam, & miracula quæ in Euangelij scripta	
		sunt facit. Discipulos suos diuinis imbuens sa-	
5230	17	17 cramentis, ut uniuersis gentibus conuersionem	32
		ad Deum nuntient imperat. Secundum prophe-	
	18	18 tias, quæ de Deo fuerant prælocutæ ad passionem	33
		uenit anno Tiberij XVIII. quo tempore & in alijs	
		Ethnicorum commentarijs hæc ad uerbum scripta	
		reperimus.	
		Solis facta defectio, & tenebræ super uniuersam	
		terram.	
		Bithynia terræmotu concussa, & in urbe Nicena	
		ædes plurimæ corruerunt: Quæ omnia his congru-	
		unt, quæ in passione Saluatoris acciderunt. Scripsit	
		uerò super his & Phegon, qui Olympiadarum	
		egregius supputator est in 14. libro ita dicens: Quar-	
		to autem anno 202. Olympiadis magna & excellens	
		inter omnes, quæ ante eam acciderant, defectio so-	
		lis est facta, dies hora sexta ita in tenebrosam no-	
		ctem uersus, ut stellæ cœlo uisæ sunt, terræq; motus	
		in Bithynia Nicenæ urbis multas ædes subuerterit.	
		Hæc supradictus uir. Argumentum autem huius rei,	
		quod Saluator isto anno passus sit Euangelium præ-	
		bet Ioannis, in quo scribitur, post quintumdecimum	
		annum Tiberij Cæsaris tribus annis Dominum	
		prædicasse. Iosephus etiam uernaculus Iudęorum	
		scriptor, circa hæc tempora die Pentecostes sacer-	
		dotes primum commotiones locorum, & quosdam	
		sonitus sensisse testatur. Deinde ex aditu templi re-	
		pentinam subitò erupisse uocem dicentium: Transmi-	
		gremur ex ijs sedibus. Scribit autem memoratus	
		uir, quòd eodem anno Pilatus Præses secreto noctis	
		imaginem Cæsaris in templo statuerit. Sed repu-	
		gnantibus Iudæis, & cum quasi ex uno consilio	
		ad Martem præparati, nudatas illicò ceruices ad re-	

cipien-

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini.
		cipiendos ictus omnes proni parauerant, Pilatus	
		motus statuas iussit auferri. Et hæc prima seditionis	
		& turbarum Iudæis causa extiterit.	
		Ecclesiæ Hierosolymorum primus Episcopus ab	
		Apostolis ordinatur Iacobus frater Domini.	
		Ex hoc loco considerandum quantæ deinceps cala-	
		mitates Iudæorum gentem oppresserint.	
	19	19 Caesius Seuerus Orator egregius, qui Quintianum	34
		illud Pouerbium luserat, XXV exilij sui anno sum-	
		ma inopia moritur, uix panno uerenda contectus.	
	Olymp. 203.	Stephanus lapidatur, Saulus ad Christū conuertit.	
	20	20 Pilatus post supradictā seditionē, quę ob Cęsaris	35
		imagines fuerat concitata, sacrū thesaurū, quē Cor-	
		bonam Iudæi uocant, in aquæductū Hierosolymo-	
		rum expendens, secundæ seditionis prębuit semina.	
	21	21 Sejanus prætectus Tiberij, qui apud eum plurī-	36
		mū poterat instantissime cohortatur, ut gentem Iu-	
		dæorum deleat, Philo meminit in lib. Legationis 2.	
		Iacobus frater Ioannis Apostoli iubente Herode re-	
		ge capite truncatus occiditur.	
		Petrus Apostolus ab Herode in carcerem trusus, &	
		uinctus catenis duabus, mirabiliter ab Angelo liberatur.	D
		Persius Flaccus Satyricus Poëta Volaterris nascitur.	
	22	22 Agrippa Herodis filius, accusator Herodis Te-	37
		trarchæ, Romæ protectus à Tyberio in uincula cōn-	
		citur, eō quod publicè precatus fuisset, ut mortuo Ta-	
		tim Tiberio Caium cunctorum dominum uideret.	
	23	23 Pilato de Christianorū dogmate ad Tiberiū rele-	38
		rente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera	
		sacra reciperentur: Verùm cum ex consultu patrum	
† Hunc Eusebius in historia Eccles. putat etiam Herodum uocatum: & de eo recitat uerba Iosephi de morte Herod. de qua in Actis ad finem ca. 12.		Christianos eliminari Vrbe placuisset, Tiberius per	
		edictum accusatoribus Christianorum comminatus	
		est mortem, scribit Tertullianus in Apologetico.	
		Petrus Apostolus Antiochenam ecclesiā fundauit,	
		ibiq; cathedram adeptus, sedit annis 25.	
		Multi Senatorum & Equitum Romanorum interfecti.	
	Olymp. 204.	Tiberius in Campania moritur in Luculliana uilla.	
		CAIVS CALIGVLA IIII Rom. regnauit an. 3. menses 10.	
	24	1 Caius Cæsar cognomento Caligula Agrippam	39
		uinculis liberatum regem Iudææ facit.	
	† Iudæorum	Caius semetipsum inter deos refert.	
	AGRIPPA	Flaccus Auilius præfectus Aegypti multis Iudæ	
	an. 7.	os calamitatibus premit consentiente Alexan-	

driæ

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum	Anni domini.
		driæ populo, & crebris aduersus eum clamoribus	
		personane, Synagogas quoq; eorum imaginibus, statuis, aris & uictimis polluit.	
	1	2 Refert Philo in eo libro, qui Flaccus inscribitur, hæc	40
		omnia se præsente gesta, ob quæ etiam legationem ad	
		Caium ipse susceperat.	
		Passienus filius ob fraudem hæreditatis suæ necatus	
	2	3 Matthæus in Iudæa Euangelium primus scribit.	41
		Caius Cognomento Caligula, Memmij Reguli duxit	
		uxorem, impellens eum ut uxoris suæ patrem esse se scriberet.	
		Pontius Pilatus in multas incidens calamitates pro-	
		pria se manu interfecit, scribunt Romanorum histo rici.	
		Caius Petronio Præfecto Syriæ præcepit, ut Hieroso-	
		lymis statuam suam sub nomine Iouis Maximi pone-	
		ret, quod Iudæi maxima negauerunt obstinatione.	
		Toto orbe Romano, sicut Philo scribit, & Iosephus,	
		præterquam in Synagogis Iudæorum statuæ & imagi-	
		nes & aræ C. Cæsaris consecratæ.	
		Plurimi nobilium à Caio interfecti.	
		Caius sorores suas, quibus stuprum attulerat, insularum	
		exilio condemnauit.	
5240	3	4 Caius omnes exules iussit interfici.	42
		Caius à protectoribus suis occiditur in Palatio anno æ-	
	Olymp.	tatis suę XXV.	
	205.	CLAVDIVS XV Rom. regnauit an. 13. menses 9. diebus 28.	
	4	1 Iste est Claudius patruus Drusi, qui apud Moguntia-	43
		cum monumentum habet. Alibi legi auunculus, quia	
		frater matris Caij fuit.	
	5	2 † PETRVS Apost. natione Galilęus, Christianorum	44
		Pontifex primus, cum primũ Antiochenam ecclesiã fundasset	
		Romam proficiscitur, ubi Euangelium prædicans 25.	
		annis eiusdem urbis Episcopus perseuerat.	
	6	3 Marcus Euangelista interpres Petri, Aegypto & Ale-	45
		xandriæ Christum annuntiat.	
		Primus Antiochiæ Episcopus ordinatur Euodius.	
	7	4 Agrippa rex Iudæorum an. 7. imperans moritur.	46
		Post quem filius eius Agrippa auunculus Herodis à	
	Iudæorum	Claudio substituitur regnum.	
	rex AGRIPPA	superioris Agrippę filius annis 26.	
		Prophetia Agabi, quę in Actibus Apostolorum famem	
		in toto orbe futuram dixerat, sub Claudio expletur.	
		Claudius de Britannis triumphauit, & Orchadas	
		insulas Romano adiecit imperio, in cuius	

† Si Paulo credimus in epist. ad Galat. hoc hic falsum erit. Post cõuersiõem enim suã in Arabiam cõcessit ubi tres peracti sunt anni. Post deinde 14. annos uenit Hierosolymas ad Apostolos ubi etiam Petrus. Præterea à passione abierant, Mẽses propè duodecim usq; ad conuersionem Pauli. Colliguntur igitur 18. anni, ubi hic sunt dũtaxat undecim à passione Christi.

gloriæ

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini.
		gloriæ memoriam filium suum Britannorum appellauit.	
		Domitius Ater Nemausensis clarus Orator habetur, qui postea Nerone regnante ex cibi redundantia in cœna moritur.	
		Clodius Quirinalis Rhetor Arelatensis Romæ insignissimè docet.	
	Olymp. 206.	Inter Theram & Therasiam exorta est insula habens stadia 30.	
	1	5 Descriptione Romæ facta sub Claudio inuenta sunt ciuium Romanorum LXIX centena CXLIIII milia.	47
		Claudius circa hæc tempora Fucinum lacum exiccauit, XI annos triginta hominum millibus sine intermissione operantibus.	
		Portum Ostiæ Claudius extruxit, dextra lævaq; duobus quasi brachijs obiectis.	
	2	6 Thracia hucusque regnata in Romanorum prouinciam redigitur.	48
		Maria virgo Iesu Christi mater ad filium in cœlum assumitur, ut quidam fuisse sibi reuelatum scribunt.	
	3	7 Sub Procuratore Iudææ Cumano in diebus azimorum tanta est Hierosolymis orta seditio, ut in portarum exitu populo corruente 30 millia Iudæorum perierunt.	49 D
	4	8 Palæmon Vincentinus insignis Grammaticus Romæ habetur, qui quondam interrogatus, quid interstillam & guttam interesset: gutta inquit, stat, stilla cadit.	50
	Olymp. 207.	M. Antonius Liberalis Latinus Rhetor grauissimas inimicitias cum Palæmone exercet.	
	5	9 Fames facta in Græcia, modius sex drachmis uenundatus est.	51
		Tres simul soles apparuerunt, statimq; simul in eundem orbem coierunt.	
5250	6	10 Magna fames Romæ.	52
		Dionysius Areopagita præstabilis olim Philosophus claret.	
	7	11 Claudius Felicem Procuratorem Iudææ mittit,	53
		apud quem Paulus Apostolus accusatus in defensionem sui perorat.	
	8	12 Philippus Apostolus Christi apud Hieropolim	54
		Asiæ ciuitatem dum Euangelium populo nunciaret,	

cruci

A Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum	Anni domini.
		crucifixus, lapidibus opprimitur.	
	Olymp. 208.	Sub Felice Procuratore Iudææ exiterunt multi	
	9	13 qui populum suasione deciperent, in qua & Aegyptius quidam Pseudopheta fuit, qui plurimos sibi associans in ipso magnarum rerum conatu per exercitum Felicis opprimitur. Scribit Iosephus consentanea Apostolorum Actibus, in quibus Paulo dicitur à Tribuno: Nónne tu es Aegyptius, qui ante hos dies concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia uirorum?	
	10	14 Claudius moritur in palatio, anno ætatis suæ 64.	56
		NERO VI Romanorum, regnauit annis 14. mensibus 7, diebus 28.	
	11	1 Huius auunculus fuit Caius Caligula.	57
		Felice recedente à Iudæa, seditio in Cæsarea Palestinæ orta magnam Iudæorum multitudinem perdidit.	
	12	2 Festus in gubernatione succedit Felici, apud quem præsente Agrippa rege Paulus Apostolus religionis suæ rationem exponens uinctus Romam mittitur.	58
	Olymp. 209.	Probus Berythius eruditissimus Grammaticorum Romæ agnoscitur.	
	13	3 Statius Surculus Tholosanus in Gallia celeberrimè Rhetoricam docuit.	59
	14	4 Terræmotus Romæ, & Solis defectio.	60
	15	5 Nero Agrippinam matrem suam, & sororem patris interficit.	61
5260	16	6 Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis lauaretur unguentis, retibusq; aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebat.	62
	Olymp. 210.	Nero Romæ cithara contendens superat.	
		Festo in magistratu Iudææ succedit Albinus.	
	17	7 Iacobus frater Domini, quem omnes iustum appellabant, à Iudæis lapidibus opprimitur, in cuius thronum † Simeon, qui & Simon secundus summittitur.	63
	18	8 Ante mensam Neronis fulmen cecidit.	64
	19	9 Post Marcum Euangelistam primus Alexandrinæ Ecclesiæ ordinatur Episcopus Annianus qui præfuit annis 22.	65
		Persius Volaterranus Satyricus Poëta moritur,	

† Hic Cleophæ filius erat. Vide Euseb. hist. lib. 3. ca. 32.

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.		Anni domini.
			anno ætatis suæ XXIX.	
			Thermæ à Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellauit.	
			Nero Romæ in Citharistarum agone contendens omnes superat.	
	20	10	M. Anneus Lucanus Cordubensis Poëta in Pisoniana coniuratione deprehensus, brachium ad secandas uenas medico præbuit.	66
			Nero ut similitudinem ardentis Troiæ inspiceret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.	
			In Asia tres urbes tertæmotu conciderunt, Laodicia Hieropolis, Colosse.	
			Albino Procuratori Iudææ Cestius Florus succedit, sub quo Iudæi contra Romanos rebellauerunt.	
	Olymp. 220.		Iunius Anneus Gallio frater Senecæ egregius declamator propria se manu interfecit, mortem eius Nerone in suam præsentiam differente.	
	21	11	Duæ tantùm prouinciæ sub Nerone factæ, Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto.	67
			Multi nobilium Romæ à Nerone interfecti.	D
			Nero in Olympiade coronatur, + Cerycas, Citharistas, Tragœdos, Aurigas uario certamine superans.	
			Lucius Anneus Seneca Cordubensis, præceptor Neronis, & patruus Lucani Poëtæ, incisione uenarum, & uenenti haustu periit.	
	22	12	Rursum Nero Isthmia, Pythia, Actia celebrans, inter Cerycas, Tragœdos & Citharistas coronatur.	68
			Neroni expensas centies centena milia decreto Senatus annuo subministrantur.	
	23	13	Nero cum cæteris uiris insignibus & Octauiam uxorem suam interfecit, Cornutumq; Philosophum præceptorem Persij in exilium fugat.	69
	24	14	Musonius & Plutarchus Philosophi insignes habentur.	70
			L. Anneus Mella Senecæ frater & Gallionis, bona Lucani Poëtæ filij sui à Nerone prometeretur.	
			Primus Nero super omnia scelera sua etiam persecutionem in Christianos facit, in qua Petrus	

& Paulus

+ Pyrrhicas fortasse legẽdum ex Trãquillo Suet.

Anni mundi.	Iudæorum.		Romanorum	Anni domini.
			& Paulus gloriosè Romæ occubuerunt.	
			Contra Iudæos, qui Ceitij Flori auaritiam non	
			ferentes rebellabant, Vespasianus magister milit-	
			tiæ à Nerone tranſmittitur.	
			Vespasianus plurimas urbes Iudææ capit.	
			Flauius Iosephus scriptor historicus, dux bel	
			li Iudæorum, cum à Romanis interficiendus es	
			set, Vespasiano prænunciat de morte Neronis &	
			eius imperio, cuius rei causa uitam dono	
			accepit.	
			Post Petrum primus Romanam ecclesiam tenuit	
			LINVS annis 11.	
			Nero cum à Senatu quæreretur ad pœnam, è	
			Palatio fugiens ad quartum urbis miliarium	
			in suburbano liberti sui inter Salariam & Nu-	
			mentanam uiam semet interficit anno ætatis	
			suæ XXXII, atque in eo omnis Augusti familia	
			consummata est.	
			GALBA, OTHO & Vitellius Romanorum, re	
			gnauerunt anno uno, mensibus 9.	
	25	1	Post Neronem Galba in Hybernia, Vitellius in	71
			Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt.	
			M. Fabius Quintilianus Romam à Galba per	
			ducitur.	
	Olymp. 112.		Galba septimo mense imperij sui in medio Ro-	
			manæ urbis foro capite truncatur.	
			Vespasianus duobus prælijs superatos Iudæos ad	
			muros compulit.	
			Otho tertio regni sui mense apud Bebriacum	
			propria manu occubuit.	
			Antiochiæ secundus Episcopus ordinatur Ignatius.	
			Vitellius octauo imperij sui mense à Vespasiani	
			duobus occisus, in Tiberim proijcitur.	
			VESPASIANVS VII Romanorum regnauit an-	
			nis 9, mensibus 11, diebus 22.	
5270	26	1	Vespasianus apud Iudæam Imperator ab exercitu	72
			appellatus, & bellum Tito filio commendans,	
			Romam per Alexandriam proficiscitur.	
			Capitolium Romæ incensum.	
		2	Titus Iudæa capta & Hierosolymis subuersis	73
			sexcenta milia uiroru n interfecit. Iosephus ue	
			rò scribit undecies centena milia fame & gladio	
			periisse & alia centum milia captiuorum publicè	

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
		uenundata. Vt autem tanta multitudo Hierosolymis reperiretur, causam azymorum fuisse refert, ob quam ex omni gente Iudææ ad templum confluentes, urbe quasi carcere sunt recluſi, oportuit enim iisdem diebus Paschæ eos interfici, in quibus Saluatorem crucifixerant.	
		Colligitur omne tempus in secundo anno Vespasiani, & nouissimam euersionem Hierosolymarum à XV Tiberij Cæsaris anno, & ab exordio prædicationis 43. A capitulatione autem, quam ab	
	3	Antiocho perpessi sunt, anni 239.	74
Oly.		Porrò à Dario secundo anno, sub quo rursum templum ædifi-	
213.	4	catum est, anni 591. A prima autem ædificatione templi sub	75
		Solomone usque ad nouissimam eius ruinam, quæ sub Vespasiano facta est, anni 1102.	
	5	Vespasianus Capitolium ædificare orsus.	76
		In Alexandria facta seditio.	
		Serapion Philosophus & Orator agnoscitur.	
	6	Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Sicilia,	77
		Comagene, quæ liberæ anteà & sub regibus amicis erant, in	
	7	prouincias redactæ.	78
		Colossus erectus habens altitudinis pedes 107.	
4 Quintus. Oly.		† Quirinus Asconius Pedianus scriptor historicus clarus ha-	D
214.		betur, qui LXXIII ætatis suæ anno caprus luminibus, XII posteà	
		annis in summo omnium honore consenescit.	
	8	Gabinus celeberrimi nominis Rhetor in Gallia docuit.	79
		Tres ciuitates Cypri terræmotu corruerunt.	
	9	Lues ingens Romæ facta, ita ut per multos dies in Ephemeridē	80
		decem milia fermè mortuorum hominum referrentur.	
	10	Vespasianus Colonias deduxit, & mortuus est profluuio uen-	81
		tris in uilla propria circa Sabinos, anno ætatis 69.	
		TITVS VIII Rom. regnauit annis 2. mensibus 8.	
5280	1	Titus filius Vespasiani in utraque lingua disertissimus fuit,	82
Oly.		& tantæ bonitatis, ut cum quadam die recordatus fuisset in cœ-	
215.		na nihil se illo die cuiquam præstitisse, dixit: Amice hodie diem	
		perdidi.	
		ANACLETVS III Romanæ ecclesiæ constituitur Episcopus	
		annis 12.	
		Mons Vesuuius ruptus in uertice tantum ex se iecit incendij, ut	
		regiones uicinas & urbes cum hominibus exureret.	
	2	Titus Musonium Rufum Philosophum de exilio reuocat.	83
		Titus Amphitheatrum Romæ ædificat, & in dedicatione eius	
		quinq; milia ferarum occidit.	
		Romæ plurimæ ædes incendio concremantur.	
		Titus morbo periit in ea uilla, in qua pater pridie Idus	

Septem-

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		Septembres, anno ætatis 42.	
		DOMITIANVS Titi frater iunior, IX Romanorum regnauit annis 15. mensibus 5.	
	1	Decreto Senatus Titus inter deos refertur.	84
		Domitiani uxor Augusta appellatur.	
	2	Domitianus quotidie secretam quietem consueuit sumere, in qua nihil aliud curabat, nisi muscas stylo præacuto configere.	85
	3	Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.	86
		Tres uirgines Vestæ ob stuprum damnatæ.	
Oly.		Plurimos Senatorum Domitianus in exilium mittit.	
216.	4	Secundus Alexandrinę ecclesiæ constituitur Episcopus Albinus, qui præfuit annis 13.	87
	5	Domitianus templum sine admixtione lignorum construit.	88
	6	Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari iussit.	89
		Nasamones & Daci dimicantes contra Romanos uicti.	
	7	Duo menses aliter appellati September Germanicus, & October Domitianus.	90
Oly.		Quintilianus ex Hispania Calagurritanus, qui primus Romæ	
217.		publicam scholam & salarium è fisco accepit, claruit.	
	8	Domitianus plurimos nobilium in exilium mittit, & occidit.	91
5290	9	Domitianus Mathematicos & Philosophos Romana urbe pellit.	92
	10	Multa opera Romæ facta, in queis Capitolium, forum transitorium, diuorum porticus, Hisuium ac Serapium, stadium, horrea piperatoria, Vespasiani templum, Mineruæ Chalcidicæ † Odiũ, forum Traiani, thermę Traianę & Titianę, & Pantheon.	93
	11	Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.	94
		Domitianus tantę superbię fuit, ut aureas & argenteas statuas sibi in Capitolio poni iusserit: hęcq; & cætera omnia suo tantum titulo, sine ulla prisci autoris memoria signaret.	
Oly.		CLEMENS III Rom. ecclesię Episcopus prętuit an. 9.	
218.		Maxima uirginum Vestalium Cornelia conuicta stupra, iuxta legem	
	12	Domitianus prohibuit uites in urbib. seri. (uiua defossa est.	95
		Flauius Iosephus uicesimum librum Antiquitatum huius temporis scribit. (exilium misit.	
	13	Domitianus multos nobilium perdidit, quosdam uerò in	96
	14	Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur, & sub eo Apostolus Ioannes in Pathmon insulam relegatus Apocalypsin uidit, quam Irenęus interpretatur.	97
	15	Domitianus rursum Philosophos & Mathematicos Roma	98
Oly.		per edictum extrudit.	
219.		Apollonius Tyaneus, & Euphrates insignes Philosophi habentur.	

† Methodium.

Anni mundi.		Romanorum.	Anni dominî.
	16	Domitianus eos qui de genere Dauid erant interfici præcipit,	99
		ut nullus Iudæorum regno reliquus foret.	
		Scribit Brutius plurimos Christianorum sub Domitiano tecisse	
		martyrium, inter quos & Flauiam Domicillam Flauij Clementis	
		Consulis ex sorore nepotem in insulam Pontianam relegatam.	
		quia se Christianam esse testata est.	
		Multa signa atq; portenta Romæ & toto orbe facta.	
		Domitianus occisus in Palatio, & per uestpiuones ignobiliter a-	
		sportatꝰ anno ætatis 36. clypeiq; & imagines eius passim ubiq;	
		per Romam in terram sunt deiectæ, & à populo per ignominiã	
		publicè conculcatæ.	
		NERVAX Romanorum regnauit anno uno, mensibus 4.	
		Alexandrinę ecclesię III Episcopus præfuit Cerdo an. 11.	
	1	Senatus decreuit ut omnia quæ Domitianus statuerat in	100
		irritum deducerentur. Itaque multi quos iniustè eiecerat de	
		exilio reuersi, nonnulli bona propria receperunt. Aiunt &	
		Apostolum Iohannem hoc tempore exilio solutum Ephe-	
		sum secessisse, qua urbe & hospitiolum, & amicos amantis-	
		simos sui habebat.	
		Iustus à Tiberiade Iudæorum scriptor agnoscitur.	
		Nerua morbo periit in hortis Sallustianis anno ætatis 72. cum	
		iam Traianum adoptasset in filium.	
		Traianus Agrippinæ in Gallis Imperator factus, natus Italicæ	
		in Hispania.	
		TRAIANVS XI Rom. regnauit annis 19. mensibus 6.	
	1	Decreto Senatus Nerua in deos relatus est.	101
5300	2	EVARISTVS IIII Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit	102
		annis 9.	
Oly.		Ioannem Apostolum usq; ad Traiani tempora Irenæus Epi-	
220.	3	scopus permansisse scribit, post quem auditores eius insignes	104
		fuerũt Papias Hieropolitanus Episcopus, & Polycarpus Smyr-	
		neus, & Ignatius Antiochenus.	
	4	Traius de Dacis & Scythis triumphat.	104
	5	Traianus uicto rege Decebalo Daciam fecit prouinciam, Hy-	105
		beros, Sauromatas, † Alroẽnos, Arabes, Bosphoranos, Colchos	
	6	in fidem accepit, Seleuciam & Ctesiphontem, Babylonem oc-	106
		cupauit, & tenuit in mari rubro classem, & instituit ut per eam	
Oly.		Indiæ fines uastarentur.	
221.		Romæ aurea domus incendio conflagrauit.	
	7	Terræmotu quatuor urbes Asiæ subuersæ, Elea, Myrrhina, Py-	107
	8	tanæ, Cymæ, & Græciæ duæ Opuntiorum & Oritorum.	108
	† 9	Alexandrinæ ecclesiæ III Episcopꝰ ordinatur nomine Primus,	109
	10	Traiano aduersus Christianos persecutio- (an. 12.	110

acta

† Fortè Agarenos legendum est ex Dione.

† In historia Eusebij est 12. anno Traiani, lib. 4. prorsus ab initio

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		nem mouente Simon filius Cleophæ, qui Hierosolymis Episco-	
Oly.		patum tenebat, crucifigitur, cui succedit Iustus.	
222.	11	Ignatius quoq; Antiochenæ ecclesiæ Episcopus Romam perdu	111
		ctus bestijs traditur, post quem tertius Episcopus conitituitur	
		Plinius Secundus cum quandam prouinciam († Eron.	† Aliàs Hē
		regeret, & in magistratu suo plurimos Christianorum inter-	ros.
		fecisset, multitudine eorum perterritus, quæsiuit à Traia-	
		no quid facto opus esset, nuntians ei. Præter obstinatio-	
		nem non sacrificandi, & ante lucanos cœtus ad cauendum	
		cuidam Christo Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea ad	
		conferendam disciplinam uetari ab his homicidia, furta, a-	
		dulteria, latrocinia, & his similia. Ad quæ commotus	
		Traianus rescribit: hoc genus quidem inquirendos non	
		esse, oblatos uerò puniri oportere. Tertullianus refert in Apo-	
		logetico.	
		ALEXANDER V Rom. ecclesiæ Episcopatum tenet an. 10.	
5310	12	Plinius Secundus Nouocomensis Orator & historicus insignis	112
		habetur, cuius plurima ingenij opera extant, periit dum inuisit Veluuium.	
		Tres Galatiæ ciuitates terræmotu eruta.	
	13	Pantheon Romæ fulmine concrematum.	113
B	14	Post iustum Ecclesiæ Hierosolymitanæ Episcopatum IIII su-	114
		scepit Zachæus, post quem V Tobias, cui succedit VI Benia-	
Oly.		min, ac deinde VII Ioannes, & VIII Matthias, in cuius lo-	
223.		cum IX constituitur Philippus.	
	15	Traianus Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam fecit	115
		prouincias.	
	16	Terræmotus Antiochiam pene totam subruit ciuitatem.	116
	17	Iudæi qui in Libya erant aduersùm cohabitatores suos	117
		alienigenas dimicant. Similiter in Aegypto & in Alexan-	
		dria, apud Syrenem quoque, & Thebaidem magna se-	
		ditione contendunt, uerum gentilium pars superat in A-	
		lexandria.	
	18	Iudæis Mesopotamiæ rebellantibus præcepit Imperator Traia-	118
		nus Lysiæ Quieto, ut eos prouincia exterminaret, aduersùs	
Oly.		quos Quietus aciem instruens, infinita millia eorum interfecit,	
224.		& ob hoc Procurator Iudææ ab Imperatore decernitur.	
	19	Salaminam urbem Cypri interfectis in ea gentilibus, subuer-	119
		tere Iudæi.	
		Traianus morbo in Selenunti perit, siue, ut alibi scriptum	
		reperimus, apud Seleuciam Isauriæ profluuio uentris extinctus	
		est, anno ætatis 63. mense 9. die 4. Ossa eius in urnam auream col-	
		lata, & in foro sub columna posita, solusq; omnium intra urbem,	
		& in foro sepultus est.	

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
		ADRIANVS XII Romanorum regnauit annis 21.	
	1	Adrianus Italicæ in Hispania natus, consobrinæ Traiani filius fuit.	120
		Adrianus Alexandriam à Romanis subuersam publicis instaurauit expensis.	
		Adrianus Traiani inuidens glorię, de Assyria, Mesopotamia, Armenia, quas ille prouincias fecerat, reuocauit exercitus.	
	2	Adrianus ludęos capit secundò contra Romanos rebellantes.	121
		Senatus Traianum in deos refert.	
		Adrianus eruditissimus fuit in utraq; lingua, sed in puerorum amore parum continens fuit.	
		Adrianus reliqua tributorum urbis relaxauit, chartis publicè incensis: plurimos etiam ipsis tributis liberos præstitit.	
		SIXTVS VI Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet annis 10.	
5320	3	Plutarchus Cheronęus, & Sextus, & Agathobolus, & Oenomaus Philosophi insignes habentur.	122
		Alexandrinæ ecclesiæ V constituitur Episcopus Iustus annis 11.	
Oly.		Bellum contra Sauromatas gestum.	
225.	4	Terræmotu facto Nicomedia ruit, & Nicenæ urbis plurima euersa sunt, ad quarum instaurationem Adrianus de publico est largitus impensas.	123
		Euphrates Stoicus Philosophus moritur.	
	5	Adrianus in Libyam, quæ à Iudæis uastata fuerat, colonias deducit.	124
	6	Adrianus Athenienſibus, leges petentibus ex Draconis & Solonis, reliquorumq; libris iura composuit.	125
	7	Cephisus fluuius Eleusinam inundauit, quem Adrianus ponte coniungens Athenis hyemem exigit.	126
Oly.		Hierosolymis X post Philippum constituitur Episcopus	
226.	8	Seneca, post quem XI Iustus, cui successit XII Leui,	127
		post quem XIII Ephres, XIIII Ioses, XV Iudas. Hi omnes usque ad euersionem, quam ab Adriano perpessa est Hierusalem, ex circumcisione Episcopi prębuerunt.	
		Adrianus sacris Eleusinæ initiatus, multa Athenienſibus bona largitus est.	
	9	Quadratus discipulus Apostolorum, & Aristides Atheniensis noster Philosophus, libros pro Christiana religione Adriano dedêre compositos. Et Serenus Granius legatus, uir apprimè nobilis literas ad Imperatorem mittit,	128
	10	iniquissimum esse dicens, clamoribus uulgi innocentium hominum sanguinem concedi, & sine ullo crimine nominis tantum & sectæ reos fieri. Quibus commotus A-	129
	11	drianus Minutio Fundano Proconsuli Asiæ scripsit, sine	130

obiectu

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		obiectã criminum Christianos non condemnandos. Cuius	
Oly.		Epistolæ usq; ad nostram memoriam durat exemplum.	
227.		Imperator Adrianus pater patriæ appellatur,& uxor eius Augusta.	
	12	TELEOPHORVS VII Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit an. 11.	131
		Antiochiæ constituitur IIII Episcopus Cornelius.	
		Nicopolis & Cæsarea terræmotu ciderunt.	
5330	13	Antinous puer egregius eximiæ pulchritudinis in Aegypto moritur,quem Adrianus diligenter sepeliens: nam in deliciis habuerat,in deos refert, ex cuius nomine etiam urbs appellata est.	132
	14	Alexandrinæ ecclesiæ VII Episcopus præfuit Eumenes an. 13.	133
		Templum Veneris ab Adriano Romæ factum.	
	15	Saluius Iulianus perpetuum composuit Edictum.	134
		Adrianus Athenis hyemem exigens Eleusinam inuisit.	
Oly.		Adrianus cum insignes & plurimas ædes Athenis fecisset agonem ædidit,bibliothecamq; miri operis extruxit.	
228.			
	16	Iudæi in arma uersi Palæstinam depopulati sunt,tenente prouincia Tyrio Rufo,cui ad opprimendos rebelles Adrianus	135
		mittit exercitum.	
		Phauorinus & Palæmon Rhetores insignes habentur.	
	17	Basilides hæresiarches in Alexãdria cõmemoratᷣ,à quo Gnostici.	136
		† Cochebas dux factionis Iudæorum nolentes sibi Christianos aduersum Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat.	
		Quadragesimale ieiunium à Telephoro per hoc tempus institutum,ac præceptum quidam scribunt.	
	18	Bellum Iudaicum quod in Palæstina gerebatur finem accepit,rebus Iudæorum penitùs oppressis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Hierosolymam licentia ablata primùm Dei nutu,sicut Prophetæ uaticinati sunt, deinde Romanis interdictionibus.	137
	19		138
Oly.		Hierosolymis primus ex gentibus constituitur Episcopus	
229.		Marcus,cessantibus his qui fuerant ex Iudæis.	
	20	Aelia ab Aelio Adriano condita, & in fronte eius portæ qua Bethleem egredimur,Sus sculptus in marmore,significans Romanæ potestati subiacere Iudæos. Nonnulli à Tito Aelio filio Vespasiani extructam arbitrantur.	139
	21	Adrianus morbo intercutis aquæ apud Baias moritur maior sexagenario.	140
		T. ANTONINVS cognomento Pius, cum liberis suis	
		† Aurelio & Lucio XIII Romanorum regnauit an. 23. mensibus 3.	

† Barchochabas est in Eccles. hist.

† Non concordãt cum historia, Aelij nõ Aurelij appellandi.

Anno.

BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini.
	1	Antoninus pater patriæ appellatur.	141
		Galenus medicus his temporibus claruit.	
5340	2	HYGINVS VIII Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscipit	142
		annis 4.	
Oly.		Sub Hygino Romanæ urbis Episcopo Valentinus hære-	
230.		siarches, & Cerdo magister Marcionis Romam uenerunt.	
	3	Iustinus Philosophus librum pro nostra religione conscri-	143
		ptum Antonino tradidit.	
	4	Heros V Antiochiæ constituitur Episcopus.	144
	5	Marcus VII Alexandriæ Episcopatum suscipit an. 10.	145
	6	†	146
Oly.		Valentinus hæreticus agnoscitur, permanet usq; ad Anicetum.	
231.		Sancitum est à Pio, ut resurrectio dominica die dominica cele-	
		bretur, quòd à pluribus posteà Pontificibus confirmatum est.	
	7	Mesomedes Cretensis Citharœdorum carminum musicus	147
		Poëta agnoscitur. (tur.	
	8	Taurus Berythius Platonicę sectę Philosophus clarus habe-	148
	9	Arianus philosophus Nicomediensis agnoscitur, & Maxi-	149
		mus Tyrius.	
	10	Apollonius Stoicus natione Chalcidicus, & Basilides Sy-	150
Oly.		ropolitanus Philosophi illustres habentur, qui Veri quoq;	
232.		Cæsaris præceptores fuerunt.	
	11		151
5350	12	Celadion VIII Alexandrinæ ecclesiæ Episc. præfuit an. 14.	152
	13	Crescens Cynicus agnoscitur, qui Iustino nostri dogmatis	153
		Philosopho, qui se gulosum & præuaricatorem Philoso-	
	14	phiæ arguebat, persecutionem suscitauit, in qua ille glorio-	154
Oly.		sè pro Christo sanguinem fudit.	
233.	15		155
	16	† ANICETVS X Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet	156
		an. 10. sub quo Polycarpus Romam ueniens multos ab hæ-	
	17	retico errore correxit.	157
	18		158
Oly.		Cassianus XVII Hierosolymæ Episcopatum post Marcum	
234.	19	suscepit, post quem XVIII Publius, cui succedit XIX Maxi-	159
	20	mus, XX Iulianus, XXI Gaianus, XXII Symmachus,	160
	21	XXIII Caius, XXIIII Iulianus, XXV Capito	161
5360	22	Antoninus Pius suo patrimonio opulentissimus, proprias	162
		opes amicis liberalissimè tribuit, ærarium uerò publicum	
		ditissimum reddidit.	
Oly.		Antoninus tantę æquitatis fuit, ut plurimæ nationes depo-	
235.		sitis armis suæ soli sententiæ paruerint.	
		Antoninus Pius apud Lorum uillam suam 12 ab	

† Hic omissa est linea de Pio qui IX. Romanæ ecclesiæ præfuit, annis 15. hic autem sunt 11.

† Hic in histor. Euseb. dicitur 11. an. præfuisse, cum hic sint. 10.

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum	Anni domini.
	23	urbe miliario moritur, anno uitæ suæ 72.	163
		MARCVS ANTONIVS qui & Verus, XIIII Romanorum	
		regnauit, & Lucius Aurelius Commodus, annis 19. mense uno.	
	1	Hi primum æquo iure imperium ministrauerunt, cum usq; ad	164
		hoc tempus singuli Augusti fuerint.	
	2	Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis in cœlo ab oriente in	165
		occidentem ferri uisus. (depopulatus est.	
	3	Vologesus rex Parthorum, uicinas sibi Romanas prouincias	166
Oly.		Fronto Orator insignis habetur, qui Marcum Antoninum Ve-	
236.		rum Latinis literis erudiuit.	
	4	Seleucia Syriæ urbs cum trecentis milibus hominum à Roma	167
		nis capta.	
	5	Apud Pisas Peregrinus Philosophus rogo quem ex lignis cõ-	168
		posuerat incenso, semet superiecit.	
	6	L. Cæsar de Parthis cum fratre triumphauit.	169
		Agrippinus IX Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus, præfuit an. 12.	
	7	Persecutione orta in Asia, Polycarpus & Pionius fecêre mar-	170
		tyrium, quorum scriptæ quoq; passiones feruntur.	
Oly.		Plurimi in Gallia glorioſe ob Christi nomen interfecti, quo-	
237.		rum usq; in præsentem diem condita libris certamina perseuerant.	
	8	Lues multas prouincias occupauit, Roma ex parte uexata.	171
		Romani contra Germanos, Marcomannos, Quados, Sarma-	
		tos & Dacos dimicant.	
		SOTER XI Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit, † an. 12.	† In hist. Ec clesiast. lib. 5. 8. alt.
		Theophilus Antiochiæ XVI Episcopus ordinatur, cuius plu-	
		rima ingenij opera extant.	
5470	9	Lucius Imperator anno regni sui nono, siue ut quidam putant	172
		XI inter Concordiam & Altinum apoplexia extinctus est, se-	
		dens cum fratre in uehiculo.	
	10	Antonino Imperatori inclyto Asianus Sardiensis Episcopus	173
		Apologeticum pro Christianis tradidit.	
	11	Apollinaris Asianus Hieropolitanus Episcopus insignis habe	174
Oly.		Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus habetur, (tur.	
238.		& † Pinetus Cretensis uir eloquentissimus.	
		Pseudoprophetia quæ Cathaphrygas nominatur, accepit exordium	† Pynitus in hostoria Eccleſiast.
		autore Montano, Priscilla, Maximillaq; insanis uatibus.	
	12	Tatianus hæreticus agnoscitur, à quo Encratitæ.	175
		Bardesanes alterius hæreseos princeps notus efficitur.	
		Oppianus Cilix Poëta cognoscitur, qui Halieuticam miro	
		splendore conscribit.	
		Tanta per totum orbem pestilentia fuit, ut penè usq; ad interni	
		tionem Romanus exercitus deletus fuerit.	
	13	Imperator Antoninus multis aduersum se nascentibus	176

bellis

Anni mundi.	Iudæorum.	Romanorum.	Anni domini.
		bellis sæpe ipse intererat, sæpe duces nobilissimos destinabat,	
		in quibus semel pertinaciter exercitui, qui cum eo in Quado-	
	14	rum regione pugnabat, siti oppresso, pluuia diuinitùs missa est,	177
		cum econtrario Germanos & Sarmatas fulmina persequeren-	
		tur, & plurimos eorum interficerent.	
	15	Extant literæ Marci Aurelij grauissimi Imperatoris, quibus il-	178
Oly.		lam Germanicam sitim Christianorum forte militum preca-	
239.	16	tionibus impetrato imbri discussam contestatur.	179
		Atticus Platonicæ sectæ Philosophus agnoscitur.	
		ELEVTHERIVS Romanæ ecclesiæ XII Episcopatum susci-	
		pit, annis 15.	
		Antiochiæ VII constituitur Maximinus.	
	17	Antoninus Commodum filium suum consortem regni facit.	180
	18	† Antoninus cum filio de hostibus triumphauit, quos, per tri-	181
† Meminit haud dubiè Eusebius in histor. cap. 26. lib. 4. Nam frater Lu. erat mortuus.		ennium apud Cornutum habens statiua castra, uastauerat.	
5380	19	Imperatores multis multa largiti sunt, & pecuniam quæ Fisco	182
		debebatur prouincijs concedentes, Tabulas debitorum in me-	
		dio Romanæ urbis foro incendi præceperunt, ac ne quid boni-	
		tati deesset, seueriores quasque leges nouis constitutionibus	
		temperauerunt.	
		Antoninus post uictoriam adeò in æditione munerum magni-	
		ficus fuit, ut centum simul leones exhibuerit.	
Oly.		Commodus à Senatu Augustus appellatur.	
240.		Smyrna urbs Asiæ terræmotu ruit, ad cuius instaurationem de-	
		cennalis tributorum immunitas data est.	
		Antoninus in Pannonia morbo perijt.	
		Iulianus X Alexandrinæ ecclesiæ Episcopatum sortitur	
		annis 10.	
		COMMODVS XV Romanorum regnauit annis 13.	
	1	Commodus de Germanis triumphauit.	183
	2	Templum Serapidis Alexandriæ incensum.	184
	3	Irenæus Episcopus Lugdunensis insignis habetur.	185
	4	Thermæ Commodianæ Romæ factæ.	186
Oly.		Commodus septimum mensem nomine suo appellauit.	
241.	5	Hierosolymis 26 ordinatur Episcopus Maximus, post	187
		quem 27 Antoninus, 28 Valens, 29 Dulychianus, 30	
		Narcissus, 31 Aelius, 32 Germanio, 33 Gordius, 34	
	6	rursum Narcissus.	188
	7	Tantis apud Hierosolymam Episcopis constitutis, non	189
† Vide in hist. lib. 5. cap. 21. ad finem.		potuimus discernere tempora singulorum, eò quòd usque	
		in præsentem diem eorum Episcopatum anni minimè in-	
		ueniantur.	
	8	† Apollonius urbis Senator, lecto Senatu insigni uolu-	190

mine

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		mine,quod de Christi fide composuerat,capite ob Christi fi	
		dem truncatus est.	
Oly.		In Capitolium fulmen ruit, & magna inflammatione facta	
242.		bibliotheca & uicinæ quæq; ædes concrematæ.	
	9	Alexandrinæ XI constituitur Episcopus Demetrius an-	191
		nis 44.	
		Commodus imperator Colossi capite sublato, suæ imagi-	
		nis caput iussit imponi.	
5390	10	Serapion VII Antiochiæ Episcopus ordinatur.	192
	11	Commodus multos nobilium interficit, & spectacula po-	193
		pulo Romano præbet insignia.	
	12	Incendio Romæ facto Palatium & ædes Vestæ, plurimaq;	194
Oly		urbis pars solo coæquata	
243.	13	Commodus strangulatur in domo Vettiliani.	195
		AELIVS PERTINAX XVI Romanorum regnauit men-	
		sibus 6.	
		Pertinax septuagenario maior cum Præfecturam urbis age-	
		ret,ex Senatusconsulto imperare iussus est.	
		VICTOR XIII Romæ episcopatum suscipit annis 10.	
		cuius mediocria de religione extant uolumina.	
		Pertinax obsecrante Senatu, ut uxorem suam Augustam,&	
		filium suum Cæsarem appellaret,contradixit:sufficere testi	
		tus est,quod ipse regnaret inuitus.	
		Pertinax occiditur in Palatio Iuliani Iurisperiti scelere,	
		quem postea Seuerus apud Miluium pontem interfecit.	
		SEVERVS XVII Romanorum regnauit annis 18.	
	1	Seuerus prouincia Tripolitana oppido Lepti,solus ex Afri-	196.
		ca usq; in præsentem diem Romanis Imperator fuit,& in	
		honorem Pertinacis,quem Iulianus occiderat, Pertinacem	
		se cognominari iussit.	
	2	Clemens Alexandrinæ ecclesiæ presbyter,& Panthenus	197.
		Stoicus Philosophus,in disputatione dogmatis nostri di-	
		sertissimi habentur.	
	3	Narcissus Hierosolymitarum Episcopus, & Theophilus	198.
		Cæsariensis, † Polycarpus quoque, & Bachylus Asianæ	
Oly.		prouinciæ Episcopi insignes habentur.	
244.		Candidus Christianorum disputator cautissimus notus	
		efficitur.	
	4	Quæstione orta in Asia inter Episcopos,an secundum le-	199
		gem Mosis 14 mensis Pascha obseruandum esset, Victor	
		Romanæ urbis Episcopus,& Narcissus Hierosolymarum,	
		Polycrates quoque & Irenæus,& Bachylus, plurimiq; ec-	
		clesiarum pastores, quid eis probabile uisum fuerat literis	

† Polycrates.

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		ædiderunt, quarum memoria ad nos usq́e perdurat.	
	5	Iudaicum & Samaritícum bellum ortum, uel resumptum.	200
	6	Seuerus Parthos, & Adyabenos superauit, Arabesq́ interiores ita cæcidit, ut regionem eorum Romanam prouinciam	201
5400	7	faceret, ob quæ Parthicus, Arabicus, & Adyabenicus cognominatus est.	202
Oly.		Seuero imperante Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam, &	
245.		Romam factæ, & Septizodium extructum.	
	8	ZEPHYRINVS XIIII Romanæ ecclesiæ Episcopatum	203
		suscepit annis 17.	
	9	Persecutione in Christianos facta, Leonides Originis pater	204
	10	gloriosa martyrii morte transfertur.	205
	11	Alexander ob confessionem Domini nominis insignis	206
		habetur.	
Oly		Clemens multa & uaria conscribit.	
246	12	Musanus † noster Philosophiæ scriptor agnoscitur.	207
	13	† Clodio Albino, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, apud	208
		Lugdunum interfecto, Seuerus in Britannos bellum transfert,	
	14	ubi ut receptas prouincias ab incursione barbarica	209
		faceret securiores, uallum per 132 millia passuum à mari ad	210
		mare duxit.	
Oly.		Tertullianus Afer Centurionis Proconsularis.	
247	16		211
5410	17	Origenes Alexandriæ studijs eruditur.	212
	18	Seuerus moritur Eboraci in Britannia.	213
		ANTONINVS cognomento Caracalla XVIII Romanorum regnauit annis 6.	
	1	Antiochiæ IX Episcopus constituitur Asclepiades.	214
Oly.		Alexander XXXV Hierosolymorum Episcopus ordinatur.	
248		adhuc uiuente Narcisso, & cum eo pariter ecclesiam regit.	
	2	Antonius Caracalla cognominatus propter genus uestis quod	215
		Romæ erogauerat, & econtrario Caracallæ ex eius nomine	
	3	Antonianæ dictæ.	216
	4	Antonius Romæ Thermas suo nomine ædificauit.	217
	5	Antonius tam impatiens libidinis fuit, ut nouercam suam Iuliam uxorem duxerit.	218
Oly.		Antonius interficitur inter Edessam & Carras anno	
	6	ætatis 44.	219
		MACRINVS XIX Romanorum regnauit anno uno.	
	1	Macrinus Præfecturam Prætorij gerens Imperator	220
		factus.	
		Antiochiæ X Episcopus constituitur Philerus.	
		Circensibus Vulcanaliorum Romę Amphiteatrum incensum.	

† nostræ.

† Hic puto Scotiam ab Anglia primum diuisam.

† Hic fuit filius Seueri ut in histor. Dicitur autē annis 7. & mēsibus 6. regnasse. Vide cap. 19. lib. 6. in hist. Eusebij.

Aggarus

A Anni mundi.		Romanorum.	An. domini.
		Aggarus uir sanctus regnauit Edessæ, ut uult Africanus.	
		Marcinus occiditur in Archelaide.	
		MARCVS Aurelius Antonius XX Romanorum regnauit annis 4.	
	1	Marcus Aurelius Antonini Caracallæ ut putabatur filius, &	221
5420	2	sacerdos Heliogabali templi, adeò impudice in imperio suo uixit, ut nullum genus obscœnitatis omiserit.	222
Oly.		CALLISTVS XV. Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit	
250		annis 5.	
	3	Heliogabalum templum Romæ ædificatum.	223
	4	In Palestina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, urbs	224
		condita est, legationis industriam pro ea suscipiente Iulio Africano scriptore temporum.	
		Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cum matre	
		† Seniasyra.	† Semiasyra.
		ALEXANDER Mammeæ filius XXI Romanorum regnauit annis 13.	
	1	Alexander Xerxem regem Persarum gloriosissimè uincit, &	225
	2	disciplinæ militaris tam seuerus corrector fuit, ut quasdam tu-	226
Oly.		multuantes legiones integras exautorauit.	
B 251	3	VRBANVS XVI Romanæ ecclesiæ ordinatur Episcopus	227
		annis 9.	
	4	Vulpianus Iurisconsultus, assessor Alexandri insignis habetur.	228
	5	Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.	229
	6	Gemianus presbyter Antiochenus, & Hippolytus, &	230
Oly.		Beryllus Episcopus Arabiæ, Bostrenus, clari scriptores	
252		habentur.	
	7	Antiochiæ XI constituitur Episcopus Zebennus,	231
5430	8	Origenes Alexandriæ clarus habetur.	232
	9	Alexandrinæ ecclesiæ XXII ordinatur Heracleas an. 16.	233
	10	Alexander in matrem Mammeam unice pius fuit, & ob id	234
Oly.		omnibus amabilis.	
251	11	Origenes de Alexandria ad Cæsarem Palestinæ transit.	235
	12	PONTANVS XVII. Romanæ ecclesiæ Episcopum suscepit	236
		annis 5.	
	13	Alexander occiditur Moguntiaci tumultu militari.	237
		MAXIMINVS XXII Romanorum regnauit annis 3.	
	1	Maximinus primus ex corpore militari sine Senatus autorita-	238
Oly.		te ab exercitu Imperator electus est.	
254	2	Maximinus aduersum ecclesiarum sacerdotes persecutionem	239
		facit.	
	3	Maximinus Aquileiæ â pupieno occiditur.	340

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		GORDIANVS XXIII Romanorum regnauit an. 6.	241
	1	ANTHERVS XVIII Romæ Episcopus ordinatur mense uno,	
		post quem XIX Fabianus annis 13.	
5440	2	Gordiano Romam ingresso Pupienus & Galbinus, qui impe-	242
Oly.		rium arripuerant in Palatio occisi.	
255	3	Gordianus admodum adolescens Parthorum natione superata,	243
		cum reuerteretur ad patriam fraude Philippi Præfecti Prætorij	
	4	haud longè à Romano solo interfectus est.	244
	5	Gordiano milites tumultum ædificant, qui Euphrati imminet,	245
	6	ossibus eius Romam reuectis.	246
† 5.	Oly.	PHILIPPVS XXIIII Romanorum regnauit an. † 7.	
256	1	Philippus Philippum filium suum consortem regni facit,	247
		primus quĕ omnium ex Romanis imperatoribus Christia-	
		nus fuit.	
	2	Regnantibus Philippis millesimus annus Romanæ urbis	248
		expletus est, ob quam solennitatem innumerabiles be-	
†maximo.		stiæ in circo † magno interfectæ, ludiq; in campo Martio	
		theatrales tribus diebus ac noctibus populo peruigilante	
		celebrati.	
	3	Theatrum Pompei incensum, & Echatrostylon 40. missus	249
	4	Athlas mons natali Romæ urbis cucurrit, & agon mille anno-	250
		rum actus.	
	Oly.	Philippus urbem nominis sui in Thracia construit.	
254	5	Alexandrinam ecclesiam XIII Episcopus tenuit Dionysius	251
5450	6	Philippus senior Veronæ Romæ iunior (an. 17	252
	7	occiditur.	253
		DECIVS XV Romanorum regnauit anno uno, mensibus 3.	
4 Bubaliæ	1	Decius è Pannonia inferiore † Eudaliæ natus fuit.	254
		Decius cum Philippos patrem & filium interfecisset, ob odium	
		eorum in Christianos persecutionem mouet, qua diaconus Lau-	
		rentius Romæ martyrium duxit.	
		Antonius monachus in Aegypto nascitur.	
		Romæ Amphitheatrum incensum.	
		Alexandro Hierosolymorum Episcopo apud Cæsaream Palæ-	
		stinæ ob martyrium interfecto, & Antiochiæ Babyla, Mazab-	
		banes & Fabius Episcopi constituuntur.	
†Barbari-		Decius cum filio in † Aprucio occiditur.	
co.		GALLVS & Volusianus Galli filius XXVI Romanorum	
		regnauerunt annis 2. mensibus 4.	
		Romanæ ecclesiæ Episcopatum post Fabiani gloriosam	
		mortem XX suscepit CORNELIVS annis 2. qui &	
		ipse martyrio coronatus est. Extant ad eum Cypriani VII	
		Epistolæ.	

D

1 Pestilens

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
	1	Pestilens morbus totius orbis multas prouincias occupauit	255
		maximeq; Alexandriam & Aegyptum, ut scribit Dionysius,	
		& Cypriani de mortalitate testis est liber.	
		Nouatus presbyter Cypriani Romam ueniens, Nouatianum,	
		& cæteros confessores sibi sociat, eò quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset.	
		Antiochiæ XIIII constituitur Episcopus Demetrianus.	
	2	LVCIVS XXI Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet	256
		menses 8. post quem XXII Stephanus annis 3.	
		Extant ad utrunq; Cypriani Epistolæ.	
Oly. 258		Gallus & Volusianus, cum aduersum Aemilianum qui in	
		Mœsia res nouas moliebatur ex urbe præfecti essent, in Foro	
		Flamminij, siue ut alij putant, Interamnæ interfecti sunt.	
		Aemilianus tertio mense inuasæ tyrannidis extinctus est.	
		VALERIANVS & Galienus XVII Romanorum regnauerunt annis † 15.	† 9.
	1	Valerianus in Rhętia ab exercitu Augustus,	257
	2	Galienus Romæ à Senatu Cæsar appellatus est.	258
		SIXTVS XXIII Romæ ecclesiæ Episcopatum tenet	
Oly.		annis 8.	
259 B	3	Cyprianus primùm Rhetor, deinde presbyter, ad extremum Carthaginensis Episcopus, martyrio coronatur.	259
	4	Valerianus Christianos persecutione commota statim à	260
		Sapore Persarum rege capitur, ibiq; seruitute miserabili	
		consenescit.	
	5	Sapor rex Persarum, Syriam, + Siciliam, & Cappadociam	† Cicilia
		depopulatur.	261
5460	6	Valeriano in Persas ducto, Galienus pacem nostris reddidit.	262
Oly.		Antiochiæ XV constituitur Episcopus Paulus Samosatenus,	
260	7	Galieno in omnem lasciuiam dissoluto, Germani Rauennam usq; uenerunt.	263
	8	Alemanni uastatis Gallijs, in Italiam transiere.	264
	9	Græcia Macedonia, Pontus, Asia, depopulata per Gothos.	265
	10	Quadi & Sarmatæ Pannonias occupauerunt.	266
		Germanis Hispanias obtinentibus, Tarracon expugnata est.	
Oly.		Parthi Mesopotamiam tenentes, Syriam incursauerunt.	
261		Alexandrinæ ecclesiæ XIIII ordinatur Episcopus Maximus an. 19.	
		DIONYSIVS Romanæ ecclesiæ Episcopus constituitur annis 9.	
	11	Odenatus Decurio Palmiremus collecta agrestium manu ita	267
		Persas cecidit, ut ad Ctesiphontem castra poneret.	
	12	Hierosolymarum Episcopatum tenet Hymenæus.	268

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini
	13	Paulus Samosatenus à cunctorum prædicatione desistens,	269
		Artemonis hæresim suscitauit, in cuius locum Antiochenæ	
		ecclesiæ XVI ordinatur Episcopus Dominus.	
	14	Galliæ per Posthumum, & Victorinum, & Tetricum	270
		receptæ.	
Oly.		Gallienus Mediolani occiditur.	
262	15		271
		CLAVDIVS XXVIII Romanorum regnauit anno uno,	
		mensibus 9.	
5470	1	In Alexandria Bruchium, quod per multos annos fuerat ob	272
		sessum, tandem capitur.	
		Claudius Gothos, Illyricum & Macedoniam uastantes supe	
		rat, ob quæ in Curia clypeus et aureus, & in Capitolio statua	
		Aurea collocata est.	
		Claudius Firmũ moritur.	
	2	Quintilius Claudij frater à Senatu Augustus appellatus, XVII	273
		imperij sui die Aquileiæ occiditur.	
		AVRELIANVS XXIX Rom. regnauit an. 5. mens. 6.	
	1	Antiochenæ ecclesiæ XVII ordinatur Episcopus Tymæus.	274
Oly.		Aurelianus Tetrico apud Catalaunios prodente exercitum su-	
263		um, Gallias recepit.	
	2	Zenobia apud Timmas, haud longè ab Antiochia uincitur, quę	275
		occiso Odenato marito, orientis tenebat imperium, in qua pu-	
		gna strenuissimè aduersum eum dimicauit.	
		Pompeianus dux cognomento Francus, cuius familia hodie	
		apud Antiochiam perseuerat, & ex cuius Euagrius charissimus	
		nobis stirpe descendit.	
	3	Eusebius Laodicenus Episcopus inlignis habetur.	276
		Aurelianum Romæ triumphante Tetricus & Zenobia	
		currum præcesserunt, ex quibus Tetricus Corrector po-	
		stea Lucaniæ fuit, Zenobia in urbe summo honore conse-	
		nuit, à qua hodie quoq; Romæ Zenobia familia nuncupatur.	
	4	Aurelianus templum Soli ædificauit, & Romam firmioribus	277
		muris uallat.	
		Primus agon Solis Aureliano constitutus.	
	5	Aurelianus cum aduersum nos persecutionem mouisset,	278
Oly.		fulmen iuxta eum comitesq; eius ruit, ac non multo post	
264		inter Constantinopolim, & Heracliam in Cenophrurio	
		uiæ ueteris occiditur.	
		TACITVS XXX Romanorum regnauit menses 6.	
		quo apud pontem occiso, obtinuit Florianus imperium die-	
		bus 80. Hoc quoq; apud Tharsum interfecto.	279
		PROBVS XXXI Rom. regnauit annis 6. menses 4.	

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
	1	FELIX XXV Romanæ ecclesiæ Episcopatum suscepit an. 5.	280
		Probus Gallias à Barbaris iterum occupatas ingenti uirtute	
		restituit.	
		Anatholius Laodicenus Episcopus Philosophorum disciplinis	
		eruditus, plurimo sermone celebratur.	
	2	Secundo anno Probi iuxta Antiochenos 325 annus fuit;	
		iuxta Tyrios 401. uel 303 secundum quosdam, iuxta	281
		Laodicenos 324. iuxta Edissenos 389. iuxta Ascalo-	
		nitas 380.	
		Insana Manichæorum hæresis in commune humani generis	
		malum exorta.	
5480	3	Probus Gallos & Pannonios uineas habere permisit, Almumq;	282
		& Aureum montem militari manu conditos prouincialibus	
Oly.		colendos dedit.	
265	4	Antiochiæ XVIII constituitur Episcopus Cyrillus.	283
		Saturnius magister exercitus nouam ciuitatem Antiochiæ or-	
		sus est contendere, qui postea imperium molitus inuadere Apa	
		meæ occiditur.	
	5	EVTYCHIANVS XXVI Romanæ ecclesiæ Episcopatum	284
		suscepit mens. 8. post quem XXVII Gaius an. 15.	
	6	Probus tumultu militari apud Syrmium in turri, quæ uocata	285
B		Ferrata occiditur.	
		Alexandrinæ ecclesiæ XV Episcopus præfuit Theonas an. 19.	
		CARVS cum filijs Carino & Numeriano XXXII Romano-	
		rum annis 2.	
	1	Carus Narbonensis, cum omni Parthorum regione uastata	286
266.		† Cochlem & Ctesiphontem nobilissimas hostium urbes cœ-	
		pisset, super Tigrim castra ponens fulmine ictus interijt.	
	2	Numerianus cum ob oculorum dolorem lecticula ueheretur,	287
		insidijs Apri soceri sui occisus est, uix fœtore cadaueris post	
		aliquot dies scelere comperto.	
		Carinus prælio uictus apud Murgum occiditur.	
		DIOCLETIANVS XXXIII Rom. regnauit an. 20.	
	1	Diocletianus Dalmata Scribę filius, Imperator electus statim	288
		Aprum in militum concione percussit, iurans non sine suo sce-	
		lere Numerianum interfectum.	
	2	Diocletianus in consortium regni Herculium Maximianum	289
		assumpsit, qui rusticorum multitudine oppressa, qui factioni	
	3	suæ Baccharidarum nomẽ indiderit, pacem Gallijs reddit.	290
Oly.		Carausius sumpta purpura Britannias occupauit.	
267.		Narseus orienti bellum intulit.	
	4	Quinquegentiani Africam infestauerunt.	291
5490	5	Aegyptum Achilleus obtinuit, ob quæ Constantius &	292

4 Sæculi.

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		Galerius, Maximianus Cæsares assumuntur in regnum,	
		quorum Constantius Claudij ex filia nepos fuit, Gale-	
		rius in Dacia haud longè à Gerotcanatus : atq; ut eos	
	6	Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Constantinus	293
		priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua postea sex	
	7	liberos Constantini fratres habuit, Galerius filiam Dio	294
		cletiani Valeriam duxit, ambo uxores quas habuerant re-	
		pudiare compulsi.	
Oly.		Busiris & Coptus contra Romanos belligerantes ad solum usq;	
268		subuersæ sunt.	
	8	Carporum & Basternarum gentes in Romanum solum transla-	295
		tæ sunt.	
	9	Primus Diocletianus adorari se ut Deum iussit, & gemmas ue	296
		stibus calceamentis inseri, cum ante eum omnes imperatores	
		in modum iudicum salutarentur, & clamyde tantum purpu	
		rea à priuato habitu plus haberent.	
	10	MARCELLINVS XXVIII Romanæ ecclesiæ Episcopatum	297
		suscepit annis 9.	
		Alexandria cum omni Aegypto per Achilleum ducem à Ro-	
		mana potestate desistens, octauo obsidionis mense à Dioclc-	
	10	tiano capta est. Itaq; plurima per totam Aegyptum grauius	298 D
		proscriptionibus exilijsq; uexati interfectus qui perduellionis	
Oly.		causa fuerunt.	
269	11	Eccl siæ Hierosolymorum XXVIII ordinatur Episcopus	299
	13	Post decem annos per Asclepiodorum (Labdas.	300
		Præfectum Prætorij Britanniæ receptæ.	
		Iuxta Lingonas à Constantino Cæsare 60 millia Aleman	
		norum cæsa.	
		Galerius Maximianus uictus à Narseo ante Carpentum Dio-	
		cletiani purpuratus cucurrit.	
	14	Veturius magister militiæ Christianos milites persequitur,	301
		paulatim ex illo iam tempore persecutione aduersum nos	
		incipiente.	
		Galerius Maximianus superato Narseo, & uxoribus ab ho-	
		nore suscipitur.	302
5500	15	Thermæ Diocletianæ Romæ factæ, & Maximianę Cartha-	
		gine.	
Oly		Ecclesiæ Hierosolymorum XXXVIII præfuit Thermon	
270.		annis 39.	
	16	Antiochiæ XI constituitur Episcopus Tyrannus.	303
	17	Alexandrinæ ecclesiæ XVI post Theonam ordinatur	304
		Episcopus Petrus, qui postea nono persecutionis	

anno

In hist. lib. 7. cap. 28. Antiochiæ 19. constituitur Dorotheus minor quare ille emissus.

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.	
		anno gloriosè martyrium perpetrauit.		
	18	Diocletianus & Maximianus Augusti insigni pompa	305	
		Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum		
		Narsei coniuge, sororibus, liberis, & omni præda, qua		
		Parthos spoliauerat.		
	19	Terræmotu horribili apud Tyrum & Sydonem multa opera	306	
		conciderunt, & populus innumerabilis oppressus est.		
Oly.		Decimo nono anno Diocletiani, mense Martio, in diebus		
271		Paschæ ecclesiæ subuersæ sunt.		
		secundum		
		Persecutio Christiana Antiochenos		
		an. 351.		
	20	Secundo anno persecutionis Diocletianus Nicomediæ,	307	
		Maximianus Mediolani purpuram depositerunt.		
		GALERIVS solus biennio Augustus imperium tenuit mox		
		cum alio annis 16.		
	1	EVSEBIVS XXIX Romæ Episcopus constituitur mensibus	308	† Maximinus.
		VII. post quem XXX ecclesiam tenet Melciades an. 6.		
	2	† Maximinianus & Seuerus à Galerio	309	
		Maximiniano Cæsares facti.		
	✻	Constantius 16 imperij anno diem obijt in Britannia Ebo-	✻	
	✻	raci, post quem filius eius Constantinus ex concubina Hele-	✻	
		na procreatus, regnum inuadit quarto persecutionis anno.		
		CONSTANTINVS XXX Romanorum regnauit annis 20.		
XXX		mensibus 10.		
	1	Maxentius Herculi Maximi filius à Prætorianis militibus	312	
		Romæ Augustus appellatur.		
Oly.		Seuerus Cæsar à Galerio Maximiano contra Maxentium mis-		
272		sus, Rauennæ secundo imperij sui anno interficitur.		
	2	Licinius à Galerio Carnunti Imperator factus.	313	
		Herculius Maximianus à filia Fausta detectus, quod dolum		
		Constantino uitro suo pararet, Massiliæ fugiens occiditur,		
5510	3	Quirinus Episcopus Sescianus gloriosè pro Christo inter-	314	
		ficitur: nam mandali mola ad collum ligata è ponte præcipi-		
		tatus in flumen diutissimè supernatauit, & cum expectanti-		
		bus collocutus ne sui terrerentur exemplo, uix orans ut mer		
		geretur obtinuit.		
	4	Galerius Maximianus moritur 20 imperij sui anno, quod	315	
	5	partim Cæsar, partim Augustus exercuit,	316	
Oly.		SYLVESTER XXXI Rom. ecclesiæ ordinatur Episcopus an. 2.		† Maximinus legitur in historia lib. 9. ca. 9.
273	6	† Maximianus persecutione in Christianos facta, cũ iam à Li-	317	
		cinio puniendus esset, apud Tharsum moritur, anno imperij sui 6.		
	7	Alexandrinæ ecclesiæ XVIII ordinatur Episcopus Achillas.	318	

Maxentius

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		Maxentius iuxta Pontem Muluium à Constantino superatus occiditur, anno imperij sui sexto.	
		Bellum Cibalense aduersum Licinium.	
		Hierosolymarum XXIX Episcopus constituitur Macharius.	
		Diocletianus haud procul à Salonis in uillæ suæ Palatio moritur, & solus omnium inter deos priuatus refertur.	
	7	Crispus & Constantinus filius Constantini, & Licinius adolescens Licinij Augusti filius, Constantini ex sorore nepos	319
	8		
	9	Cæsares appellantur, quorum Crispum Lactantius latinis literis erudit, uir omnium suo tempore eloquentissimus, sed	320
Oly.		adeò in hac uita pauper, ut plerunq; etiam necessarijs indiguerit nedum delicijs.	
274			
	10	Pax nostris à Constantino redditur.	321
	11	Licinius Christianos de Palatio suo pellit.	322
	12	Basilius Amasiæ Ponti Episcopus sub Licinio martyrio coro-	323
5530	13	natur.	
Oly.		Alexandrinæ ecclesiæ XVIII. ordinatur Episcopus Ale-	
275	14	xander, à quo Arius presbyter de ecclesia electus multos	
	15	suæ impietati sociat, ad quam perfidiam coarguendam	324
		Synodus CCCXVIII Episcoporum in Nicæam urbem	
		Bithyniæ congregata, omnes hæreticorum machinas Ho	
		mūsij oppositione deiecit, & fuit Synodus prima.	
		Helena Constantini mater, diuinis monita uisionibus beatissi-	
	16	mum crucis signum, in quo mundi salus pependit, apud Hie-	325
	17	rosolymam reperit.	326
Oly.		Constantinus filius Constantini Cæsar factus.	
276	18	Licinius Thessalonicæ contra ius sacramenti priuatus occiditur.	327
	19	Nazarius Rhetor insignis habetur.	328
	20	Crispus filius Constantini, & Licinius iunior Constantiæ Constantini sororis & Licinij superioris filius, crudelissimè interficiuntur, anno imperij sui nono,	329
		Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, & sequenti anno Romæ edita.	

EVSEBII CAESARIENSIS CHRONICON FINIS.

D. HIERONYMI

D. HIERONYMI

PRESBYTERI AD CHRONICON EVSEBII ADIECTIO.

Romanorum.

VCusq; historiam scribit Eusebius Pamphili martyris contubernalis, cui nos ita subiecimus.

Arnobius in Africa Rhetor clarus habetur, qui cum in ciuitate Siccæ ad declamandum iuuenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad crudelitatem somnijs compelleretur, neque ab Episcopis impetraret fidem quam semper impugnauerat, elucubrauit aduersus pristinam religionem luculentissimos libros, & tandem uelut quibusdam obsidibus pietatis fœdus impetrauit.

Anni mundi.			Anni domini.
	21	Drepanam Bithyniæ ciuitatem in honorem martyris Luciani	330
Oly. 227		ibi conditam, Constantinus instaurans ex uocabulo matris suæ Helenopolim appellauit.	
	22	In Antiochia Dominicum quod uocatur aureum ædificari cœptum.	331
		Constantinus uxorem suam Faustam interfecit.	
		Donatus agnoscitur, à quo per Africam Donatistæ.	
		Antiochiæ post Thiramnum XX ordinatur Episcopus	
		Vitalis, post quem Pythagonus XXI cui succedit XXII	
		Paulinus, post, quem XXIII Eustathius, quo in exilium ob	
		fidem truso, usq; in præsentem diem Arriani ecclesiam occu-	
		pauerunt, id est, Eulabius, Eusebius, Euphronius, Placillus, Ste-	
		phanus, Leontius, Eudoxius, Meletius, Euzoicus, Dorothe-	
		us, rursum Meletius, quorum idcirco tempora non digessi, eò	
		quod hostes potius Christi, quàm Episcopos iudicem.	
5530	23	Iuuencus presbyter natione Hispanus, Euangelia heroicis	332
		uersibus explicat.	
		Porphyrius misso ad Constantinum insigni uolumine exilio	
		liberatur.	
	24	Alexandrinæ ecclesiæ XXXVI ordinatur Episcopus	333
		Athanasius, qui ab Arianis persecutus ad Constantinum	
		refugit.	
	25	Constantinopolis dedicatur pene omnium urbium nuditate.	334
		Metrodorus Philosophus agnoscitur.	
Oly. 228		MARCVS XXXVIII Romæ ordinatur Episcopus mensi	
		bus 8. post quem Iulius XXXIII ordinatus est an. 16. mensibus 4.	
	26	Edicto Constantini gentilium templa subuersa sunt.	335
	27	Romani Gothos in Sarmatarum regione uicerunt.	336
		Constantinus filius Constantini prouehitur ad regnum.	

Pestilentia

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
		Pestilentia & fame innumerabilis multitudo in Syria Cilicia q̃ perijt.	
	28	Sarmatæ litigantes, dominos suos qui nunc, Arcaragantes uocantur, facta manu in Romanum solum expulerunt.	338
	29		338
Oly.		Callocerus in Cypro res nouas molitur, & opprimitur.	
279.	30	Constantinus cum liberis suis honorificas ad Antonium monachum literas mittit.	339
		Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.	
		Pather Rhetor Romæ gloriosissimè docet.	
		Nazarij Rhetoris filia Eumonia uirgo Christiana in Eloquentia patri coæquatur.	
		Tiberianus uir disertus Prætor Gallias regit.	
		Eustathius Constantinopolitanus presbyter agnoscitur, cuius industria in Hierosolymis martyrium constructum est.	
	31	Constantinus extremo uitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomedensi Episcopo baptizatus in Arianum dogma declinat, à quo usq̃ in præsens tempus ecclesiarum rapinæ, & totius orbis est secuta discordia.	340
		Constantinus cum bellum pararet in Persas, in Ancyrone uilla publica iuxta Nicomediam moritur, anno ætatis suæ 66. post quem liberi eius tres ex Cęsaribus Augusti appellantur.	
		CONSTANTINVS, Constantius, & Constans, XXXV Romanorum regnauerunt annis 24, mensibus, diebus 12.	
	1	Abladius Præfectus Prætorij, & multi nobilium occisi.	341
		Sapor rex Persarum Mesopotamia uastata, duobus termè mensibus Nisibin obsidet.	
		Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni filijs reliquerat, factione Constantij patruelis, & tumultu militari interimitur, anno imperij sui tertio.	
		Iacobus Nisibenus Episcopus agnoscitur, ad cuius preces sæpe urbs discrimine liberata est.	
5540	2	Ex hoc loco impietas Ariana Constantij regis fulta præsidio, exilijs, carceribus, & uarijs afflictionum modis, primo Athanasium, deinde omnes non suæ partis Episcopos prosecuta est.	342
Oly.			
230.			
	3	Constantinus bellum fratri inferens, iuxta Aquileiæ Alsam occiditur.	343
		Vario euentu aduersum Francos à Constante pugnatur.	
	4	Multæ orientis urbes terræmotu horribili conciderunt.	344
		Audæus in Syriacœle clarus habetur, à quo hæresis Audæana.	
		Franci à Constante perdomiti, & pax cum eis facta.	

Hermogenes

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini
		Hermogenes magister militiæ Constantinopolim tractus à populo ob Episcopum Paulum, quem regis imperio & Arianorum factione pellebat.	
	5	Antiochiæ Dominicum Aureum dedicatur.	345
		Macedonius artis Plumariæ in locum Pauli ab Arianis Episcopis subrogatur, à quo nunc hæresis Macedoniana.	
		Paulus crudelitate Præfecti Philippi, nam fautor Macedonij partium erat, & Arianorum insidijs strangulatur.	
	6	Maximinus Treuirorum Episcopus clarus habetur, à quo	346
Oly. 281.		Athanasius Alexandrinæ Episcopus, cum à Constantino quæreretur ad pœnam, honorificè susceptus est.	
	7	Sapor Persarum rex Christianos persequitur.	347
		Neocæsarea in Ponto subuersa, excepta ecclesia ac Episcopo, cæterisq; qui ibidem reperti sunt.	
		Titianus uir eloquens Præfecturam Prætorij apud Gallias administrat.	
	8	Athanasius ad Constantis literas Alexandrinam regreditur.	348
		Dyrrachium corruit terræmotu, & tribus diebus ac noctibus Romæ nutauit, plurimæq; Campaniæ urbes uexatæ.	
	9	Magnis reipublicæ expensis in Seleucia Syriæ portus	349
B		effectus.	
	10	Rursum Sapor tribus mensibus obsidet Nisibin.	350
		Eusebius Emisenus Arianæ signifer factionis, multa & uaria	
Oly. 282		conscribit.	
		Solis facta detectio.	
	11	Bellum Perlicum nocturnum apud Singarum, in quo haud	351
		dubiam uictoriam militum stoliditate perdidimus.	
		Neq; uerò ullum Constantio ex nouem grauissimis prælijs contra Persas grauius bellum fuit, nam ut alia omittam Nisibis obsessa Bizabdæ & Amida captæ sunt.	
		Maximus quadragesimus post Macharium Hierosolymorum Episcopus moritur, primus post quem ecclesiam Ariani inuadunt Cyrillus Eutychius, rursum Cyrillus Irenæus, tertio Cyrillus Hilarius, quarto Cyrillus, quorum Cyrillus cum à Maximo fuisset presbyter ordinatus, & post mortem ei ab Acacio Episcopo Cæsariensi, & cæteris Arianis Episcopis Episcopatus promitteretur, si ordinationem Maximi repudiasset, Diaconus in ecclesia ministrauit, ob quam impietatem sacerdotij, mercede pensatus, in Heraclium quem moriens Maximus in suum locũ substituerat, uaria fraude solicitãs, de Episcopo in presbyterum regradauit, quo in exilio ob fidem truso, omnes clerici iurauerunt ut nullum alium susciperent.	

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		Verum cum Felix ab Arianis fuisset in sacerdotium substitutus plurimi perierauerunt, & post annum cum Felice electi sunt, quia Liberius tædio victus exilij, & in hæreticam prauitatem subscribens Romam quasi victor intrauerat.	
5550	12	LIBERIVS XXXIIII Rom. ecclesiæ ordinatur Episcopus.	352
† Maxentio.	13	† Magnentio apud Augustodunum arripiente imperium Constans haud longè ab Hispania in castro, cui Helenæ nomen	353
	14	est, interficitur, anno ætatis 30. imperij uerò sui anno 13. quamobrem turbata republica Vetranio Mursæ, Nepotianus Romæ imperatores facti.	354
Oly.		Victorinus natione Afer Romæ Rhetoricam docet.	
283	15	Romæ populus aduersum Magnentianos rebellans, ab Heraclida Senatore proditur.	355
	16	Nepotiani caput pilo per urbem circumlatum, multæq; proscriptiones nobilium & cædes factæ.	356
	17	Vetranioni apud Narsum à Constantio regium insigne detractum.	357
		Magnentius Mursæ victus, in quo prælio Romanæ uires conciderunt.	
		Gallus Constantij patruelis Cæsar factus.	
		Gallus Iudæos, qui interfectis per noctem militibus arma ad rebellandam inuaserant, oppressit, cæsis multis hominum millibus usq; ad innoxiam ætatem, & ciuitates eorum Diocæsaream, Tiberiadem, & Diospolim, plurimaq; oppida igni tradidit.	
		Nonnulli nobilium Antiochiæ à Gallo interfecti.	
		Syriæ populis crucis signum & maximo conspicientium terrore in orientali plaga apparuit.	
	18	Magnentius Lugduni in Palatio propria se manu interfecit, & Decentius frater eius, quem ad tuendas Gallias Cæsar miserat, apud Senonas laqueo uitam explet.	358
Oly. 284		Genadius forensis Orator Romæ insignis habetur.	
	19	Minervius Burdegalensis Rhetor Romæ florentissimè docet.	359
		Gallus Cæsar solicitatus à Constantio patrueli, cui in suspicionem ob egregiam indolem uenerat, in Istria occiditur.	
		Syluanus in Gallia res nouas molitus 29. die extinctus est.	
	20	Victorinus Rhetor, & Donatus Germanicus præceptor meus Romæ insignes habentur, è quibus Victorinus etiam statuam in foro Traiani meruit.	360
		Paulinus & Rhadianus Galliarum Episcopi, in exilium ob fidem trusi.	

Anni mundi.		Romanorum	Anni dominic.
		Alcimus & Delphidius Rhetores in Aquitania florentissimè docent.	
		Petrus Cæsar Augustæ Orator insignis docet.	
		Donatus à quo supra Donatianos in Africa dici memorauimus, Carthagine pellitur. Quidam sectatores eius etiam Montenses uocant, eò quod ecclesiam Romæ primam in monte habere cœperint.	
		Eusebius Vercellensis Episcopus, & Lucifer ac Dionysius Caralitanę & Mediolanensis ecclesiæ Episcopi.	
		Pancratius quoq; Romanus presbyter, & Hilarius diaconus distantibus inter se ab Arianis & Constantio damnantur exilijs.	
		Iulianus frater Galli Mediolani Cæsar appellatur.	
	21	Antonius Monachus CV ætatis anno in heremo moritur,	361
		solitus multis ad se uenientibus de Paulo quodam Thebęo miræ beatitudinis uiro referre quamplura, cuius nos exitum breui libello explicauimus.	
		Hilarius Episcopus Pictauiensis factione Saturnini Arelatensis Episcopi, reliquorumq; qui cum eo erant Arianorum ante triennium in Phrygiam pulsus, liberos de nostra religione componit.	
		Reliquiæ Apostoli Timothei Constantinopolim inuectæ.	
		Sarmata, + Amatas, & Macarius discipuli Antonij insignes habentur.	
		Liberius Episcopus Romanorum in exilium mittitur.	
		Magnæ Alemannorum copiæ apud Argentoratum oppidum Galliarum à Cæsare Iuliano oppressæ.	
5560	22	Saraceni monasterium beati Antonij irruentes Sarmatam interficiunt.	362
Oly.		Constantio Romam ingresso, ossa Andreæ Apostoli &	
285	23	Lucæ Euangelistæ à Constantinopolitanis miro fauore	363
		suscepta.	
		Nicomedia terræmotu funditus euersa, uicinis urbibus ex parte uexatis.	
		Paulinus Treuirorum Episcopus in Phrygia exulans moritur.	
		Euantius eruditissimus Grammaticorum Constantinopoli diem obijt, in cuius locum ex Africa Cretus adducitur.	
		Synodus apud Aryminum & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua patrum fides, decem primo legatorum, de hinc omnium proditione damnata est.	
		Honoratus ex Præfecto Prætorio Galliarum primus Con-	

+ Amos forte legẽdum, quem autores inter discipulos Antonij uel præcipuum numerant.

Anni mundi.	Romanorum.	Anni dominic.
	stantinopoli Prefectus urbis factus.	
	Gratianus, qui nunc imperator est, nascitur.	
24	Hilarius cum apud Constantinopolim librum pro se	364
	Constantino porrexisset, ad Gallias redit.	
	Macedonius Constantinopoli pellitur.	
	Omnes pene toto orbe ecclesiæ sub nomine pacis & regis	
	Arianorum consortio polluuntur.	
	Constantinopoli ecclesiarum maxima dedicatur.	
	Maletius Sebastiæ Armeniorum Episcopus, ab Achatio	
	& Georgio Episcopis Arianis Antiochiam transfertur, &	
	non post grande temporis interuallum cum presbyteros	
	qui ab Eudoxio antecessore suo depositi fuerant suscepis-	
	set, exilij iustissimam causam subita fidei mutatione de-	
	luſit.	
	Gallia per Hilarium Arianensis perfidiæ dolum damnat.	
	Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamq;	
	moritur anno ætatis 45.	
	IVLIANVS XXXVI Romanorum regnauit anno	
	uno mensibus 7. Vel ut Aiunt alij, an. 2. mensibus 8.	
2	Iuliano ab idolorum cultu conuerso blanda persecutio	365
	fuit, illiciens magis quàm impellens ad sacrificandum, in	
	qua multi ex nostris uoluntate propria corruerunt.	
	Georgio per seditionem populi incenso, qui in locum Atha-	
	nasij ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius Alexandriam	
	reuertitur.	
2	Eusebius & Lucifer de exilio regrediuntur, è quibus Lu-	366
	cifer accitis duobus alijs Confessoribus Paulinum Eu-	
	stathij Episcopi presbyterum, qui se nunquam hæretico-	
	rum communione polluerat, in parte catholica Antio-	
	chiæ Episcopum facit.	
	Prohæresius Sophista Athenien sis lege data ne Chri-	
	stiani liberalium artium doctores essent, cum sibi specia-	
	liter Iulianus concederet in Christianos doceret, scholam	
	sponte deseruit.	
	Aemilianus ob aratum subuersionem Dorostori à Vicario	
	incenditur.	
	Ecclesia Antiochiæ clausa, & grauissima imminentis per-	
	secutionis procella Dei uoluntate sopita est: Nam Iulia-	
	nus in Persas profectus, nostrum post uictoriam dijs san-	
	guinem uouerat, ubi à quodam simulato perfuga ad de-	
	serta perductus, cum fame & siti Apostata perdidisset exer-	
	citum, & inconsultius à suorum erraret agminibus, ab ob	
	uio forte hostium milite conto ilia perfossus interijt, anno	

Anni mundi.		Romanorum.	Anni dominī.
Oly.		ætatis 32. Post quem sequenti die Iouianus ex primicerio	
286		domesticorum Imperator factus.	
		IOVIANVS XXXVII Romanorum regnauit mensi-	
		bus 8.	
	1	Iouianus rerum necessitate compulsus, Nisibim & magnam	367
		Mesopotamiæ partem Sapori Persarum regi tradidit.	
		Synodus Antiochiæ à Meletio & suis facta, in qua homousio	
		& homusio reiecto medium inter hæc homoiusion Macedo-	
		niam dogma uindicauerunt.	
		Iouianus cruditate siue odore prunarum quas nimias adole-	
		ri iusserat † Dadastanæ moritur anno ætatis 34.	† Dádanæ
		Post quem Valentinianus tribunus Scutatorum, è Pan-	stæ.
		nonia Cibalensis apud Niceam Augustus appellatus,	
		fratrem Valentem Constantinopoli in communionem	
		regni assumit.	
		VALENTINIANVS & VALENS XXXVIII.	
		Romanorum regnauerunt annis 13. mensibus 5.	
	1	Valentinianus egregius alias Imperator & Aureliano	368
		moribus similis, nisi quod seueritatem eius nimiam, &	
		parcitatem quidam crudelitatem & auaritiam interpre-	
		tabantur.	
	2	Terræmotu per totum orbem facto, mare littus egreditur,	369
		& Siciliæ multarumq; insularum urbes & innumerabiles	
		populos oppressit.	
		Procopius qui apud Constantinopolim tyrannidem inuaserat,	
		apud Phrygiam salutarem extinctus est, & plurium Procopia-	
		næ partis cæsi atq; proscripti.	
		DAMASVS XXXV Romanæ ecclesiæ ordinatur Episco-	† Videtur
		pus.	tale quid
		† multum temporis interuallum Vrsinus à quibusdam Epi-	decesse, Post
		scopus constitutus, Siciniuum cum suis inuadit, à quo Dama-	non, &c,
		sianæ partis populo confluente crudelissimæ interfectiones	ut ex histo
		diuersi sexus perpetratæ.	ria Eusebij
	3	Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nostros	370 Ecclesiasti-
		persequitur.	ca licet cõij
Oly.		Gratiani Valentiniani filius Ambianis Imperator factus.	cere.
287	4	Tanta Constantinopoli est orta tempestas, ut miræ ma-	371
		gnitudinis decidens grando nonnullos hominum inter-	
		fecerit	
		Apud Atrebatas lana è cœlo pluuiæ mixta defluxit.	
5570	5	Hilarius Episcopus Pictauiensis moritur.	372
		Nicea quæ sæpe ante corruerat, terræmotu funditus	
		euersa.	

Anni mundi.		Romanorum	Anni domini.
		Libanius Antiochenus thetor insignis habetur.	373
	6	Agon Constantinopoli à Valente æditus.	
		Athanaricus rex Gothorum inter Christianos persecutione cõmota plurimos interfecit, & de propriis sedibus in Romanum solum expellit.	
	7	Eusebius Episcopus Vercellensis moritur.	374
		Constantinopoli Apostolorum martyrium dedicatur.	
		Magna fames in Phrygia.	
		Lucifer Caralitanus Episcopus moritur, qui cum Græcorum Episcopo Hispaniarum & Philone Lybiæ nunquam se Arianæ miscuit prauitati.	
Oly. 288			
† Maximinus.	8	† Maximus Præfectus annonæ maleficos ab Imperatore inuestigare iussus, plurimos Romæ nobilium occidit.	375
		Valentinus in Britannia antequam tyrannidem inuaderet oppressus.	
		Presbyter Syrmij iniquissimè occiditur, quod Octauianum † ex proconsule apud se latitantem prodere noluisset.	
† Ex procõsulem.	9	Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui post quintum natiuitatis suæ annum luminibus orbatus, elementorum quoq; ignarus fuit.	376
		Equitius comes Illyrici iniquissimis tributorum exactionibus ante prouincias quas regebat tanquam à Barbaris uastarentur erasit.	
	10	Eunomius discipulus Aetij Constantinopoli agnoscitur, à quo hæresis Eunomiana.	377
		Saxones cæsi de Vsone in regione Francorum.	
		Burgundionum LXXX ferme millia quot nunquam antea ad Rhenum descenderunt.	
		Clearcus Præfectus urbis Constantinopoli agnoscitur.	
		à quo necessaria & diu expectata uotis aqua ciuitati inducitur.	
		Alexandriæ XX ordinatur Episcopus Petrus, qui post Valentis interitum tam facilis in recipiendis hæreticis fuit, ut nonnullis suspicionem acceptæ pecuniæ intulerit.	
		Melania nobilissima mulierum Romanarum, & Marcellini quondam Consulis filia, unico Prætore tunc Vrbano filio derelicto, Hierosolymam nauigauit, ubi tantum utrotutum, præcipuæq; humilitatis fuit miraculo, ut Tedæ nomen acceperit.	
	11	Post Auxentij seram mortem Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur.	378
Oly. 289		Aquileienses clerici quasi chorus beatorum habentur.	
		Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias uastauerunt.	

Anni mundi.	Romanorum	Anni domini
	ñdem permanſere.	
12	Valentinianus ſubita ſanguinis eruptione, quod græcè apo-	379
	plexia uocatur, Brigitione moritur. Poſt quem Gratianus	
	aſſumpto in imperium Valentiniano fratre, cum patruo Va-	
	lente regnat.	
	Apollinarius Laodicenſis factatione ingenñ quoſdam errores	
	pertinaciter aſſeuerans, hæreſim ſui nominis ſuſcitauit, quam	
	Damaſus habito Romæ Concilio damnauit.	
	Epiſcopus presbyter, uir eloquentia clarus agnoſcitur.	
	Multi monachorum Nitriæ per tribunos & milites cæſi.	
	Valens lege data ut monachi militarent nolentes fuſtibus	
	interfici.	
	Theodoſius Theodoſñ poſtea imperatoris pater, & plurimi	
	nobilium occiſi.	
	Photinus in Galatia moritur, à quo Photinianorum dogma	
	inductum, qui multa continentiæ & ingenñ bona uno ſuper-	
	biæ malo perdidit.	
13	Baſilius Cæſarienſis Epiſcopus Cappadociæ clarus ha-	380
	betur.	
	Alemannorum circiter triginta millia apud Argentarium op-	
	pidum Galliarum exercitu ex Gratiani ſtrata.	
14	Florentinus Bonoſus & Rufinus inſignes monachi habentur.	381
	E quibus Florentinus tam miſericors in egentes fuit, ut uulgo	
	pater pauperum nominatus ſit.	
	Gens Hunorum Gothos uaſtat, qui à Romanis ſine armorum	
	depoſitione ſuſcepti, per auaritiam Maximi ducis fame ad re-	
	bellandum coacti ſunt.	
	Superatis in congreſsione Romanis, Gothi funduntur in	
	Thracia.	
	Valens de Antiochia exire compulſus, ſera pœnitentia no-	
	ſtros de exiliis reuocat.	
	Lachrimabile bellum in Thracia, in quo deſerente equi-	
	tum præſidio Romanæ legiones à Gothis cinctæ uſque	
	ad internecionem cæſæ ſunt: Ipſe Imperator Valens cum	
	ſagitta laucius fugeret, & ob dolorem nimium ſæpe equo	
	laberetur, ad cuiuſdam uillulæ caſam deportatus eſt: quo	
	perſequentibus Barbaris, & incenſa domo ſepultura	
	quoq; caruit.	

D. HIERONYMI CHRONICON FINIS.

PROSPERI AQVITA-
NICI, VIRI ELOQVENTISSI
MI TEMPORVM CON-
TINVATIO.



VCVSQVE Hieronymus presbyter ordinem præcedentium di-
gessit annorum : Nos quæ secuta sunt adjcere curauimus. Igitur
Valente à Gothis in Thracia concremato, Gratianus cum fratre
Valentiniano XLI regnauit annis 6.

GRATIANVS cum fratre suo Valentiniano Romanorum XLI
regnauit annis 6.

	Anni mundi.		Romanorum	Anni domini
† Decius Ausonius Gallus alibi dicitur.	5580	1	† Musonio & Olybrio COSS. Gratianus post mortem patrui Theodosij Theodosium filium in consortium assumit imperij, & ei regnum tradidit Orientis.	382
			Theodosius summa felicitate multis atq; ingentibus prælijs Gothos superat, & è Thracia pellit.	
			Langobardi ab extremis Germaniæ finibus Oceanicq; protinus littore, Scandiaq; insula magna multitudine ingressi, & nouarum seditionum auidi, Iborea & Aione ducibus Vandalos primum uicerunt.	
			Sempronius uir apprime eruditus agnoscitur.	
			Ea tempestate Priscianus Episcopus de Galatia ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate hæresim nominis sui condidit.	
		2	Gratiano & Theodosio V COSS. pro catholica fide multa sublimiter Ambrosius scribit.	383
			Theodosius cum Thessalonicæ ægrotaret, à Basilio eiusdem ciuitatis Episcopo baptisma suscepit.	
			Procurante Gratiano eò quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis.	
			Synodus patrum CLXXX apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium spiritum sanctum Deum esse negantem.	
† Syagrio & Eucherio.		3	† Euagrio & Eleutherio COSS. Martinus Episcopus Turonum Galliæ ciuitatis multis clarus habetur.	384
			Georgius Nazianzenus uir sua ætate eloquentissimus, & Hieronymi præceptor obijt.	
† Euagrio.		4	Antonio & † Syagrio COSS. Athanaricus rex Gothorum	385

Anni mundi.	Romanorum	Anni domini.	
	thorum, apud Constantinopolim XV quo fuerat iusceptus die occiditur.		
5	Merobaude II & Saturnino COSS. Arcadius Theodosij Imperatoris filius Augustus appellatur.	386	
	Petronius Bononiensis Episcopus, uir studijs & sanctitate clarus moritur.		
6	Nicomede & Clearcho COSS. Honorius Theodosij filius nascitur.	387	
	Romanæ ecclesiæ post Damasum † VRSINVS XXXVI. præfuit an. 16.		† Syricius.
	In Britannia per seditionem militum Maximus Imperator est factus, quo mox ad Gallias transferente se Gratianus Parisius Merobaudis magistri militum proditione superatus, & fugiens Lugduni captus atq; occisus est.		
	Maximus Victorem filium suum consortem regni facit.		
	VALENTINIANVS cum Theodosio XLII Romanorum regnauit annis 7.		
1	Arcadio & Bautone COSS. hoc tempore Hieronymus presbyter toto iam in mundo, clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio studio uniuersali ecclesiæ seruiens.	388	
	Priscillianus in Synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum prouocauit, auditusq; Treuiris ab Euodio Præfecto Prætorio, à Maximo gladio addictus est cum Eucrocia Delphidij Rhetoris coniuge, & Latroniano, alijsq; erroris consortibus.		
	Burdegalæ quædam Priscilliani discipula nomine Vrbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem uulgi lapidibus extincta est.		
2	Honorio Nepote & Euodo COSS.	389	
3	Valentiniano III & Eutropio COSS.	390	
4	Theodosio II & Cynegio COSS. Maximinus tyrannus à Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regijs, sistitur & capite damnatur, cuius filius Victor ab Arbogaste interfectus in Gallijs.	391	
5590 5	Timasio & Promoto COSS. Ithacius & Vrsacius Episcopi ob necem Priscilliani, cuius accusatores fuerant, ecclesiæ communione priuantur.	392	
6	Langobardi eorum ducibus defunctis, primum sibi regem creauerunt Algelmundum Aiouis filium, qui regnauit annis 33.	393	
	Valentiniano IIII & † Necterio COSS. signum in cœlo, quasi columba pendens ardensq; per dies 30. apparuit.		† Neoterio

Anni mundi.		Romanorum	Anni C
	7	Theodosius uenerabile Ioannis Baptistæ caput ex uico Coslai Constantinopolim deportans, septimo ab urbe lapide in Basilica, quam magno sumptu in eius honorem erexerat recondit.	394
		Titiano & Symmacho COSS. Eugenius fauore Arbogastis confisus imperium sibimet usurpauit.	
		Arcadio II & Rufino COSS. Valentinianus ad uitæ fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate ductus, laqueo apud Viennam perijt.	
		Arbogastes magister exercitus mortuo Valentiniano, cuius exercitu grauabatur, Eugenium in Gallijs imperare facit.	
		THEODOSIVS XLIII Romanorum cum iam per 14 regnaret annos, regnat cum Arcadio & Honorio filijs annis. 3.	
	1	Theodosio III & Habundantio COSS. Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius Arcadium Cæsarem fecerat principem constituit 17 ab urbe miliario, cum hora tertia tenebræ factæ sunt.	395
	2	Arcadio III & Honorio II COSS. Ioannes monachus Anachoreta clarus habetur, qui ornatus prophetia gratia Theodosium consulentem de euentu belli, quod aduersus Eugenium monebat, uictorem futurum prædixit.	396
	3	Olybrio & Probino COSS. Theodosius Eugenium uincit & perimit.	397
		Augustinus beati Ambrosij discipulus multa facundia doctrinaq; excellens, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur.	
		Hoc tempore Claudianus Poëta innotuit.	
		Theodosius Imperator Mediolani moritur.	
		ARCADIVS XLIIII Romanorum cum iam regnasset annis 12. regnat cum fratre Honorio an. 13.	
	1	Arcadio IIII & Honorio COSS. terræmotus per dies plurimos fuit, cœlumq; ardere uisum est.	398
		Orosius Hispanus presbyter uir eloquens, & Historiarum cognitor claret.	
	2	Cæsario & Attico COSS. Flacilla nata est Arcadio filia.	399
		Euagrius incredibilis abstinentiæ monachus, & in sacris literis eruditus, apud Aegyptios habetur insignis.	
	3		400
† Manlio. 5600	4	† Manlio & Theodoro II COSS. cum hunc consulatum inierat Eutropius Eunuchus, qui mox honore & uita exutus est.	401
		Honorio IIII & Eutychiano COSS. ANASTASIVS XXXII	

Romanæ

Anni mundi.	Romanorum.	Anni domini.	
	Romanæ ecclesiæ Episcopatum tenet annos 3. dies 21.		
5	Stilicone & Aureliano COSS. Gothi Italiam Hilarico & Rhadagaiso ducibus ingressi.	402	
6	Vicentio & Fabricio COSS Ioannes Constantinopolitanus, & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur, sed utrunq; obscurauit discordia, quæ eò usq; processit, ut Ioannes a Theophilo oppressus Pontum exilio, pergere cogeretur, cum tamen communionem eius maxima pars eorum Episcoporum Romani Pontificis exemplum secuta seruauerit.	403	
7	Arcadio V & Honorio V COSS. aduersus Gothos uthemẽter utriusq; Polentiæ partis clade pugnatum est.	404	
	INNOCENTIVS XXXVIII Romanæ ecclesiæ præest Episcopus annis 15. mensibus 2. diebus 21.		
8	Theodosio Augusto & + Rimoridio COSS. Eudoxij Arcadij uxoris statua super Porphyricam columnam posita est.	405	+ Rumoridо.
9	Honorio VI & Aristeneto COSS. Eudoxa uxor Arcadij diem clausit	406	
10	Stilicone II & Anthemio COSS. Radagaisus in Tuscia multis Gothorum milibus cæsis ducente exercitum Stilicone superatus & captus est.	407	
11	Arcadio VI & Probo COSS. Vandali & Alani Gallias traiecto Rheno pridie Cal. Ianuarias ingressi.	408	
12	Honorio VII & Theodosio II COSS. Constantinus ex infima militia ob solam speciem nominis in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transiit.	409	
13	Basso & Philippo COSS. Arcadius Imperator Constantinopoli moritur.	410	
	HONORIVS cum Theodosio fratris filio XLV Romanorum regnauit annis 16.		
5610 1	Honorio VII & Theodosio III COSS. Vandali Hispanias occupauerunt.	411	
	Attalus Romæ Imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis cessit.		
2	+Flauio Varrone COSS. Roma orbis quondam uictrix a Gothis Halarico duce capta, & ob hoc solus fuit orientalium partium Consul, quod in sequenti anno obseruatum est.	412	+ Varrone & Tertullo.
3	Theodosij Augusti IIII Consulatu Constantinus per Honorij duces Constantium & Vlfulam apud Arelatense oppidum uictus & captus est, cuius filium Constantem in Hispania regnare orsum, Geruntius comes in Maximum quandam tyrannidem transferens, interemerat.	413	
4	Honorio IX & Theod. V COSS. Maximo in Hispania	414	

regno

Anni mundi.	Romanorum	Anni ē domini.
	regno ablato uita est concessa, eo quod mōdestia humilitatis affectati imperij inuidiam non merebatur.	
	Gothi rege Athaulpho Gallias ingressi. Eodem tempore Heros uir, sanctus, & beati Martini discipulus, cum Aretensi oppido Episcopus præsideret, â populo ipsius ciuitatis insons & nullis insimulationibus noxius pulsus est, inq; eius locum Patroclus ordinatur, amicus & familiaris Constantis magistri militum, cuius per ipsum gratia quærebatur, eaq; res inter Episcopos religionis illius magnarum discordiarum causa fuit.	
5	† Luciano uiro clarissimo Consule, huius Collega in consulatu fuit Herodianus, qui nouarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & uitam.	415
	Burgundiones partem Galliæ propinquantem Rheno obtinuerunt.	
	Iouius & Sebastianus fratres in Gallijs regno accepto interempti.	
	Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiam Christi Celestino & Iuliano adiutoribus exeruit, multosq; in suum trahit errorem, prædicans unumquenq; ad iustitiam uoluntate propria regi, tantumq; accipere gratiæ quantum meruit, quia Adæ peccatum ipsum solum læserit, nec posteros eius obstrinxerit. Vnde & uolentibus possibile sit omni carere peccato, omnesq; paruulos tam insontes nasci, quàm primus homo ante præuaricationē fuit, & ideò baptizandos non ut peccato exuantur, sed sacramento adoptionis honorentur.	
6	Constantino uerò consule Attalus Gothorum consilio & præsidio tyrannidem resumit in Gallijs.	416
7	Honorio X & Theodosio VI COS. Attalus â Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & præsidio carens capitur, & Constantino Patricio uiuus offertur.	417
	Athaulphus à quodam suorum uulneratus interijt, Itegnumq; eius Vuallia parentis, qui idem cupere intelligebatur inuasit.	
8	Theodosio VII & Palladio COS. Placidiam Theodosij imperatoris filiam, quam Romæ Gothi cœperant, quanquam Athaulphus coniugem habuerat, Gallia pacem Honorij expetens, reddidit, eiusq; nuptias Constantius promeretur.	418
	ZOSIMVS XXXIX Romanæ eccleſiæ Episcopatum suscipit anno uno, mensibus 9. diebus 8. Quo tempore Pelagius iam à Pontifice Innocentio prædamnatus, Afro	

Anni mundi.	Romanorum	Anni domini
	rum uigore, & maximè Augustini Episcopi scientia resiste- batur.	
	9 Honorio XI & Constantino II COSS. Honorius triumphans Romam ingreditur, præeunte currum eius Attalo, quem Lyparæ uiuere exulem iussit.	419
	10 Honorio XII & Theodosio VIII COSS. Hoc tempore Constantius seruus Christi ex uicario Romæ habitans & pro gratia Dei Pelagianis resistens, factione eorundem multa pertulit, quæ illum sanctis confessoribus sociauerunt.	420
	Concilio apud Carthaginem habito CCXVII Episcorum, † ad Pontificem Zosimum Synodalia decreta periata, quibus probatis per totum mundum hæresis Pelagia damnata est.	† à Pontifice Zosimo synodalica decreta sunt prolata.
	Valentinianus Constantij & Placidiæ filius, nascitur sexto Nonas Iulias.	
	BONIFACIVS XL Romæ Episcopatum tenet annis 3. mensibus. 9.	
	11 Maximo & Plinta COSS. Constantius pacem firmat cum Vuallia, data ei ad habitandum Aquitania & quibusdam ciuitatibus confinium prouinciarum.	421
	12 Theodosio VIII & Constantio III COSS. Constantius ab Honorio in Consortium regni assumitur.	422
	Hieronymus presbyter moritur anno ætatis suæ 91. pridie Calendas Octobris.	
5620	13 Agricola & Eustachio COSS. Constantius imperator moritur.	423
	14 Honorio XIII & Theodosio X COSS. hoc tempore exercitus ad Hispanias contra Vandalos missus est, cuius Crastinus dux fuit, qui Bonifacij uirum bellicis artibus præclarum inepto & iniurioso imperio ab expeditionis suæ societate auertit, nam ille periculosum sibi atq; indignum ratus sequi quem discordem superbientemq; expertus esset, celeriter se ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit, idq; reipublicæ multorum laborum initium fuit.	424
	15 Mariniano & Asclepiodoro COSS. Placidia Augusta à fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filijs proficiscitur.	425
	16 CELESTINVS XLI Romanæ ecclesiæ præsidet Episcopus annis. 9.	426
	Langobardorum II regnauit Lamissus meretricis filius annis 3.	
	Honorius moritur, & regnum eius Ioannes occupat	

Anni mundi.	Regnum Romanorum	Anni dominic.
	conniuente ut putatur Craſtino, qui exercitui magiſter mili-	
	tum præfuit.	
	THEODOSIVS XLVI Romanorum regnauit. an. 30.	
1	Craſtino & Victore COSS. Theodoſius Valentinianum	427
	amitæ ſuæ filium Cæſarem facit, & cum Auguſta matre ſua	
	ad recipiendum occidentale mittit imperium, quo tempore	
	Ioannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat bello re-	
	poſcit, ad defenſionem ſui infirmior factus eſt.	
2	Theodoſio XI & Valentiniano COSS. Placidia Augu	428
	ſta & Valentinianus Cæſar mira felicitate Ioannē tyran-	
	num opprimunt, & regnum uictores recipiunt data uenia	
	Aëtio, quod Huni, quos per ipſum Ioannes acciuerat,	
	eiuſdem ſtudio ad propria reuerti ſunt. Craſtinus autem in	
	exilium actus eſt, quia uidebatur Ioannem ſine comitiua	
	regnum non potuiſſe aſſumere.	
	Valentinianus Decreto Theodoſij Auguſtus appellatur.	
	Archillas nobile oppidum Galliarum à Gothis multa ui	
	oppugnatum eſt, donec imminente Aëtio non impuniti	
	diſcederent.	
3	Theodoſio XII & Valentiniano II COSS. Patroclus	429
	Arelatenſis Epiſcopus à Tribuno quodam Barbaro mul-	
	tis uulneribus laniatus occiditur, quod facinus ad occul-	
	tam iuſſionem Felicis magiſtri militum referebatur, cu-	
	ius impulſu traditur etiam Titus Diaconus uir ſanctus	
	Romæ pecunias pauperibus diſtribuens interfectus.	
4	Hierone & Ardabure COSS. Bonifacio, cuius potentia	430
	gloriacq; in Africa augebatur, bellum ad arbitrium Felicis qui	
	ad Italiam uenire annuerat publico nomine illatum eſt,	
	ducibus Mauortio & Galbione & Sinoce, cuius proditio	
	ne Mauortius & Galbio cum Bonifacium obſiderent, in-	
	terempti ſunt, moxq; ipſe à Bonifacio dolo detectus occi-	
	ſus eſt: Exinde gentibus quæ uti nauibus neſciebant,	
	dum à concertantibus in auxilium uocantur, mare paruum	
	factum eſt, belliq; contra Bonifacium cœpti in Sigiſuultum	
	comitem cura translata eſt.	
	Gens Vandalorum ab Hiſpanijs ad Africam tranſijt.	
5	Felice & Tauro COSS. Neſtorius Conſtantinopolita-	431
	nus Epiſcopus nouum eccleſijs molitur errorem inducere,	
	prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantum & non	
	Deum natum, eiq; diuinitatem collatam eſſe pro merito.	
	Huic impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi in-	
	duſtria & papæ Celeſtini repugnat autoritas.	
	Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci poſſiden-	

dam

Anni mundi.		Romanorum.	Anni domini.
5630	6	dam occupauerunt, Aetij Comitis armis recepta.	
		Florentino & Dionysio COSS. Felice ad patritiam dignitatem prouecto, Aëtius magister militum factus est ex Agricola.	432
		Pelagianus Seueriani Pelagiani Episcopi filius, ecclesias Baiterniæ dogmatis sui insimulatione corrupit, sed actione Palladij diaconi Papa Celestinus Germanum Antisiodorensem Episcopum uice sua mittit, ut deturbatis hæreticis Britannos ad catholicam fidem dirigat.	
	7	Theodosio XIII & Valentiniano III COSS. Aëtius Felicem cum uxore sua Padusia, Egrumittium diaconum eos insidiari cum præsensisset, interemit.	433
		Augustinus Episcopus per omnia excellentissimus moritur V Calendas Septembris, libris Iuliani inter impetum obsidentium Vandalorum in ipso dierum suorum fine respondens, & gloriosè in defensione Christianæ gratiæ perseuerans.	
	8	Basso & Antiocho COSS. Congregata apud Ephesum plus ducentorum Synodum sacerdotum, Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis qui cognatum sibi dogma iuuabant damnatur.	434
		Ad Scotos in Christum credentes ordinatur à Papa Celestino Palladius & primus Episcopus mittitur.	
	9	Aëtio & Valerio COSS. Romanæ ecclesiæ XLII præficitur Episcopus SIXTVS.	435
		Totius orbis pace & confessione mirabili Bonifacius ab Africa ad Italiam peruenit in Vrbem, accepta magistri militum dignitate, qui cum sibi resistentem Aëtium prælio superasset, paucos post dies morbo extinctus est. Aëtius uero cum exposita potestate in agro suo degeret, ibiq; cum quidam inimicus eius repentino eum in cursu opprimere tentasset, profugus ad urbem atq; illinc ad Dalmatiam, Deinde Pannoniam ad Hunos peruenit, quorum amicitia auxilioq; usus pacem principum Aëtius interpellatæ potestas obtinuit.	
	10	Theodosio XIIII & Maximo COSS. maxima urbis Regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuo incensa collapsaq; est mense Augusto.	436
		Ioannes monachus cognomento Cassianus Massiliæ insignis & facundus scriptor habetur.	
	11	Aspare & Ariouinda COSS.	
	12	Theodosio XV & Valentiniano IIII COSS. pax facta cum Vandalis data eius ad habitandum per triennium in loco Africæ portione Hippone 3 Idus Februarij.	438
		Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem intra	

Anni mundi.	Romanorum.	Anni domini.
	Gallias habitantem Aëtius bello obtinuit, pacemq; ei supplicanti dedit, qua non diu potitus est. Siquidem illum Hunicum populo suo atq; stirpe deleuerunt.	
13	Illidoro & Senatore COSS. Gothi pacis placida perturbant, & pleraq; municipia sedibus uicina suis occupant:	439
	Narbonensi oppido maximè infesti, quod cum diu obsidione & fame laboraret, per Littorium comitem ab utroq; periculo liberatus est. Siquidem per singulos equites binis tritici modijs aduectis strenuissimè & hostes in fugam uertit, & ciuitatem annona impleuit.	
14	Aëtio II & Sigisuulto COSS. Bellum aduersus Gothos Hunis auxiliantibus geritur.	440
	Geisericus rex Vandalorum intra habitationis suæ limites uolens catholicam fidem Ariana impietate subuertere, quosdam nostrorum Episcoporum eatenus persecutus est, ut eos priuato iure Basilicarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet	441
	Valentinianus Augustus ad Theodosium principem Constantinopolim proficiscitur, filiamq; eius matrimonium accipit.	
	Eodem anno Piraticam Barborum fœderatorum desertores exercuerunt.	
	Per idem tempus quatuor Hispani uiri Arcadius, Probus, Paschasius & Eutychius, dudum apud Geisericum merito sapientiæ & fidelis obsequij clari habebantur, quos rex ut copulatiores sibi faceret in Arianam sectam transire præcepit. At illi facinus constantissimè respuentes, excitato in rapidissimam iram Barbaro, primum proscripti, deinde in exilium acti, tum atrocissimis cruciati supplicijs, ad postremum diuersis mortibus interempti illustri martyrio mirabiliter occubuerunt.	
	Puer autem Paullus nomine frater Paschasij & Eutychij, pro elegantia formæ atq; ingenij admodum regij acceptus, à professione atq; more catholicæ fidei cum nullis minis deturbari posset, diu fustibus cæsus ad infamem seruitutem damnatus est, nec ideo ut apparet interfectus, ne superata sæuitia impij regis etiam illa æras gloriaretur.	
15	Theodosio XVI & Fausto COSS. Hoc quoq; anno ijdem Piratæ multas Insulas, sed præcipuè Siciliam uastauere.	442
16	Theodosio XVII & festo COSS. Littorius qui secundæ ab Aëtio Patritio potestate Hunis auxiliantibus præerat, dum Aëtij gloriam superare appetit, dumq; aruspicum responsis & dæmonum significationibus fidit, pugnam	

cum

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni dominic.
	cum Gothis imprudenter conseruit, fecitq; intelligi quan	
	tum illa eorum quæ perijt manus prodesse potuerit, si potio	
	ribus consilijs quàm sua temeritate uti maluisset, quando	
	tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideran=	
	ter prælijs captiuitatem incidisset, dubitandum foret cui po=	
	tius parti uictoria ascriberetur.	
	Hac tempestate, Iulianus Athelenensis iactantissimus Pe	
	lagiani erroris assertor, quem dudum amissi episcopatus	
	intemperans cupido exagitabat, multimoda arte fallendi	
	correctionis spem præferens, molitus in communionem ec=	
	clesiæ irrepere: Sed his insidijs Sixtus Papa Diaconi Leo=	
	nis hortatu uigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis	
	conatibus patere permisit, & ita omnes catholicos defectio=	
	ne fallacis bestiæ gaudere fecit, quali tunc primum superbis	
	simam hæresim apostolicus gladius detruncasset.	
	Per idem tempus Vitricus respublicæ nostræ fidelis multis do	
	cumentis bellicis clarus habetur	
	Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnę lachry	
	mabile experimentũ humilius quã unquam ante poposcissent.	
B	Aëtio rebus quæ in Gallijs componebantur intento, Geiseri=	
	cus de cuius amicitia nihil metuebatur, 14. Cal. Nouem	
	bris Carthaginem dolo pacis inuadit, omnesq; opes eius ex=	
	cruciatis diuerso tormentorum genere ciuibus, in ius suum	
	uertit. Nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas &	
	sacris uasibus exinanitas, & sacerdotum administratione pri	
	uatas non iam diuini cultus loco, sed suorum iussit esse habita=	
	cula. In uniuersum captiui populi ordinem sæuus, sed præci=	
	puè nobilitati & religioni infensus, ut non discerneretur ho mi=	
	nibus magis an Deo bellum intulisset.	
	Carthago à Vandalis capta, anno postquam Romana esse cœ=	
	perat 585. aliâs 583	
5	Valentiniano V. Augusto & Aetholio COSS. defun=	443
	cto Sixto Episcopo, XL amplius diebus Romana eccle=	
	sia sine Antistite fuit, mirabili pace atq; patientia aduentum	
	Diaconi Leonis expectans, quẽ nunc inter Aëtium & Albi	
	nium amicitiæ redintegrandæ Galliæ detinebant quasi ideo	
	longus esset aduentus, ut electi meritum & eligentium iu=	
	dicium probaretur. Igitur LEO Diaconus legatione publi	
	ca accitus & gaudenti patriæ præsentatus, XLIII Romanæ	
	ecclesiæ Episcopus ordinatur.	
	Geisericus Siciliam grauiter affligens, accepto nuncio de	
	Sebastiano ab Hispania ad Africam transeunte celeriter	
	Carthaginem redijt, ratus periculosum sibi ac suis fore si	
	uir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset.	

Anni mundi.		Romanorum.	Anni dominic.
		Verum ille amicum se magis quam hostem uideri uolens diuersa	
		omnia apud Barbaros quam præsumpserat reperit, eaq; ipes	
		causa illi maxima & calamitatis & infelicis mortis fuit.	
	18	Cyro III Consule, Theodosius Imperator bellum contra	444
		Vandalos mouet. Ariouinda & † Anaxilla atq; Germa-	
† Ausila.		no ducibus cum magna classe directis, qui longis cuncta-	
		tionibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri quàm	
		Africæ præsidio fuerunt.	
	19	Dioscoro & Leudoxa COSS. Hunis Thraciam & Illyricum	445
		sæua depopulatione uastantibus, exercitus qui in Sicilia mora-	
		batur ad defensionem Orientalium partium reuertitur.	
		Cum Geiserico autem ab Augusto Valentiniano pax con-	
		firmata, & certis spacijs Africa inter utrunq; diuisa est.	
		In Geisericum apud suos de successu rerum superbientem	
		quidam optimates ipsius conspirauerunt, sed molitione de-	
		tecta multi ab eo supplicijs excruciati atque extincti sunt.	
		Cumq; idem audendum etiam alijs uideretur, multis regis	
		suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus uirium perderet quàm	
		si bello superaretur.	
5640	20	Maximo II & Paterio COSS. Hoc tempore plurimos	446
		Manichæos intra urbem latere diligentiæ Papa Leo-	
		nis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis to-	
		tius ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis suæ turpitudi-	
		nem & damnare fecit & prodere, incensis eorum codici-	
		bus, quorum magnæ moles fuerunt interceptæ. Quæ cu	
		ra uiro sancto diuinitùs, ut apparuit, inspirata, non solum	
		Romanæ urbi, sed etiam uniuerso orbi plurimum profuit.	
		Siquidem confessionibus in urbe captorum, qui doctores	
		eorum, qui Episcopi, quiue presbyteri in quibus prouin-	
		cijs uel ciuitatibus degerent, patefactũ est. Multiq; Orienta	
		lium partium sacerdotes industriam apostolici rectoris imitati sunt.	
	21	Theodosio XVIII & Albino COSS. Attila rex Huno-	447
		rum Bledam fratrem & consortem suum perimit, eiusq; po-	
		pulos sibi parere compellit.	
	22	Valentiniano VI & Nono COSS.	448

PROSPERI AQVITANICI FINIS.

LECTORI.

QVAE *sequuntur ex Matthæi Palmerij Florentini uiri quidem diligentißimi libro de temporibus ad uerbum sumus mutuati. Cuius sanè libri antecedentia eo consilio scribenda esse non putauimus, quòd ferè omnia horum librorum ex superioribus sint excerpta. Ne uerò subinde eadem ad legentis tædium infarcirentur consultò omisimus. Ea uerò quæ non immeritò poterant à Lectore desiderari, operæpretium fore rati sumus, si ad continuandam in præsentem usq; ferè diem historiam apponerentur.*

MATTHAEI

MATTHAEI PALMERII FLORENTINI TEMPORVM ET HISTORIARVM CONTINVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	5	EVTYCHIANA hęresis Constantinopoli exoritur, autore Eutyche presbytero, qui à Fabiano Constantinopolitano Episcopo damnatus est. Ob quam damnationem annuente Theodosio Imperatore Synodus apud Ephesum indicitur, in qua Dioscoro Alexandrino Episcopo præsidente Eutyches restituitur, Fabianus uerò damnatur.	22	37	449
	6	Romani Gothis uictis atrocissimum bellum cum Hunis commiserunt in Gallijs, in quo superatis Hunis supra 1600 cædunt. Theodoricus quoq; Gothorum rex in eo prælio occiditur. Post quem † Theodorissmus in regnum suscipitur.	23	38	450
	7	Attila Hunorum rex in Pannonijs reparato exercitu Italiam inuadit & Aquileiam obsidet. Septem dormientes, qui apud Ephesum in specu clausi post annos CXCII specu diuinitùs patefacto surgunt â somno, & coram Theodosio III de resurrectione de qua dubitatur certificantes iterum in Christo obdormiunt.	24	39	451
5650	8	Galli Britanniam hostiliter ingressi igne & ferro omnia uastantes subegerunt.	25	40	452
	8	Theodosius iunior Constantinopoli moritur.	26	41	453

† Thurismundus.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
				MARTIANVS	
				IX in oriente	
				an. 7.	
	10	Terræmotus aſsidui cometæ &	27	1	453
		ſigna uaria apparuerunt in cœlo.			
		Attila poſt longam obſidionem			
		capta Aquileia, Vincentiam, Vero-			
		nam, Mediolanum, atque Ticinum			
		pari terrore peruadit, & multa oppi-			
		danorum cæde diripit.			
		Examinata itaque terribiliſsimo			
		hoſte prouincia, & confugien-			
		tibus undique ex conuicinis ur-			
		bibus populis, & per proximam			
		paludem conſiſtere atq; latere			
		conantibus, in extrema penè			
		Adriatici ſinus ora, ubi intra pa-			
		ludem campus aſſurgebat, plu-			
		rimi conuenerunt, ibiq; exicca-			
		to quotidie de induſtria ſolo			
		manſiones muniére, quas à com-			
		muni prouinciæ unde conuene-			D
		rant uocabulo Venetias dixère.			
	11	Synodus Chalcedonenſis con-	28	2	454
		gregata Epiſcoporum DC. in			
		qua Eutyces & Dioſcorus Ale-			
		xandrinus Epiſcopus damnan-			
		tur, & omnia quæ in Epheſina			
		Synodo firmarunt, in irritum			
		deducuntur.			
		Attilam poſt miſerabilem Ve-			
		netiæ cladem â Leone Pontifi-			
		ce exoratum, & ad ſua regna re-			
		uerſum, rurſusq; Italiam inua-			
		dere iactantem, ſanguis è naribus			
		fluens repentè necauit.			
	12	Aëtius Patritius uir bellicoſiſi-	29	3	
		mus, & Attilæ quondam terror			
		ſuorum inuidia accuſatus Va			
		lentiniani iuſſu interficitur.			
		Valentinianus à ſuis Romæ eſt			
		interfectus.			

Maximus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.	
	13	Maximus imperium occupat, & Eudoxiam Valentiniani quondam uxorem per uiolentas nuptias coniungit. Ob quam causam Vandali ab Eudoxia prouocati sub Geiserico rege Carthagine Italiam aduecti Romam intrarunt & dilaniatum Maximi corpus in Tiberim proiecerunt, LXX. die postquam regnum inuaserat, omniaq; hostili more deinde deprædantes, cum ingenti captiuorum numero, & cum Eudoxia Imperatoris uxore in Africam remearunt.	20	4	456	
			† MAIORA nus Imperatorum XVIII apud Rauennam regnauit annis 4.			† Maioridanus.
	14	Gothi ingenti cum exercitu Hispaniam ingressi.	1	5	457	
	15	Paulinus Nolanæ urbis Episcopus pientissimus habetur, qui postquam sua bona in redimendis captiuis consumpserat, sese Barbaris pro recuperando uiduæ filio	2	6	458	
	16		3	4	459	
		in seruitutem dedit.		LEO X in Oriente an. 16.		
	17	Maioranus occiditur.	4	1	460	
			SEVERVS Rauennæ tyrannidem usurpat annis 4.			
5660	18	Acephalorum hæresis subleuatus, Chalcedonense impugnans	1	2	461	
	19	Concilium.	2	3	462	† Beorgor.
	20	† Biorgius Alanorum rex infesto	2	3	463	
		exercitu Italiam ingreditur, & non longè à Bergamo superatus, occiditur.				
	21	Seuerus Romæ diem obijt.	4	5	464	
		Pont. XLV HILARIVS annis 6. mensibus 3. diebus 10. ANTHEMIVS Romæ regnauit annis 4.				

† Seruandus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	1	Seruandus Gallorum Præfectus regnum inuadere tentans Arthemij iussu in exilium agitur	1	6	465
	2	Patritius Romanus imperio inhians iubente Anthemio capite truncatur. Genserico iterum in Italiam cum exercitu nauigante Asilicus Patritius illum nauali prælio superauit,& redire Carthaginem compulit.	2	7	466
	3	Aspar Patritius filium suum in Oriente Cæsarem facit,contra quem Leo reuocato è Sicilia uictore exercitu illum cum domo sua deleuit.	3	8	467
	4	Anthemius â Ricimere Patritio generoso suo occiditur:ipse uero Ricimer tribus mensibus post moritur.	4 OLYBRIVS regnauit mensibus 7.	9	448
	5	Olybrius Placidam Valentiniani filiam uxorem accepit. Olybrius Gundibarum nepotem suum Patritium facit,& paulò pòst diem obijt. Langobardorum IIII regnat Geldeboc.Labe filius annis 4.	1 LICERIVS post Olybrium Rauennæ tyrannidem inuadit, anno 1.	10	469
† Glicerius	6	† Licerius à Nepote Patritio regno expulsus in Dalmatiam profiscitur,& Solonensium Episcopus ordinatur.	2	11	470
		Nepos Patritius intercedente Epiphanio Ticinensi Episcopo cum † Ericio Vuisigothorum rege fœdus facit. Nepos Patritius Rom.Nepotiani filius, 56 sui regni die ab Oreste Patritio priuatur,& Augustus eiusdem Orestis filius in eius locum assumitur.	NEPOS Patritius regnũ inuadit diebus 56		

† Eurico.

Pont

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.	
		Pont, XLVI SVLPITIVS annis 15.	AVGVSTVLVS in Occidente regnauit an. 1.			
5670	1	Oreſtes patritius cum † Geiſerico Vandalorum fœdus inijt. Odoacer Turdilingorum & Herulorum maximis copijs in Italiã ingreditur, & Oreſtem Patritium apud Ticinum ſuperatũ interficit. Poſt cuius mortem Auguſtulus ſponte purpuram depoſuit, & in priuatum ſe modum recepit. Odoacer Italiam occupat, & 14 annos poſsidet, quibus ſibi & ſuis tertiam agrorum partem diuiſit.	1	12	471	† Giſericus legitur aliâs in uetuſtioribus & Gniſericus.
			Imperium occidentale defecit annis 330.			
	2		1	13	472	
	3	Langobardorum v Godehoc annis 12.	2	14	473	
	4		3	15	474	
	5	Leo moriens Leonem ex filia nepotem Imperatorem reliquit, qui non multo poſt naturæ concedens patri ſuo Zenoni imperium conceſsit.	4	16	475	
				ZENO XI in Oriente an. 17.		
	6	Odoacer † Filectum Rhugorum regem in Germania ſuperatum occidit, & maxima præda atque ingenti captiuorum numero in Italiam reuertitur. Langobardi nouarum ſedium auidi, Rhugorum regionem eò quod fertilis & penè deſerta eſſet, ſub Godehoc eorum rege occuparunt.	5	1	476	† Phebam.
	7	Vernia Auguſta ſocrus Zenonis per eius abſentiam Baſilicum fratrem ſuum Imperatorem appellauit, qui paulò poſt Marcum filium Cæſarem fecit, ſed rediens	6	2	477	
	8		7	3	478	
	9	Zenos illos in Cappadociam expulit, ubi uitam finiêre.	8	4	479	
	10		9	5	480	

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
5680	11	Zeno Imperator Theodoricum	10	6	481
		Gothorum regem iam antea apud			
		se magno in honore habitum ad			
		liberandam Italiam contra Odoa-			
		crum cum ingentibus copijs mi-			
		sit, à quibus Odoacri duces non			
	12	procul ab Aquileia super Sonti-	11	7	482
	13	um amnem post acerrimam pu-	12	8	483
	14	gnam profliguntur.	13	9	484
	15	Odoacer plurimis prælijs à Go-	14	10	485
		this primo superatus, & Rauen-			
		næ triennio obsessus, Theodori-			
		cum tandem socium dominatio-			
		nis recepit, à quo non multa post			
		ad cœnam inuitatus occiditur.			
		Theodoricus & Gothi qui cum			
		eo erant contra Imperatoris uo-			
		luntatem sub diuersos reges Itali-			
		am seueriori dominio possederunt			
		annis 70.			
		Langobardorum VI regnauit Da-			
		phon annis 5.			
		Pont. XLVII FELIX II an-			
		nis 9.			
5690	1	Fulgentius scientia & fide clarus	15	11	486
	2	habetur.	16	12	487
	3		17	13	488
	4	Plurimi Episcopi ab Arianis in	18	14	489
		Africa exilio damnati in Sardini-			
		am mittuntur.			
	5	Langobardorum VII regnauit	19	15	490
		Thantus annis 10.			
	6	Theodoricus ut sui regni uires sta-	20	16	491
		biliret, Adelphedam Francorum			
		regis filiam, & principibus qui cum			
		eo erant ex eadem stirpe uxores co-			
		pulauit.			
	7	Zeno Constantinopoli uitam fi-	21	17	492
		nit.		ANASTA=	
	8	Thantus Langobardorum rex He-	22	1 SIVS XII	493
		rulos ad internitionem usq; de=		in Oriente	
		leuit, & Rodulphum eorum re=		annis 26.	

gem

Anni mundi.	Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni.
		regem cepit atque interimit.			
	9	Episcopi qui in Africa catholi-	23	2	494
		cis præerant ecclesijs, à Trasi-			
		mundo Vandalorum rege in			
		Sardiniam iterum relegantur.			
		Pont. XLVIII GELASIVS			
	1	an. 4. mensibus 8. diebus 16.	24	3	495
	2	Manichæi iterum Romæ damna	25	4	496
	3	ti, & eorum codices combusti.	26	5	497
	4		27	6	498
	5		28	7	499
		Pont. XLIX. ANASTASI-			
		VS II. annis 2.			
	1	Vuacon Tantum patruum suum in-	29	8	500
		teremit, & Langobardorum re-			
		gnum inuadit annis 18. hic con-			
		tra Gepidas bellum intulit &			
		Sueuos uicit.			
		Hi octo Longobardorum reges			
		ex eadem familia quam Litin-			
5700	2	gos dicebant, fuerunt.	30	9	501
		Pont. L. SYMMACHVS an.			
		nis 15. mensibus 8.			
	1	Discordiæ in ecclesia ortæ sunt,	31	10	502
	2	in quibus pars sacerdotum Lau-	32	11	503
	3	rentium in Pontificem elegit,	33	12	504
	4	cuius rei gratia Romam diut-	34	13	505
	5	duntur & Rauennæ coram Theo-	35	14	506
	6	dorico, Concilio habito Sym-	36	15	507
	7	machus in Apostolicam sedem con-	37	16	508
	8	firmatur,	38	17	509
	9	Apud Carthaginem Olympium	39	18	510
		quendam Episcopum Arianum,			
		in Balneis sanctam trinitatem			
		blasphemantem tribus igneis			
5710	10	iaculis angelo mittente uisibi-	40	19	511
	11	liter combustum ferunt.	41	20	512
	12	Boëthius Senatorius uir ob su-	42	21	513
		spicionem affectatæ libertatis à			
		Theodorico exilio dānatus, moxq;			
	13	carcere trusus plura conscribit.	43	22	514
	14	Theodoricus qui in Italia do-	44	23	515
		minabatur per hæc tempora Si-			

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		ciliam cum adiacentibus insulis suo regno adiecit, & Dalmatiam			
	15	sibi subditam fecit.	45	24	516
	16		46	25	517
		Pont. LX. HORNVSDA annis 9.			
	1	Longobardorum IX Vualtarius Vuaconis ex filia nepos regnauit annis 7.	47	26	518
		Anastasius fulmine ictus, interijt.		IVSTINIANVS maior XIII in Oriente annis 9.	
	2		48	1	519
	3	Vandalis posti Transimundum regem regnauit Hildericus eius filius ex Valentiniani Imperatoris captiua filia genitus.	49	2	520
5720	4	Boëtius iam pridem exilio reuocatus, & prætorito Præfectus Theodorici iussu simul cum Symmacho senatore & cum alijs præstantibus uiris interficitur.	50	3	521
	5	Theodoricus Gothorum rex qui in Italia dominabatur, Rauennæ uitam finit.	51	4	522
		Athalaricus puer Theodorici ex filia nepos cum Amalasuentha matre in regno successit annis 10.	52	5	523
	7	Brigida uirgo pœnitentia clara in Scotia moritur.	53	6	524
	8	Antiochenæ ciuitatis pars maxima terræmotu corruit.	54	7	525
		Longobardorum X Adoynus annis 18. Hic fuit qui Gepidas uicit, & Longobardos in Pannoniam duxit.	55	8	526
	9	Pont. LII IOANNES annis 2. mensibus 10.			
	1	Iustinus admodum senex Iustiniano sororis suæ filio Imperatore con-	56	9	527

Anni mundi.	Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni.
		tore constituto naturæ concessit.		IVSTINIANVS XIIII in Oriente, annis 28.	
	2		57	1	528
	3	Ioannes Pontifex Rauennæ carcere maceratus, interijt.	58	2	529
		Pont. LIII FELIX III. annis 4. mensibus 3. diebus 13.			
	1	Belisarius Patritius de Persis triumphat Iustiniano Imperatore iubente.	59	3	530
		Longobardi Pannoniam ingressi eam prouinciam habitarunt annis 42.			
5730	2	Iustinianus sparsas multis uoluminibus antiquis Romanorum leges per hæc tempora colligit, & ad uoluntatem renouatas sancit.	60	4	531
	3	Athalaricus Gothorum rex obijt ætatis anno 28. Post quem Amalesuentha mater eius Theodatum consobrinum suum regni socium assumit, qui mox ut solus regnaret eam necare iussit & regnum tenuit annis 5.	61	5	532
	4	Belisarius à Iustiniano in Africam cum exercitu missus, Vandalorum gentem deleuit.	62	6	533
		Pont. LIIII BONIFACIVS XXIX annis 2.			
	1	Benedictus monasterij montis Casini Abbas & regulator, summa uitæ continentia laudatur.	63	7	534
	2	Priscianus Cæsariensis celeberrimi nominis Grammaticus, claret.	64	8	535
		Pont. LV IOANNES II annis 2. mensibus 4.			
	1	Maurus beati Benedicti discipulus, in Gallia obuitæ continentiam ueneratur.	65	9	536
	2	Iustinianus per Mundum sui exercitus ducem Dalmatiam inuadit,	66	10	537

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Salonas capit, Gothosq; prælio			
		uincit, in qua uictoria Mundus			
		ipse unà cum filio occiditur.			
		Ioannes Athemium Episcopum			
		Arianum damnat.			
		Belisarius ad liberandam Italiam			
		missus, Neapolim capit.			
		Gothi propter reginæ mortem			
		Theodato regi infensi ac nuper			
		Belisarij uictoria conturbati le-			
		ctioni militari Vutigidem sibi			
		regem creauére, qui mox ut so			
		lus regnaret Theodatum occi-			
		dit, & reginæ filiam uxorem ac			
		gni sociam Rauennæ assumit re-			
		gnauitq; annis 5.			
		Pont. LVI AGAPITVS annum			
	1	Vutigis cum Francis amicitiam	67	11	538
		contrahit.			
		Belisarius Romam uolente po-			
		pulo cum exercitu ingressus, ua-			
		ria belli fortuna cum Vutigide			
		sæpè conflixit, adeò ut etiam ab			
		eo Romæ interdum obsideretur			
		enixius.			
		Agapitus Constantinopolim			
		ad Iustinianum profectus inte-			
		rijt.			
		Pont. LVII † LIBERIVS III.			
† Sylueri- us.		an. 1. mensibus 3. diebus 10.			
	1	Fames per Italiam adeò ingens	68	12	539
		ut membra humana comederen-			
		tur, sicut scribit Darius Mediola-			
		nensis præsul.			
		Mediolanenses ad Belisarium dese-			
		cerunt.			
		Liberius quia Athemium restitue-			
		re uoluit, ut alij scribunt quia cum			
		Gothis sentiret, exilio damnatus in			
		Ponto perijt.			
		Pont. LVIII VIGILIVS annis 18.			
		mensibus 6.			

Theode-

Anni mundi.	Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	1	Theodebertus Francorum rex decem Burgundionum millia in auxilium Gothorum misit. Mediolanum à Gothis receptum ac penè subuersum est, in qua uastitate supra triginta Mediolanensium ciuium millia interfecta fuisse traduntur.	69	13	
5740	2	Theodebertus Francorum rex cum XVIII hominum millibus in Italiam transit, & in citeriori Gallia Gothorum ac Belisarij copias improuiso impetu dissipat, mox cum pabuli penuria in uarios languores continuò incideret, per eandem uiam trans Alpes redierunt.	70	14	541
	3	Belisarius Vuitigidem apud Rauennam capit, & cum uxore & præcipuis Gothorum proceribus Constantinopolim ad Iustinianum adducit. Constantinopoli multos hominum pestis absumpsit.	71	15	542
	4	Gothi qui per Italiam remanserant absente Belisario in unum conueniunt, & Ildebadum primo, mox Errarium, uel alij scribunt Atharicum, ijsq; per seditionem intra biennium interfectis, Totilam sibi regem creauerunt.	72	16	543
	5	Florentia à Gothis obsessa subito copiarum aduentu, quas Iustini duces Rauenna deduxerunt liberatur. Langobardorum XI Albinus Adorni filius annis 31.	73	17	544
	6	Totilas Neapolim capit.	74	18	545
	7	Belisarius ad curam Italici belli rursus à Iustiniano delectus, in Italiam reuertitur.	75	19	546
	8	Totilas Gothorum rex ciuitates Italiæ multis cladibus direptionibusq; afflixit, & urbem Romam	76 77	20 21	547

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		infenſe ingreſſus eam diripit			
		incenditq́, & partem murorum			
		euertit, ciuesq́ uarie iactauit, &			
		deſolatam penitus ac ſine ullo ha-			
		bitatore dereliquit. Pariq́ ferita-			
		te Florentiæ in Hetruria deſæuit,			
		quibus cladibus Totilam flagel			
		lum Dei cognominatũ accepimus.			
		Herculianus Peruſinorum Epi			
		ſcopus capitis abſciſione à Gothis			
		eſt interfectus.			
		Mauros Africam infeſtantes per			
		Ioannem præfectum ſuum Iuſtinia			
		nus compreſsit.			
	10	Beliſarius Romam deſertam occu-	78	22	549
		pat, & incredibili celeritate munit.			
		Beati Antonij monachi uenerabile			
		corpus diuina reuelatione reper-			
		tum Alexandriam deportatur.			
	11	Beliſarius à Iuſtiniano ex Italia re-	79	23	550
		uocatus in Greciam redijt.			
5750	12	Totilas Romam recipit, & eam re-	80	24	551
		parare ac reuocare ciues ſtudet.			
	13	Contra Theodori ueſaniam Con	81	25	552
		ſtantinopoli Synodus congrega-			
	14	tur.	82	26	553
	15	Narſes Eunuchus à Iuſtiniano	83	27	554
	16	cum exercitu in Italiam miſſus,	84	28	555
		Totilam primum, ac deinde The-			
		ſam Gothorum reges ſuperat			
		atq́ interemit, & omnes Go-			
		thos Italia pellit, eamq́ poſſedit			
	17	annis 17.	85	29	556
	18	Vigilius ob eandem qua & præ-	86	30	557
		ceſſor ſuus cauſam Conſtantino-			
		poli primum ductus, ac deinde			
		in exilium actus uitam finit.			
		Pont. LIX PELAGIVS an. 5.			
	1	Iuſtinianus inſigni magnificen-	87	31	558
		tia templum ædificare orſus eſt			
		Conſtantinopoli, quod Græco			
		uocabulo Σοφίαν nominauit.			
	2	Caſsiodorus monachus, ſecu	88	32	559

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		lari diuinaq; scientia eruditus, clarus habetur.			
	3	Arator Romanæ ecclesiæ Subdiaconus Actus Apostolorum hexametris uersibus decantauit.	89	33	560
5760	4		90	34	561
	5		91	35	562
		Pont. LX IOANNES III. annis 13.			
	1	Bucillianus Gallorum dux per Italiam infesto uagans exercitu non longè à Tarento à Narsete superatus opprimitur.	92	36	563
	2		93	37	564
	3	Maurus Benedicti discipulus bona senectute in Gallia quieuit.	94	38	565
		Pestis, in qua miserabili strage Italiæ populi, ac præcipuè Ligures consternuntur.			
		Iustinianus amens & stultus iam pridem factus, in ægrotationem tandem incidens, interijt.			
				IVSTINVS	
			iunior XV	in Oriente an.	11.
	4	Claudianus Episcopus uir in sacris eloquijs eruditissimus nominatur.	95	1	566
	5		96	2	567
	6		97	3	568
	7	Narses à Sophia Iustini uxore cuius fuerat Eunuchus, ad pensa per iniuriam reuocatus, ingrateq; ab administratione Italiæ à Iustino remotus, commotus iniuria Langobardos è Pannonijs in Italiam prouocauit, & ad profectionem triennio ferè sollicitare non desistit.	98	4	569
	8	Igneæ acies in cœlo per Italiam uisæ, sanguinem emanentes, ac deinde pluribus diebus continuatis imbribus tanta aquarum ui auctus est Tiber, ut magna strage populi humiliora loca Romæ submergeret, & similiter in quibusdam alijs ciuitatibus & locis contigit.	99	5	570
5770	9	Leuigildus Gothorum rex rebellantes Hispaniæ ciuitates regionesq; subegit.	100	6	571

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	10	Langobardi ingenti multitudine cum filijs & uxoribus, & aliis barbaris nationibus sub Alboino eorum rege Italiam per Sirmium ingressi, eam possederunt annis 204.	101	7	572
	11	Narses moritur, & eius cadauer Constantinopolim deportatur.	102	8	573
	12	Armenij fidem Christi publicè receperunt.	103	9	574
	13	Venetia Galliaq; omnis cis Alpes à Langobardis antea est possessa præter Papiam: quæ cum per triennium obsidionem sustinuisset, hoc tandem anno deditur. Alboinus rex ab Alpibus in Heturiam, & usq; Rauennam Italiam adeptus, dolo uxoris Rauennæ interficitur. Langobardorum XII regnauit Daphon anno 1. mensibus 7. Plurimi Proceres & populi multitudo ciuitatum Italiæ, Langobardorum fæuitiam fugientes, & ad Venetias declinantes se tutaueruntPont. LXI BENEDICTVS annis 4.	104	10	575
	1	Iustinus Tiberium in filium adoptauit, & Augustum appellauit, nec multo pòst amens effectus, & pedum dolore grauatus interijt.	105	11 TIBERIVS XVI an. 7.	576
	2	TIBERIVS Christianæ bonitatis uir fuit, & adeò in pauperes beneficus, ut imperij thesauros larga eis manu exhiberet.	106	1	577
	3	Daphon diem obijt, post quem decem annos Langobardi sine rege fuêre, in quibus per uarios duces omnem terè Italiam subegêre, præter urbem Romam quam in huius gentis potestatem nunquam	107	2	578
	4	deuenisse constat. Pont. LXII PELAGIVS an. 11.	108	3	579

Gothi

Annī mundi.	Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni. salutis.
	1	Gothi bifariam diuiſi multa cæde	109	4	580
4780	2	uaſtantur.	110	5	581
	3	Langobardi Alpes tranſgreſſi in	111	6	582
		Galliam ruunt, & magna exacta			
		præda, ac ingenti captiuorum nu-			
		mero in Italiam reuertuntur.			
	4	Tiberius Mauricium generum ſuum	112	7	583
		Imperatorem facit, parumq; poſt			
		moriens bona pace quieuit.		MAVRI-	
			CIVS XVII annis 20.		
	5	Gregorius uir ingenij dignitatisq;	113	1	584
		gratia autoritate magna præditus,			
		plura pro Chriſtiana religione con-			
		ſcribit.			
	6	Mauricius Armenos & Perſas per	114	2	585
		Præfectos debellat.			
	7	Diluuium ingens, præſertim apud	115	3	586
		Venetias & Ciguriam Calendis			
		Octobris, & magna tonitrua, &			
B		Romæ maxima peſtis ſecuta eſt			
		ſerpentum fœtore ad littora proie-			
		ctorum. In Nili fluuio animā-			
		lia maſculina ac fœminina uiſa			
		ſunt, quæ, uſq; ad lumbos huma-			
		nam effigiem prætendebant, &			
		adiurata per deum â mane uſq;			
		ad nonam ſe uidenda præbuerunt.			
	8	Langobardi regem ſibi præficiunt	116	4	587
		Antharim Daphonis filium, qui			
		Flauius dictus eſt, â quo Flauij			
		deinde reges ſunt cognominati.			
		Fuit hic rex tredecimus & regna-			
		uit annis 7.			
		Ex decreto Pelagij II fit in Gra-			
		do Synodus Epiſcoporum XX.			
		ubi conſtituitur Gradenſis ſedis			
		patriarchatus totius prouinciæ			
		Venetiæ metropolis translata ſe-			
		de Aquileienſe in Gradum.			
		Quod etiam à Tiberio Auguſto			
	9	confirmatur.	117	5	588
	10	Langobardi Romam obſiden-	118	6	589

tes aſſi-

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis. C
		tes assiduis imbribus turbinumq;			
		tempestatibus deterriti obsidio-			
		nem dissoluit: & tanta est aqua			
		rum uis subsecuta, ut innumera-			
		bilis penè hominum pecudumq;			
		multitudo per Italiam, ac maximè			
		Romæ Perierit.			
	11	Cadauerum, sicuti putatur, corru-	119	7	590
		ptione pestis subsecuta est.			
		In qua Pelagius moritur.			
		Pont. LXIII GEORGIVS an			
5790	1	nis. 14.	120	8	591
	2		121	9	592
	3	Gothi ad unionem catholicæ fidei	122	10	593
		redierunt.			
		Longobardorum XIIII regnauit			
		Agilulphus Annis 55.			
		Præcedente maxima siccitate locu-			
		starum quinque agmina innume-			
		rabili multitudine subsequuntur,			
		quæ quicquid in aruis uirescebat			
		depascentes, ingentem per Italiam			D
		famem biennio fecere.			
	4	Cometes per mensem in cœlo est	123	11	594
		uisus.			
		Patritius Romanus primus Ita-			
		liæ Hexarchus contra Longobar-			
		dos à Romano populo creatus est,			
		qui magistratus apud eos antea			
		non fuit.			
	5	Agilulphus cum Cachano Huno-	124	12	595
		rum rege pacem firmat, illam ipsam			
		per legatos è Pannonia postulan-			
		te.			
		Patritius Hexarchus moritur, cui			
		succesit Gallicanus, qui paulò			
		post cum Longobardis pacem fecit.			
	6	Agilulphus cum Theodorico Fran-	125	13	596
		corum rege pacem firmat.			
	7	Mahometus qui postea tanquam	126	14	597
	8	magnus diei propheta leges Sarace-	127	15	598
	9	nis dedit, in Arabia nascitur.	128	16	599

Anni mundi.	Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni.
	10	Britannia ad Christi fidem Grego-	129	17	600
5800	11	rio procurante conuertitur.	130	18	601
	12	Gallicinus Italiæ Hexarchus	131	19	602
		Agilulphi regis filiam cum uiro			
		suo nomine Godescaldo apud			
		Parmam capit, illosq; Rauen-			
		nam ducit, ob quam causam			
		bellum Longobardis resumi-			
		tur.			
	13	Mauritius cum propter auaritiam in	132	20	603
		odium suorum deuenisset, militari			
		seditione unâ cum uxore & liberis			
		interficitur, & Phocas ab exercitu			
		Imperator procreatur.		PHOCAS	
			XVIII in Oriente an. 8.		
	14	Agilulphus Langobardorum rex	133	1	604
		contra Romanos pluribus in locis			
		prosperè pugnat, & Mantuam &			
		Cremonam capit.			
		Francorum reges Tendebertus,			
		Theudericus & Lotharius inter se			
		debellantes multis suorum milti-			
		bus interfectis prouinciis suis ma-			
		ximo detrimento fuere.			
		Frumenti & uini egestas penè per			
		orbem, ac in Italia maximè.			
		Pont. XLIIII SABINVS Tu-			
		scus annis 2.			
	1	Romani & Longobardi pacem	134	2	605
		firmant, in qua Agilulphi regis			
		filia à Romanis olim capta red-			
		ditur.			
		Agilulphus filium suum Adolo-			
		aldum regem facit, eiq; Tendeber-			
		ti Francorum regis filiam uxorem			
		tradit, & cum Francis perpetuam			
		pacem redintegrat.			
	2	Franci contra Saxones pugnan	135	3	606
		tes magna suorum strage superan-			
		tur.			
		Pont. LXV BONIFACIVS II			
		Romanus, mensibus 8.			

Consentiente

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
	1	Consentiente Phoca institutum	136	4	607
		fuit, ut ecclesia Romana caput			
		esset ecclesiarum omnium, cum			
		prius Constantinopolitana id			
		usurpare tentasset.			
		Pont. LXVI BONIFACIVS			
		III. Marsus, annis 7.			
	1	Apud Persas grauissima prælia	137	5	608
		excitantur in quibus Romani			
		superati nonnullas prouincias			
	2	amisere.	138	6	609
	3	Cacanus Hunorum rex per Pan-	139	7	610
		noniam atq; Illyricum magno ex-			
		ercitu collecto Italiam ingredi-			
		tur, & Præfectos quosdam Lon-			
		gobardorum superat atq; capit.			
		Tunica domini nostri Iesu Chri-			
		sti Zaphat ciuitate inuenta			
		Hierusalem reponitur.			
		Ioannes Alexandrinus Patriar-			
		cha eleemosynarius nominatus			
		sanctitate claruit.			
5810	4	Phocas ab Heraclio patritio	140	8	611
		occiditur.		HERACLI-	
			VS XIX. in Oriente		
			cum Constantino fi-		
			lio suo annis 29.		
	5	Sisebutus apud Gothos regna,	141	1	612
	6	re est orsus.	142	2	613
	7	Cosdra Persarum rex Iudæam	143	3	614
		Romanis adimit, Hierosolymam			
		inde deprædatus, cum innume-			
		rabili captiuorum multitudine			
		Zachariam quoq; eiusdem ciui-			
		tatis Patriarcham ducens, & sa-			
		cratissimum crucis lignum, in quo			
		salus mundi pependerat, secum			
		portans in Persas reuertitur.			
		Pont. LXVII DEVS DEDIT			
	1	Romanus annis 3.	144	4	615
	2	Sisebutus Gothorum rex plu-	145	5	
		rimas Hispaniæ ciuitates, quæ			

ad Roma-

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		ad Romanos defecerant, recepit,			
		& Iudæos qui in suo regno mora-			
		bantur grauioribus pœnis ad fi-			
	3	dem Christi conuertit.	146	6	617
		Pont. LXVIII BONIFACIVS V.			
		Campanus, annis 5.			
	1	Theodeberto Francorum rege	147	7	618
		per seditionem interfecto, ma=			
		gna in ea prouincia subsequun-			
		tur bella.			
		Longobardorum XV regna-			
	2	uit Adoloaldus Agilulphi filius	148	8	619
	3	& cum eo Theodelinda mater	149	9	620
5820	4	sua annis 10.	150	10	621
	5		151	11	622
		Pont. LXIX HONORIVS Cam-			
		panus, annis 13.			
	1	Mahumetes magnum se æterni	152	12	623
		Dei Prophetam dicens, multos			
		Asiæ atq; Africæ populos com-			
		mouit, quos noua religione im=			
		buens, Saracenos ex Dei præce-			
		pto uocari dicebat à Sara legitima			
		uxore Abrahæ, quasi legitimos di-			
		uinæ promissionis successores.			
	2	Heraclius deuictis Persis Za-	153	13	624
		chariam Patriarcham recepit, &			
		crucem Dominicam Hierosoly-			
		mis reduxit. Ob solennitatis me-			
		moriam exaltatio sanctæ crucis			
	3	cœpta est celebrari.	154	14	625
	4	Isidorus Hispalensis Episcopus,	155	15	626
	5	utr scientia clarus floret.	156	16	627
	6	Bellum graue cum Saracenis ge-	157	17	628
		ritur in Iudæa, in qua timens Hera-			
		clius crucem Dominicam Constan=			
		tinopolim transtulit.			
		Adoloaldo à Langobardis electo,			
		regnum eorum accepit Arionaldus			
		rex XVI. annis 12.			
	7	Arionaldus rex Longobardorum	158	18	629
		XVI. annis 12.			

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		Mahumeto Pseudopropheta duce,			
		Saraceni qui sub Persis tuerãt eis de-			
		bellatis regnum adipiscitur, & fit regnum Saracenorum.			
	8	Postquam Rothritus Langobardo-	159	19	630
		rum rex Opitergium urbem dirupit,			
		Magnus Oppitergensis Episcopus			
		uita & sanctitate clarissimus, cum			
		Oppiterginis ad maritima se transfe			
		rentes Heraclią urbem construxére,			
		cuius Episcopus ordinatur: Huic			
		prędsuli quanta sit futura Venetiarum			
		ciuitas iam à Patauis fundata, quan-			
		tisúe intercesloribus sit gubernanda			
		cœlestibus, Deus declarare dignatus			
		est septem oraculis. Primò enim o-			
		ranti Magno beatus Petrus apparẽs			
		ei mandauit sibi ecclesiam fabricari			
		in ciuitatis capite, ubi oues boues q̃			
		pascentes inuenit. Secũdo Angelus			
		Raphaël, qui sibi ubi multas aues in-			
		uenerit congregatas, ecclesiam con-			
		struit ordinauit. Tertio Dominus no			
		ster Iesus Christus mandans in urbis			
		medio in nomine Saluatoris eccles-			
		am construi. Quarto glorioslssima			
		uirgo Maria uolẽs sibi ecclesiam eri-			
		gi, ubi nebulam inuenerit. Quinto be			
		atus Ioannes Baptista iubens sibi pa-			
		triq̃ suo Zachariæ ecclesias fabrica-			
		ri, Sexto beata Iustina regis Patauini			
		filia, ubi uitem fructificantem inue-			
		nerit, sibi cõstrui ecclesiam ordina-			
		uit. Septimo XII Apostoli ubi XII			
		grues congregatas inuenerit eccles-			
		am erigendam sibi statuunt. Quibus			
		reuelationibus nobilibus ac tribunis			
		Insularum intimatis, signisq̃ inuẽtis			
5830	9	per ipsos ecclesiæ constructæ fuêre,	160	20	631
	10	uidelicet sancti Petri, Raphaëlis, Sal	161	21	632
	11	uatoris, sanctæ Mariæ formosæ, Ioan	162	22	633
	12	nis Baptistæ Bragoræ, Zachariæ, Iu-	163	23	634
	13	stinæ, ac duodecim Apostolorum.	164	24	635

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Imperatores Orientis.	Anni salutis.
		tuisset receptus, paternum uolens imita-		
		ri exemplum Paschalem Romanorum		
		Pontificem, & uniuersos ecclesiæ prælatos		
	13	per fraudem intercepit, & eorum bona in su-	5	1112
	14	orum prædam conuertit.	6	1113
	15	In Agro Aemiliano & Flaminio Idibus iunij	7	1114
		sanguis pluit.		
	16	Veneti maximo exercitu in Dalmatiam naui-	8	1115
		gant, & Sibinicum deprehendentes nonnul-		
	17	las quoque capiunt urbes.	9	1116
	18	Henricus in Italiam reuersus Romam ab-	10	1117
		sente Pontifice ingreditur, ibiq́ue con-		
		cedente populo, & aduersantibus patri-		
		bus, cum ritè coronari non obtineret, Mau-		
		ricium suæ partis Archiepiscopum euo		
		cauit, & eb ao sibi imponi coronam iussit.		
		Paschalis post Henrici discessum biduo post-		
		quam Romam redierat moritur XV. Calen-		
		das Februarias.		
		Pont. CLXVIII GELASIVS II. annis 1.		
	1	Persistente adhuc in Italia Henrico, & Pon-	11	1118
		tificis partes persequente, Gelasius in Galli-		
		as refugit, ibiq́; statim functus interijt.		
		Post mortem primi Balduini apud Hierosoly-		
		mam regnauit Balduinus II. ex nostris rex		
		III. annis 13.		
		Hic Gaium Persarum regem prælio uictum in		
		teremit, & Damascenorum Ascalonitarumq́;		
		reges prostrauit.		
		Pont. CXXIX CALLISTVS II. an. 6.		
	1	Henricus Calisto pacem dedit, & inde in Ger-	12	1119
	2	maniam proficiscitur.	13	1120

Ignis

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
6320	3	Ignis immensus in orientali plaga circa auroram per sex horas flammas emittit, donec ex Occidente aduenies turbo imbre copioso illum extinxit.	14	1121
	4	Balduinus, deficientibus sedulo Christianis, ex Europa transfretatis multos Christi fideles ex trans Iordane conuocauit, quos simul cum	15	1122
	5	suis Hierusalem inhabitare fecit.	16	1123
	6	Tyrum florentissimam Phœnicum urbem Christiani ceperunt.	17	1124
		Pont. CLXX HONORIVS II. annis 5. mensibus. 2.		
	1	Hyems in qua multa pecora hominesq; frigore magno periere, & frugibus exustis mi	18	1125
	2	serabilis fames subsequitur.	19	1126
	3	Hugo de sancto Victore insignis Theologus Parisijs floret.	20	1127
			LOTHARIVS II Imperatorũ XIX. an. 1.	
B	4	Tyrum urbem maxima strage populi terræ-	1	1028
	5	motus fere subuertit.	2	1029
		Pont. CLXXI INNOCENTIVS II. annis 13. mensibus 8.		
	3	Innocentius à Romanis Anacleto antipapæ fauentibus penè destitutus in Galliam	3	1030
		transijt, & à Francorum rege summo honore receptus duo Concilia celebrauit, in quibus conuentione facta Lotharius in Italiam tran-		
		siens illum Romam in pristinam dignitatem reduxit, cuius beneficij merito coronam imperij in eadem urbe suscepit.		
6330	2	Hierosolymitarum IIII. regnauit Fulco	4	1131
		superioris Balduini gener annis 11.		
	3	Francis regnat Ludouicus præcedentis Ludouici filius annis 48.	5	1132
	4	Aegyptij sub uarijs ducibus Christianos Hierusalem tenentes infestant, & pluribus	6	1133
		in locis per eorum urbes irrumpunt: Quapropter redintegratur bellum, in quo nostri nonnullas urbes ceperunt, & aliquas sibi tri-		
	5	butarias fecerunt.	7	1134
	6	Diuturnus & æstuans calor in Gallia tantam siccitatem dedit, ut pluribus in locis	8	1135

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	7	terra fomiti immixta maximo populorum	9	1136
	8	terrore flammas emitteret.	10	1137
	9	Lotharius iter faciens in patria in Veronæ	11	1138
		moritur.	CONRADVS	
			IIII Imperatorũ	
			XX. annis 14.	
	10	Ascalona maritima Iudeæ urbs à Christi-	1	1139
	11	anis capitur.	2	1140
	12		3	1141
	13	Fulco Hierosolymitanorum rex dum lepo=	4	1142
		rem insequitur casu equi corruit, cui succe-		
		dit ex nostris rex V. Balduinus III, eiusdem		
	14	Fulconis filius, annis 24.	5	1143
		Pont. CLXXII CELESTINVS II. mensibus 5.		
		diebus 14.		
		Pont. CLXXIII LVCIVS II. mensi-		
		bus 11. diebus 4:		
	1	Mesopotamiæ populi ad Christi fidem maiori	6	1144
		suorum hominum numero conuertuntur.		
		Pont. CLXXIIII EVGENIVS III. annis 8.		
		mensibus 7. diebus 20.	7	1145
	2		8	1146
	3	Ludouicus Galliæ rex Conradum Imperato	9	1147
		rem mouit, & ingenti multitudine ad expugna		
		tionem sacratissimæ terræ in Christianorum		
		subsidium quia sedulo ibi defecerunt transiere:		
		Verùm cum per Syriam temerè uaderent, fa-		
		me oppressi eodem anno domum rediere.		
		Veneti subsidiariam quoq; classem in Chri-		
	4	stianorum fauorem misere.	10	1148
	5	Rogerius Apuliæ & Siciliæ rex in Africam	11	1149
		transiens plures urbes capit, & earum regem		
	6	sibi tributarium facit.	12	1150
5350	7	Balduinus Hierosolymitarum rex Aegy	13	1151
	8	ptios atq; Babylonios superat, suprà quinque	14	1152
		eorum millibus interfectis.	FRIDERI-	
			cus I. Imperatorũ	
			XXI. annis 37.	
	9	Alphonsus Hispaniæ rex, ab expugnatio-	1	1153
		ne sanctissimæ terræ rediens, moritur, cui suc,		
		cessit Sanctius eius filius maior, & illi non		
		multo pòst Ferdinandus frater, qui, in Ara-		
		bia pro Christi nomine bellando, interijt,		

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	& succesſit ei Alphonſius eius filius.		
	Pont. CLXXV ANASTASIVS IIII. an. 1. menſ. 5.		
	1 Rogerio Siciliæ regi ſuccedit Guilielmus.	2	1154
	Pont. CLXXVI HADRIANVS IIII. annis 4. menſ. 10.		
	1 Fridericus Imperator Romæ ab Hadriano	3	1155
	coronatur.		
	2 Spoletum à Friderico penè deſolatum.	4	1156
	3 Crucis figura in Luna publicè eſt uiſa.	5	1157
	4	6	1158
	5 Richardus monachus præſtabilis doctrinæ ho-	7	1159
	mo, & ſine ulla dubitatione acutiſſimus diſpu-		
	tator Pariſijs clarus habetur.		
	Pont. CLXXVII ALEXANDER III. an. 22.		
	1 Alexander Italiam poſt aſſumptionem ſui à Fri-	8	1160
	derico perſecutus refugit ad Francos, quam ob		
	cauſam Fridericus contra ipſum quatuor crea-		
	uit falſos Pontifices, Victorem ſcilicet primo,		
	mox Paſchalem, deinde Calliſtum & Innocenti		
	um: Qui omnes bello, quod auxiliantibus Fran-		
	corum atq; Anglorum regibus in fauorem ueri		
	Pontificis geſtum eſt, ſuperanti unà cum Imperatore quieuerunt.		
6360	2 Alexandria inter Alpium radices urbem q; Tici	9	1161
	num ſupra Tanarum amnem contra Ticinenſes		
	Imperatori fauentes ædificata eſt, & ab Alexan-		
	dro Pontifice nominata.		
	3 Mediolanum à Friderico captum, magna ex parte	10	1162
	4 ſubuertitur. poſtquam illud ſeptem an. obſederat	11	1163
	5 Ludouicus Galliæ rex ſexagenarius & ſine liberis,	12	1164
	præcepit uniuerſis ſui regni populis & religioſis		
	uiris orare Deum, ut ſibi filium concederet, & ſe-		
	quenti anno filius ei natus eſt, quem Philippum		
	6 nominauit.	13	1165
	7 Hieroſolymitarum VI. regnauit Amaricus	14	1166
	Balduini frater annis 12. & primo ſui regni		
	anno Dargontem Aegyptiorum ducem in præ-		
	lio diuinitùs ſuperauit.		
	8 Romam Friderico obſidente eius exercitus à	15	1167
	peſtilentia penè deletur.		
	9 Corpora trium Magorum olim è Perſarum regio-	16	1168
	ne Mediolanum translata, à Rodolpho Colo-		
	nienſium Archiepiſcopo Coloniam Agrippinam deportantur.		
	10 Tres ſoles ſimul uiſi ſunt in Occidente Nonis	17	1169
	Septembris, & poſt duas horas deficientibus		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		cæteris qui medius fuerat solus occidit: Similiq;		
	11	modo annis proximis tres Lunæ apparuerunt.	18	1170
6370	12	Terræmotus circa hoc tempus pluribus annis	19	1171
		nonnullas prouincias quassarunt, & præcipuè		
		Siriam atq; Siciliam in quibus plurimæ urbes diu		
		nutarunt, & quædam maxima strage populi corruerunt.		
	13	Petrus Lombardus Parisiensis Episcopus, qui	20	1172
		Sententiarum libros edidit, clarus habetur.		
	14	Saladinus Calypham Aegyptum Dominum	21	1173
		suum interemit, & suo regno potitur.		
	15	Florentini Senenses ad Asciauum superant.	22	1174
	16		23	1175
	17	Florentia urbs duobus incendijs magna ex	24	1176
		parte concrematur.		
	18	Alexander Pontifex timens imperatorias uires	25	1177
		Venetias refugit. Quapropter Imperator ar-		
		mauit contra Venetos classem, cui præfecit		
		Othonem filium suum, & ad reposcendum Ponti-		
		ficem misit: Verùm Otho primo concursu nauali		
		prælio superatus & captus Venetias adducitur.		
	19	Othone captiuo Imperatoris filio procurante	26	1178
		sublatum schisma est, & inter Imperatorem &		
		Pontificem icta pax summo honore Venetum,		
		quibus ad futuram rei memoriam Pontifex quæ		
		dam insignia perpetuò ferenda donauit.		
		Hierosolymitanorum VII Balduinus IIII. re-		
		gnat annis 6. & fuit Amarici superioris regis filius.		
	20	Francis regnat Philippus Ludouici filius, an	27	1179
	21	nis, 44.	28	1180
6380	22	Balduinus Hierosolymitanorum rex Saladinum	29	1181
		Aegyptiorum regem, non longè ab Ascalo-		
		na superauit & in fugam uertit.		
		Pont. CLXXVIII. Lucius III. Tuscus annis 4. mens. 2.		
	1	Petrus Comestor, qui Scolasticam scripsit	30	1182
	2	historiam floret.	31	1183
	3	Balduinus lepra infectus uxorem non duxit	32	1184
		quare cum finem uitæ suæ intellexisset, Sibyllę so-		
		roris suæ filium puerum, Balduinum & ipsum no-		
		mine, post sui mortem sub tutela Tripolitani Co-		
		mitis regnare iussit: Mortuo igitur seniore Bal-		
		duino, & non multo pòst iuniore uiam uniuersæ		
		carnis ingresso, Sibylla eius mater quæ ad secun-		
		das transierat nuptias Guidonem uirum suum		

regnare

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		regnare procurauit. Guidone igitur regnum		
		adepto, inter eum Tripolitanumq; Comitem		
		perniciosa exoritur dissensio, in qua Comes		
		Saladino adhærens maximum detrimentum nostris comparauit.		
	4	Fridericus omnes Hetruriæ ciuitates Agraria	33	1185
		ditione priuat præter Pistorium.		
		Pont. CLXXIX. VRBANVS III. Langobardus an. 2.		
	1	Ioachim Abbas uir prophetico spiritu plenus,	34	1186
		& in scientia sacrarum literarum doctus in Calabria floret.		
	2	Saladinus per nostrorum discordias uires ade-	35	1187
		ptus, post maximam Christianorum stragem tan-		
		dem hoc anno Hierosolymam recepit, quam urbē		
		post Godefridum Christiani reges per octo &		
		octoginta annos nobilitatis gloria possederant		
		Pont. CLXXX GREGORIVS VIII. Bene		
		uentanus, mensibus 2.		
		Pont. CLXXXI CLEMENS III. Romanus,		
		annis 3. mensibus 5. diebus 16.		
	1	Fridericus Imperator, & Philippus Francorum	36	1188
		rex, & Richardus quoq; rex Anglicus unà		
		cum Clemente Pontifice in subsidium atq; recu-		
		perationem sacratissimæ terræ conuenére, & hoc		
		eodem anno exercitum nauibus præmisére.		
		Florentinis ad decimum lapidem est restituta potestas.		
	2	Fridericus cum iam Syriam teneret, & quæ	37	1189
		in Christianorum subsidium opportuna uide		
		bantur præpararet, dum in flumine lauaretur,	HENRI-	
		clausis uitæ meatibus suffocatur.	cus VI. Imperato	
			rum XXII ann. 6.	
	3		1	1190
6390	4	Philippus Francorum rex Brundusio mouens	2	1191
		in Syriam exercitum traducit, & cum Richardo		
		Anglorum rege castra coniungit, simulq; contra		
		Saladinum prospere bellum gerunt, mox discor-		
		dantibus nostrorum regibus Philippus in Gal.		
		liam est reuersus: Richardus nihilominus præ-		
		senti anno bellum strenuè prosequitur, anno		
		uerò sequenti & ipse quoq; domum reuertitur.		
		Pont. CLXXXII CELESTINVS III. an. 6. mens. 8.		
	1	Celestinus XVI Calendas Maias sua Ponti-	3	1192
		ficali coronatione in Paschali solennitate cele		
		brata, postridie Henricum Romæ coronauit.		
	2	Solis facta defectio.	4	1193

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	3	Saladinus post longam persecutionem ac nostrorum cædes apud Damascum obijt, & eius filij regnum inter se diuiserunt. Quapropter Saphandinus Saladini frater grauatus, eo quod nullam regni partem sibi Saladinus reliquisset, eiusdem filios regno pepulit, & ipse solus in futurum regnat.	5	1194
	4	Henricus Imperator Siciliam obtinet.	6	1195
	5	Florentini Consulem elegerunt, qui ius diceret, & cum publica potestate rempublicam gubernaret. Quod per singulos annos usq; ad Friderici secundi mortem obseruatum est.	7	1196
	6	Exorta tempestatis ui, lapides cum pluuia aqua è cœlo ceciderunt.	8	1297
	7	Henricus subsidiarum Christianis exercitum in Syriam mittit, qui proximo deinde anno mortuo Romanorũ Hẽrico reuertitur Imp. Quapropter Christiani qui in Syria remanserant destituti, id reliquum dominij quod in ea prouincia possidebant penitùs amisere.	9	1198
		Pont. CLXXXIII INNOCENTIVS III. Campanus, annis 17.		
	1	Richardus Angliæ rex telo catapultæ percussus obijt, cui successit Ioannes eius frater.	10	1199
			PHILIP. pus Henrici frater Imperatorum XXIII. an. 9.	
		Discordia fuit de Imperatore deligendo, Othone Saxoniæ duce â quibusdam electo, & ab Innocentio confirmato: Veruntamen in Germania Philippus obtinuit.		
	2	Galli Venetis iuncti Constantinopolim capiunt, & Alexium Isaurij Constantinopolitani quondam Imperatoris filium Imperatorem faciunt, quo mox in Græcia interfecto imperium inijt, Balduinus Gallus, quo procurante Orientalis & Romanæ ecclesiæ unio confirmatur.	1	1200
6400	3		2	1201
	4	Tartari cum uxoribus & filijs ab Indiæ montibus egressi, per uicinas prouincias prędas agunt, quibus assueti Parthos deinde petunt, & pari terrore Mediam, Assyriam, Persiam, Armeniamq; & Sarmatas non longo tempore peruadentes, circa Mæotidis paludis littora sedes demum firmant.	3	1202
	5	Per hæc tempora Innocentius Decretales composuit atq; sanciuit & obseruari iussit.	4	1203
	6		5	1204
	7		6	1205

Post

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	8	Post Balduinum Constantinopolitanum imperium tenuit Henricus eius frater annis 12. Franciscus ordinis Minorum princeps, terrena despiciens, secutus est Christum. Dominicus, Calagura, Hispaniæ pago natus, & ordinis Prædicatorum institutor & pater, clarus habetur.	7	1206
	9			
	10	Veneti Cretam & Corinthum capiunt. Philippus Imperator à Palatino Comite interficitur.	8	1207
			9	1208
			OTTHO IIII Imperatorũ XXIIII annis 3.	
	11	Otho Romæ ab innocentio coronatus statim cum Romanis pugnans urbe pellitur, & contra Pontificis uoluntatem plura oppida in Apulia capit: Siciliam quoq; suæ ditioni adduxit: Quapropter eodem anno habito Romæ Concilio imperio deponitur.	1	1209
	12		2	1210
6410	13	Propter dissensionem deligendi Imperatoris, Itali neq; præcedentem Philippum, neq; proximum Orbonem ad imperium admittunt, præterid tantũ temporis quod inter coronationẽ & depositionẽ Othonis interfuit, per reliquum uerò eorundem Imperatorum tempus uacasse imperium scribunt.	3	1211
B			FRIDERI cus II. Imperatorũ XXV. an. 33.	
	14		1	1212
	15		2	1213
	16	Philippus Galliæ rex Ioannem Anglorum regem, & Othonem quondam Imperatorem apud Belgas superat.	3	1214
	17	Synodus Lateranensis Hierosolymæ recuperandæ gratia celebratur Episcoporum CXXX. in qua libri quidam Abbatis Ioachim reprobantur.	4	1215
		Pont. CLXXXIII. HONORIVS III. Romanus, annis 10. mensibus 2.		
	1	Honorius Petrum Altissiodorensem Comitem Constantinopolitanorum Imperatorem coronauit, quem Theodorus in seruitutem redigẽs usurpauit imperiũ. Honorius ordinem Prædicatorum confirmauit beato Dominico procurante.	5	1216
	2	Plerq; Christianorum Princeps pro Christiana religione contra Saracenos nauigantes iuxta Acon magno exercitu conuenére.	6	1217
	3	Damiata à nostris capta, pro recuperatione no-	7	1218

Anni mundi.	Anni Pont		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		bilium captiuorum sequenti anno redditur.		
	4	Fridericus ab Honorio Romæ unctus impe-	8	1219
		riales titulos recepit, & nihilominus eccle-		
		stica sibi usurpans iura honorium persequi-		
		tur, & maximæ inter eos vigent discordiæ.		
	5	Dominicus ordinis Prædicatorum primus,	9	1220
6420	6	uita & scientia per omnia clarus moritur No-	10	1221
	7	nis Augusti.	11	1222
	8	Philippus Galliæ rex moritur, cui succedit	12	1223
		Ludouicus eius filius annis 4.		
		Honorius religionem beati Francisci III. Ca-		
		lendas Decembres confirmauit.		
	9	Iesus Christus Dei filius dilecto suo Francisco	13	1224
		utro beato per obumbrationem apparens, in me		
		moriam Dominicæ passionis sui sacratissimi		
		corporis stigmata, consimilibusq; pandentibus		
	10	membris in beati Francisci corpus impressit.	14	1225
	11	Franciscus ordinis Minorum princeps, Christi	15	1226
		stigmatibus insignitus, & miraculis clarus		
		moritur IIII. Nonas Octobres, & biennio post		
		in Catalogum sanctorum à Gregorio refertur.		
		Pont. CLXXXV GREGORIVS IX. annis 14. mens. 3.		
	1	Ludouicus Francorum rex moritur: & succe-	16	1227
		dit ei Ludouicus eius filius, annum agens 14.		
	2	regnauitq; annis 43.	17	1228
	3	Fridericus aduersus Gregorium inimicitias	18	1229
	4	prosequitur. (ritur.	19	1230
6430	5	Antonius beati Francisci discipulus Patauij mo-	20	1231
	6	Fridericus Henricum filium proprer suspicio-	21	1232
	7	nem affectati regni carcere macerauit.	22	1233
	8	Fridericus in Syriam transiens cum maximo Ae-	23	1234
		gypti principe, quem Soldanum nominant, con-		
		uentiones fecit in quibus plura consensit Christi		
		anis indecora, postq; consentiente Soldano		
		Hierusalem ingressus in ea urbe coronatur.		
		Fridericus in Italiam elephantem duxit,		
	9	Fames in Gallia, in qua sextarum uendeba-	24	1235
		tur auri dragmis duabus.		
	10	Accursius Florentinus nobilis famæ iuris con	25	1236
		sultus floret.		
	11	Fridericus Mediolanum ferè depopulatus est,	26	1237
		& per Cisalpinam Galliam omnia ferè posse-		
	12	dit, præter Bononiam & Parmam.		

Sarmatiæ

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	13	Sarmatæ prędarum auidi per Asiam debachantur.	28	1239
		Solis facta defectio.		
	14	Veneti Ioanni Constantinopolitano Imperatori pecuniam mutuantes partem maximam dominicæ crucis pignoris loco acceperunt, quam Ludouicus Francorum redimens Parisium transtulit.	29	1240
		Pont. CLXXVI CELESTINVS IIII. dies 17.		
		Post quem uacauit sedes anno 1. mensib. 9.		
6440	1	In Burgundia mons à monte dehiscens, uallesq; coartans multa agricolarum hominum millia oppressit.	30	1241
	2	Sarmatæ ingenti multitudine eorum fines egressi, cædibus primò ac rapinis Græciæ prouincias inuasere, mox inde per Pannoniam depræ-dantes in Germanos quasi sæua imborum procella feruntur, & multis ac maximis cladib. illas prouincias afficiunt.	31	1242
		Pont. CLXXXVII INNOCENTIVS IIII.		
	1	annis 11. mensibus 3.	32	1243
	2	Fridericus diu Pontifices persecutus, cum maximis cálamitatibus Romanam sedem affecisset, tandem hoc anno ab Innocentio in Lugdunensi concilio damnatus est, & imperatoria ac regia potestate depositus.	33	1244
		Post depositionem Friderici uacauit imperium annis 28.		
	3		1	1245
	4	Memelinus potentissimus Afrorum rex Hispaniam ingressus Christianos persequitur: Qua propter Galli Hispanis sanctiorem illum iuperant, ob cuius uictoriæ gloriam eius uexillum Romam mittunt, & in ecclesia sancti Petri suspendunt.	2	1246
	5	Ludouicus Francorum rex copioso Christianorum exercitu, & cum Roberto & Carolo fratribus contra Saracenos in Syriam nauigat.	3	1247
	6		4	1248
	7	Ludouicus Damiatam capit, & uarijs inde præliis cum Saracenis habitis tandem superatur & capitur, pro cuius recuperatione Damiata redditur. Margarita regina capto Ludouico uiro suo filium apud Damiatam peperit, quem Trisianum nominauit.	5	1249
	8	Fridericus non effrenis modo ira, uerum rabie & crudelitate immanis contra furores Pontifi-cis infense gerés bellum, postquam per Italiam & præcipuè in Hetruria semina maximarum discordiarum immisit, sub graui censura Pontificis in Apulia apud oppidum Tarentinum moritur, anno ætatis suæ 57.	6	1250

Post

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Post Friderici mortem Florentini rempubli-		
		cam reformantes XII. Antianos creauêre.		
6450	9	Conradi Friderici filius è Germania pro-	7	1251
	10	fectus Apuliæ regnum suscepit, & proximo	8	1252
		deinde anno moritur, ueneno, uti creditur, ex		
		tinctus. Manfredo fratre suo procurante.		
		Regibus Alphonsi Era. 4		
	11	Manfredus Friderici quondam Imperatoris ex	9	1253
		concubina matre filius Siciliæ regnum obtinuit.		
		Pontificalis sedes uacauit annis 2.		
	1	Florentini Pisanis pacem dedere, in qua por-	10	1254
		tus immunitatem, & ponderibus, & mensuris		
		uti more Florentino Pisani contenserunt.		
	2	Genuenses Pisanis iuncti fœdere armata clas-	11	1255
		se Venetias obsident, & illorum naues atq; lit-		
		tora deprædantur.		
		Pont. CLXXXVIII ALEXANDER IIII.		
		Campanus, annis 6. mensibus 6.		
	1	His temporibus Principes Germaniæ de Im-	12	1256
		peratore deligendo contendentes bifariam diui-		
		duntur, in qua diuisione duos Imperatores plu-		
		ries elegerunt, quare neuter confirmatus inter		
		regnum adhuc aliquot annis progreditur.		
	2	Albertus Magnus Parisijs insignis habetur.	13	1257
	3		14	1258
	4	Michaël Palæologus Græcorum Imperator	15	1259
		fretus Genuensium auxilio Constantinopo-		
		lim, quam nouem & quinquaginta annis oc-		
		cupauerant Galli, recepit.		
	5	Manfredi regis copiæ sequentes Apostolicæ se-	16	1260
		dis autores cum Senensibus conuenêre, & Flo-		
		rentinos, partes Romani Pontificis defenden-		
		tes, iuxta flumen Arbiam miserabiliter superârunt.		
		Mirabilis peregrinatio populorum, quæ à Perusi		
		nis incipiens non solũ Italiæ populos, uerũ etiam		
		exteros adeò commouit, ut longis agminibus		
		crucem sequentes, ad conuicinas ciuitates mise		
		ricordiam conclamantes & pace supplices commearent.		
		Alexander quosdam nouos libellos, religiosos de elee-		
		mosynis uiuentes saluari non posse dicentes, penitùs reprobauit.		
		Azolinus Veronensium tyrannus, & Albertus		
		eius frater postquam per Italiam, & præcipuè apud		
		Insubres, & per Venetiam atq; Aemiliam crebras		

crudelita-

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		crudelitates & prædas longo tempore exercuerant, in mala senectute necantur.		
		Pannonij cum Bohemis de finibus contendentes atrox prælium commiserunt, in quo superati		
		Pannonij fugam arripiunt, in qua suprà XIIII.		
6460	6	eorum millia flumine submerguntur.	17	1261
		Pont. CLXXXXI VRBANVS IIII. Gallicus, annis 3. mense 1. diebus 14.		
		Deinde uacauit sedes mensibus 5		
	1	Bonauentura insignis Theologus, & ordinis minorum generalis, ingenijq; gratia & autoritate magna præditus, clarus habetur.	18	1262
	2	Vrbanus Siciliæ regnum, quod à Manfredo occupatur Carolo Ludouici regis Francorum fratri cõcessit, eumq; in Italiam per legatos euocauit.	19	1263
	3	Stella quam Cometem Græci uocant, insigni magnitudine supra tres menses apparuit, & eadem ipsa nocte, qua Vrbanus obijt, extincta est.	20	1264
	4	Bondogobar Soldanus Christianos Syriæ debellat.	21	1265
		Dantes Alighertus Florentiæ naicitur.		
		Pont. CXC CLEMENS IIII. an. 3. mens. 9. dieb. 21.		
		Manfredus non longè à Beneuento à copijs		
	1	Caroli superatus occiditur.	22	1266
	2	Bondogobar Armeniam hostili exercitu ingressus Christianos persequitur, & eodem anno	23	1267
		Antiochiam cepit, & habitatoribus inanitam penè deleuit.		
	3	Carolus Conradinũ Conradi filium, & Frederici quondam Imperatoris nepotem in finibus Albani agri superat, fugientemq; capit, & securi percutit.	24	1268
	4	Clemente Viterbij defuncto, propter discordiam	25	1269
		Patrum, qui successore non conuenichant, biennio uacauit sedes.		
		Pontificatus sedes uacauit annis duobus.		
	1	Ludouicus Francorum rex augendæ Christianitatis gratia magna comparata classe Carthaginem	26	1270
		nauigans, primò aduentu cum Saracenis prosperè dimicauit, donec morbo in exercitu præualente		
		unà cum Ioanne filio suo, & nonnullis regni sui proceribus Ludouicus interijt. Post cuius mortem		
		Carolus eius frater eãdem prouinciam suscipiens, subsidiariam legionem in Africam deportauit. Verùm cui ui pestilentiæ coacti prosequi incepta non possent,		
		quibusdam tamen conditionibus illis Saracenis impositis redière.		

Ludouicũ

Annî mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni Salutis
		Ludouico Francorum regi succedit Philippus		
6470	2	eius filius annis 15.	27	1271
		Pont. CXCI GREGORIVS X. annis 6.		
	1	Gregorius post electionem sui è Syria euoca-	28	1272
		tus hoc anno reuertitur, & Viterbij est inunctus.		
		Ayto Armeniæ rex moritur, cui succedit Ly-	RODVL-	
		uonius eius filius, sub quo Aegyptij Arme-	phus imperato-	
		niam deuastarunt.	rum XXVI. an. 19.	
	2	Synodus Lugdunensis Hierosolymæ recu-	1	1273
		perandæ gratia celebrata est, in qua de pro-		
		cessione spiritus sancti cum Romana eccle-		
		sia Græci conuenére.		
	3	Thomas Aquinas ordinis prædicatorum in-	2	1274
		signis Theologus, & uir suę ętatis peracutus obijt.		
	4	Bondogobar Armeniam iterum infesto	3	1275
		inuadit exercitu, & eam gentem nefanda affi-		
		cit strage, postęą onustum præda exercitum		
		cum ducentis captiuorum hominum milli-		
		bus in Aegyptum reduxit.		
		Pont. CXCII INNOCENTIVS V. mens. 6.		
		Vicecomites pulsis tyrannis ueterioribus		
	1	Mediolanense dominium tenuére.	4	1276
		Pont. CXCIII HADRIANVS V. men. 1. diebus 19.		
		Post quem CXCIIII IOANNES XXI. mens. 8.		
		Quo defuncto uacuit sedes mensibus 6.		
	1	Rodulphus Imper. Bohemiæ regem atroci præ-	5	1277
		lio superatum capit, & ueluti contemptum atęą		
		defectum mancipium in uilissimis officijs serui-		
		re sibi compellit, magnoęą decore afficit,		
		post uero illum in regnum restituit, & filiam suam uxorem illi dedit.		
		Maria Principis Antiochiæ filia, cui Hiero-		
		solymæ regnum debebatur, quod Hugo eius ne-		
		pos occupauerat, donauit id Carolo Siciliæ regi.		
		Pont. CXCV NICOLAVS III. an. 3. men. 9. diebus 10.		
		Deinde uacauit sedes mensibus 5.		
	1	Bondogobar contra assyrios bellans uulne-	6	1278
		ratur, & Damascum deportatus est, ubi post		
	2	paucas dies migrauit è uita, & succedit ei Melech-	7	1279
	3	Albertus magnus Ratisponensis (saith.	8	1280
		quondam Episcopus obijt.		
6480	4	Sicilia à Carolo deficiens Petro Aragonensi	9	1281
		deditur.		
		Pont. CXCVI MARTINVS IIII. annis. 4. men. 2.		

Tartari

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	1	Tartari Armenijs iuncti centum millia Babylonum superant, & multis eorum interfectis in fugam uertunt.	10	1282
		Priores artium Florentiæ creati, & publicis ædibus primum inclusi, nec aliud quicquam quàm de republica cogitare iussi sunt, qui magistratus ad nostram usq; ætatem in ciuitate simul perdurat.		
	2	Martinus Petrum Aragonensium regem grauissimis damnat censuris, eò quod Caroli regna debellaret	11	1283
	3	Genuenses iuxta Meloram nauali prælio Pisanos superant, quo suprâ 17. sunt desyderati.	12	1284
		Carolus Apuliæ moritur, & succedit ei Carolus eius filius annis 25.		
	4	Philippus Francorum rex obijt, & succedit ei	13	1285
		Philippus eius filius cognominatus Pulcher annis 29.		
		Petrus Aragonensis exacepto in prælio contra Gallos uulnere interijt		
		Pont. CXCVII HONORIVS IIII. Romanus,		
		anno 1. diebus 11.		
		Et uacauit deinde sedes mensibus 10.		
B	1	Honorius pulso Guidone Feltrano Flaminiam recepit.	14	1286
	2	Aragonenses Caroli regis classem in Neapolitano littore superant.	15	1287
		Pont. CXCVIII NICOLAVS IIII. Langobar-		
	1	dus. an. 4. mense 1. diebus 8. (tur	16	1288
	2	Tripolis ciuitas à Saracenis expugnata depræda-	17	1289
		Florentini maxima strage Aretinorum Gebellinos in Cassentinati agro superant, &		
		& munitissima eorum oppida capiunt.		
		Carolus Caroli secundi regis Apuliæ primogenitus filius, ex hæreditate materna Hungariæ regnum accepit.	18	1290
6490	4	Pluribus Christianorum milibus in Syria à	19	1291
		Saracenis interfectis, reliqui omnes præ timore è prouincia migrarunt.		
		Melechsaith Soldanus mortuus est, & successit ei Seraph, qui Christianos etiam persequitur.	Vacauit	
		In fine huius anni obijt Nicolaus Pontifex.	imperiũ anno 1.	
		Pontificialis sedes uacauit annis 2. mensibus		
	1	3. diebus 18.	1	1292
			ASTAVL-	
			phus Imperatorũ	
			XXVII. annis 6.	

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	2	Initium belli quod aliquot annis ingenti suorum detrimento Angli gessere cum Gallis.	1	1293
	3		2	1294
		Pont. CXCIX CELESTINVS V. menses 5.		
		Florentini ecclesiam maximam ædificare cœperunt, quam quadrato sculptoq; marmore extrè ac magnificentissimè construxerunt.		
		Cęlestinus propriæ quieti atq; saluti consulens se abdicauit Pontificatu, quinto ferè mense postquam fuerat assumptus.		
		Pont. CC BONIFACIVS VIII. Campanus, annis 8. mensibus 9. diebus 17.		
	1	Ludouicus Francorum rex, qui augendæ Christianitatis gratia in Africa obijt, in beatorum numero à Bonifacio describitur.	3	1295
	2	Florentini castella duo in ualle superioris Arni condiderunt Francum scilicet & Ioannem.	4	1296
	3	Dinus Mugilanus utriusque iuris eruditissimus claret.	5	1297
	4	Genuenses in Hadriatico mari Venetos superant, & 70. eorum naues captas Genuam deducunt:	6	1298
		Palatium Florentini populi quod Priores inhabitant ædificari est cœptum.		
		Albertus Rodolphi quondam Imperatoris filius Astaulphum Imperatorem in prælio superatũ occidit, & decem annis imperium obtinuit.	ALBERtus Imperatorum XXVIII. an. 10.	
	5	Florentinæ urbis mœnia maiore ambitu, ſi cuti nunc extant, fundari sunt cœpta.	1	1299
		Cassanus Tartarorum rex Saracenos superat, & sepulchrum dominicum obtinet.		
		Bonifacius hæresin eorum qui se Fratricellos dicebant damnauit, & ubiq; persecutus est.		
	6	Iubileus indicitur à Bonifacio Pontifice.	2	2300
		Celebrans adhuc Pontifex Iubileum in publico prælatorum assessu concionatur, & recensuit se eo anno 12. legationes, quarum Florentini extiterãt principes, à diuersis mundi principibus accepisse, & legatorum inde nominibus atq; familijs palam exhibitis iniunxit: in gloriam igitur Florentini nominis affirmo in gubernatione orbis terrarum Florentinos aliud elementum fore.		
6500	7	Cometes in cœlo apparuit.	3	1301
	8	Dantes Audigerus agnoscitur.	4	1302

Concili

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Concitata apud Belgas multitudine, opifices & infimæ conditionis homines à Francis defecerunt, & Domini prouinciæ facti ingentes regis Francorum copias superant, & crudelissimè interficiunt.		
	9	Philippo Francorum rege procurante, & pecunias conferente, Scarta Columnensis præparato satis magno armatorum hominũ numero, Bonifacium Pontificem Ananiæ cõsentiente populo capit, & custodiri iubet, quam pontificis iniuriam tertia die Ananiensis populus ad conscientiam reuersus non tulit, sed illum per tumultum liberauit, qui Romam profectus est, & nimio dolore grauatus post parum in morbum incidens interijt.	5	1303
		Pont. CCI BENEDICTVS XI. mensibus 9. post quem uacuit sedes mensibus 11. (tur.		
	1	Frãciscus Petrarcha egregius Poëta futurus nasci	6	1304
		Franci nauali primo, mox etiam terrestri prælio cum Belgis pugnantes, multis utriusq; partis interfectis millibus, nõ incruentam uictoriam adepti sunt, & post reparatis continuo copijs, & ad dimicandum animis erectis, cũ quisq; suũ euentũ formidaret, ad acceptam utrisq; gentibus pacem consenserunt.		
	2	Palæologus Constantinopolitanus Imperator moritur, & succedit ei Andronicus.	7	1305
		Angli Scotos subigunt, qui sequenti anno regem sibi eligentes defecerunt.		
		Pont. CCII. CLEMENS V. Vasco, annis 8. mensibus 10. diebus 15. (firmauit.		
	1	Clemens Aragonensiũ regem in Sardinię regẽ cõ-	8	1306
		Florentini & Lucenses unitis castris Pistorium capiunt.		
	2	Adoardus Anglorum præstabilis famæ rex obijt,	9	1307
		& suscipit regnum Adoardus eius filius.		
	3	Albertus Imperator cum Rhenum transijsset,	10	1308
		nauí descendens à nepote suo interficitur.	HENRI-	
			CVS VII. Impe-	
		ratorum XXIX annis 5. mensibus 9.		
		Veneti Ferrariam occupant, & ideo à Clemente Pontifice interdicti sunt sacris, nec multo post bello superati illam amittunt.		
	4	Rhodus in Christianorum potestatem deuenit.	1	1309
		Carolus II. Apuliæ rex moritur, cui succedit Robertus eius filius annis 33.		
		Bolis perpetua ardens per cœlum dilabitur.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	5	Ioannes Henrici Imperatoris filius, regis Boëmiæ filiam uxorem accipit, & regno, cuius illa fuerat hæres, potitur. Henricus Italiam ingressus Mediolani coronatur.	2	1310
6510	6	Concilium Viennense biennio celebratur. Ludouicus Caroli secundi regis filius, & Tolosanus quondam Episcopus, inter sanctos Pontifice concedente refertur.	3	1311
	7	Henricus Romam ingressus contra decus imperij Laterani per contentionem coronatur & in Florentinos inde uersus ad Salutianam ædem sub ipsis penè urbis mœnibus posuit castra.	4	1312
	8	Henricus Pisis nouis comparatis copijs, & cum Genuensibus Fridericoq; Siciliæ rege conuentionibus factis, contra Robertum Apuliæ regem ire contendit, quo in itinere apud Bunconentum morbo superante correptus interijt.	5	1313
			Vacauit Imperium an. 1.	
	9	De Imperatore deligendo contentio facta est, in qua quidam Ludouicum, alij Fridericum elegere, quamobrem inter eos bellum fuit, durauitq; annos 8. quo tandem anno Ludouicus obtinuit, & solus regnauit annis 24. Tres simul Lunæ in cœlo apparuerunt. Fulgor quem Cometam dicunt tribus mensibus emicuit. Francis regnat Ludouicus Philippus filius an 2.	1	1314
	*	Pontificalis sedes uacauit annis 2. mensibus 3. diebus 17.	LVDOVICUS IIII cognomento Bauerius, Imperatorum XXX. an. 33.	
	1		1	1315
	2	Vgutio Fagiolanus Pisanorum Lucensiumq; tyrannus, Pisis uadens, Lucam ea die, ambabus illis urbibus excluditur. Castrutius apud Lucenses ob illatam mortem, mortis reus, populari factione è medio iudicio sublatus Dominus ciuitatis efficitur. In pago uallis superioris Arni nomine Terrantio monstrum natum est habens duos pueros uno umbilico ad inuicem iunctos, cui ab uno latere & Genitalia erant membra, & bina quoque pendebant inualida crura, ab altero uero latere crus solum exibat imperfectum,	2	1316

uixitq;

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	uixitq; diebus 40.		
	Ludouico Francorum rege mortuo, succedit ei		
	Ioannes ei filius puer diebus 20. post quem		
	Philippus Ludouici frater annis 5.		
	Pont. CCIII IOANNES XXII. annis 18.		
	1 mensibus 4.	3	1317
	2 Genuenses dominium ciuitatis Roberto Apuliæ	4	1318
	3 regi concesserunt.	5	1319
	4 Castruccani belli aduersus Florẽtinos principium.	6	1320
6520	5 Dantes Audigherius Florentinus Poëta Ra	7	1321
	uennæ in exilio moritur ætatis suæ anno 56.		
	Francis regnat Carolus præcedentis Philippi		
	frater annis 6.		
	6 Supra triginta Syrorum equitum millia Arme-	8	1322
	niam deprædantes magnam Christianorum mul-		
	titudinem in seruitutem capiunt.		
	Scoti Anglos ad bellum commouerunt, qua-		
	propter Angli Scotiam temerè ingressi, plusquam		
	uiginti hominum millia inedia perdiderunt: Post-		
	quam calamitatem Scoti iterum Angliam repe		
	tentes regias copias superarunt.		
	7 Thomas Aquinas à Ioanne Pontifice inter	9	1323
	sanctos relatus est.		
	Ioannes Pontifex constitutiones fecit contra		
	dicentes Christum & eius Apostolos nihil in		
	hoc mundo possedisse, id errorem censens &		
	tanquam hæreticum damnans qui idem confirmaret.		
	8 Ioannes Pontifex Ludouicum Bauariæ ducem	10	1324
	ad imperium tamprídem delectum ecclesiæ com		
	munione interdixit, & uarijs censuris publicè		
	condemnauit.		
	9 Gentilis Fulginas, & Diuus Florentinus, præ-	11	1325
	10 stabilis sapientiæ medici in Italia habentur.	12	1326
	11 Ludouicus Romæ præter Pontificis uoluntatem à Scatra Columnensi nulla solita solennitate seruata coronatus, sua sententia Ioannem Pontificem priuat, & Petrum Corbanensem ordinis minorum Pontificem facit, à quo iterum imponi sibi coronam iubet, & sibi inuicem falli suæ dignitatis autores fiunt.	13	1327
	Francis regnat Philippus trium præcedentium regum patruelis frater annis 23.		
	12 Castruccius circa pistorium undiq; uallo atq;	14	1328

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		fossis cinctus, pauciorib⁹ insistens copijs intus		
		simul extraq; oppugnatus, tanta uirtute indu-		
		striaq; prævaluit, ut in maximarum hostium copia		
		rumq; oculis urbe illa mirabili fama potiretur.		
		Castrutius & Galeatius Vicecomes ex contracto		
		ob nimium laborem in Pistoriensi obsidione		
		morbo è uita migrarunt.		
		Petrus de Murone, qui quondam Pontifex Cele-		
		stinus quintus dictus est, in cathalago sanctorum describitur.		
	3	Pisani, qui post Castrutij mortem in Ludouici	15	1329
		Imperatoris potestatem deuenerant, in libertatẽ se uendicarũt.		
		Gerardinus Spinula Genuensis suis priuatis		
		pecunijs Lucam urbem emit.		
	14	Græci Teucros inuadentes ingens bellum exci-	16	1330
		tarunt, quod proximus annis sæpius renouatũ est.		
		Solis & Lunæ eodem anno facta defectio.		
		Pisani Petrum Corbanensem falsum Pontificem		
		quem Imperator Ludouicus in Germaniam tran		
		siens Pisis reliquerat, capiunt. & ad Ioannem Pon-		
		tificem Auinione tunc degentem mittunt, apud		
		quem suũ errorem confessus uitam supplicíter exo-		
		rauit, donec triennio post honesto carcere asseruatus interijt.		
6530	15	Ioannes Bohemiæ rex Italiam ingressus, Brixiam,	17	1331
		Bergomum, Lucam, Parmam Rhegium, & Mu-		
		tinam in suum arbitrium potestatemq; accepit.		
	16	Genuenses nauali prælio Aragonenses supe-	18	1332
		rant, & eorum littora cupidissimè deprædantur.		
	17	Arnus continuis imbribus immensè auctus, tres	19	1333
		Florẽtiæ põtes cum Murorum urbis parte ac pro-		
		ximis fluuio ædificijs, maximo ciuium terrore prostrauit.		
	18	Marmorea curris singulari præstantia splendi-	20	1334
		dissimi operis, ad reparatæ templum Florentiæ		
		fundari est cœpta.		
		Ioannes Pontifex, & Philippus Francorum rex		
		unà cum Venetis in Græcorum defensionem clas		
		sem armarunt, qua superatos Turcas repressérunt.		
		Ioannes Pontifex ætatis suæ anno 90. pridie		
		Nonas Decembris Auinione moritur, relin-		
		quens in thesauris suis ingentem uim auri atq;		
		argenti, cuius recta comparatio fuit aurearum		
		drachmarum 15. millia, hoc est, millies 25. millia:		
		quod scripsisse arduũ quippe uidetur, nec legitur		
		alijs temporibus ecclesia Romana fuisse locupletior.		

Pont.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Pont. CCIIII BENEDICTVS XII. Tolo-		
	1	sanus annis 7.	21	1335
	2	Prima Venetorum cum Florentino populo so-	22	1336
		cietas facta est, aduersus Martinum Veronen-		
		sem tyrannum.		
		Ioëtus uir præclarissimi in pictura ingenij, qui		
		antiquatam iam longo tempore pingendi artem		
		nobilissimam reddidit, defunctus est.		
	3	Cometes quatuor menses apparuit, & antequam	23	1337
		extinctus sit emicuit alter mensibus duobus.		
	4	Romam à Florentinis populares quasdam leges	24	1338
		per legatos popoſcerunt.		
	5	Censu Florentię agitato, inuenta sunt hominum	25	1339
		intra urbem degentium XC. millia.		
		Decem Saracenorum millia ab Hispanis cæsa,		
		& totidem capta.		
	6	Cometes in cœlo est uisus.	26	1340
		Franci ab Anglis superati X eorum millia periere.		
		Pestis Florentiæ XVI. millia urbanæ multitudi-		
		nis extinxit, & per agrum fœda strage deseuit.		
6540	7	Luca à Florentinis empta atq; recepta, nono fere	27	1341
		mense à Pisanis aufertur.		
		Pont. CCV. CLEMENS VI. Lemonicensis an. 12.		
	1	Gualterius Gallus fallis titulis Athenarum dux	28	1342
		Florentiæ tyrannidem decem menses obtinuit.		
		Robertus Apuliæ rex nullo sibi superstite filio		
		moritur, & Andræam Caroli fratris sui atq; Hun-		
		gariæ regis nepotem, cui Ioannē neptem uxorē de-		
	2	derat, post se regnare iubet, qui regnauit annis 3.	29	1343
	3	Christiani magna classe in Turcas uecti Smyr-	30	1344
		næum oppidum obtinuerunt & magna dein-		
		de utriusq; gentis clade sæpius pugnarunt.		
	4	Andræas Apuliæ rex laqueo necatus est, con-	31	1345
		sentientibus agnatis eius regno inhiantibus,		
		post quem septem annos sub uaria principum		
		contentione id regnum in armis fuit.		
	5	Fames ingens per uniuersam Italiam, in qua	32	1346
		mendicantium turbæ uel inhumano quoq; cibo		
		uix sustentatæ fuisse traduntur.		
	6	Adoardus Anglorum rex Philippum Franco-	33	1347
		rum regem superat: quo prælio supra uiginti	CARO	
		hominum millia periere.	lus IIII Impe-	
			ratorum XXXI. an. 32.	

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis	C
	7	ingens uapor magnitudine horribili boreali mouens regione magno aspicientium terrore per cœlum dilabitur. Et quidam scribunt, hoc eodem anno quasdam bestiolas multiplicato numero in Oriente è cœlo cecidisse: quarum corruptio & fœtor pestilentiam intulit.	1	1348	
	8	Lugubris & miseranda pestis penè per orbem, quæ in Asia apud Indos incipiens, passimq; prouincias irrepens, trium annorum spacio uicq; Britannos ubiq; terrarum in omnes gentes desæuit. Hic annus amplius XL. hominum millia Florentiæ in urbem assumpsit, & per agrum cuncta prope deserta dereliquit.	2	1349	
	9	Philippus Francorum rex Viennensium principatum emit. Villacum Germaniæ urbs terræmotu corruit, & per Pannoniam atq; Italiam nonnullæ ciuitates nutarunt, in quibus ædificia quædam funditus corruerunt.	3	1350	
	10	Philippus Francorum rex obijt, & Ioannes eius filius in regno successit, post quem tres Caroli ab eo per successionem nati uicq; in præsentem diem regnum possident.	4	1351	D
6550	11	Pisatorium Florentini receperunt. Ioannes Vicecomes Mediolanensium Præsul, & eiusdem quoq; ciuitatis tyrannus in Florentinos bellum mouet. Genuenses & Veneti maritimis inter se præliis iactantur, & adeò grauibus incenduntur odijs, ut qui plures uicerint, pluries ipsi quoq; uincerentur. Quibus in contentionibus Creta, Euboëa, Tenedos, & aliæ quædam insulæ, nec minus conuicina Venetijs littora, uel capta sunt, uel penitùs deprædata. Cometes sub ipso Septentrione mense Decembri apparuit, quo extincto graues uentorum æstus subsecuti sunt, & cœlestis trabs priore ardente parte per cœlum labi uisa est.	5	1352	
	12	Ludouicus Philippi Terentini principis filius, postquam contra Ludouicũ Pannoniæ regẽ Apuliæ regnum obtinuit, Clementis Pontificis nomine Neapoli inunctus regiam potestatem accepit. Cœlestis flamma post solis occasum inter Zephyrum atq; Austrum latissimè excrescens, terribileq; ostentans incendiũ. tandẽ murmure magno per cœlũ uti	6	1353	

Pont.

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Pont. CCVI INNOCENTIVS IX. Lemonicensis, annis 10.		
	1 Cœlestis quoq; flamma longum post se trahens	7	1354
	extinctum limitem à Septentrione in Austrum repente fertur.		
	2 Infinitus prope locustarum numerus in Africa	8	1355
	Cyproq; apparuit, quæ herbarum simul & arborum teneras depascentes frondes magnam		
	frugum sterilitatem fecere.		
	Solis facta defectio.		
	Ioannes Vicecomes Mediolanensium Præsul,		
	& bellicosissimus tyrannus moritur.		
	3 Carolus Romæ solenni celebratione inunctus	9	1356
	imperij coronam tranquillissimè suscipit.		
	Marinus Falcetanus Venetiarum dux, cum usurpare sibi universam reip. licentiam quæsiuisset, se-		
	curi percussus dignum sua uita exitum inuenit.		
	Bartholus de Saxo ferrato, præstabilis ciuilium		
	legum interpres, & copiosissimus explanator,		
	obijt ætatis suæ anno 56.		
	4 Ludouicus Pannoniæ rex Venetis bellum mo-	10	1357
	uet, in quo supra quadraginta armatorum equi-		
	tum milibus in Italiam ductis Tarusium obsidet.		
	Belgę Germaniæ fines ingressi non longè à flu-		
	mine Rheno cētum millia Brammazonum super-		
	rant, & principes eorum urbes capiunt.		
	In Hispania, & præcipuè Sibyliæ & Cordubæ,		
	plurima ædificia terræmotu conciderunt.		
	Angli in Parisiensi agro Francos superant, & Io-		
	5 annem eorum regem cum Philippo filio capiunt	11	1358
	6 Hungariæ rex Venetis pacem petentibus per	12	1359
	humaniter assentit.		
	7 Adoardus Angliæ rex Ioannem Francorum regē	13	1360
	liberum esse uoluit, & quibusdam conditionibus		
	illum dimisit: quibus non obseruatis Adoardus		
	ipse armatis supra CL. nauibus ingentem exerci-		
	tum in Galliam ducit, & magna clade illam prouinciam afficit.		
	8 Adoardus rex Parisium obsidet	14	1361
6560	9 Pisani contra Florentinos bellum resumpserunt.	15	1362
	10 Volaterrani in Florentinorum potestatē redierūt	16	1363
	Pont. CCVII VRBANVS V. annis 8.		
	1 Pisani in prælio capti ad spectaculum Florenti-	17	1364
	ni populi in quadraginta quatuor curribus per-		
	2 urbem deuehuntur.	18	1365

Carolus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	3	Carolus Imperator in Italiam reuertitur, & cum Vrbano aliquibus rebus arcanè compositis, trans Alpes redijt.	19	1366
	4	Nicolaus Accialus eques Florentinus, & regni Apuliæ nobilissimus gubernator, Neapoli moritur, ætatis suæ anno 56.	20	1367
	5	Brigida deuotissima Christi mulier, & in regno Suetiæ Neritiæ princeps, Romam peregrè profecta in Italia agnoscitur.	21	1368
	6		22	1369
	7	Leonardus Brunus historicus Aretij nascitur.	23	1370
	8	Carolus Imperator iam ætate grauis propriæ Consulens quieti, Vincislaũ filium suũ natu grandiorem Cæsarem facit, & successorem sibi in imperio deligit.	24	1371
		Pont. CCVIII GREGORIVS XI. annis 7.		
	1	mensibus 5.	25	1372
	2	Paulus Geometra Florentiæ habetur insignis.	26	1373
	3		27	1374
	4	Franciscus Petrarcha, egregij nominis Poëta in Patauini agri pago, qui Aquarda dicitur, obijt.	28	1375
	5	Principium belli, quod Florentini gessere cum Gregorio Pontifice.	29	1376
	6	Ioannes Bocatius, uir amœni ingenij, & latina patriaq; facundia in scribendo celebris, è uita migrauit, ætatis suæ anno 62.	30	1377
	7		31	1378
	8	Gregorius Pontifex intolerabili uesicæ dolore Romæ interijt circiter Calendas Apriles.	32	1379
		Pont. CCIX VRBANVS VI. an. 11. men. 8.		
		Vrbanus natura inquietus, & inhumanus in patres, sex simul Cardinales Luceriæ in carcere recluſit, & non multò post necare iussit.		
		Patres dolentes Põtificem cõtumacẽ delegisse ab eo recessêre, & Fundis cõuentu facto Clementem elegêre: sicq; duobus assumptis Pontificibus diuisa est Ro. ecclesia, & principium habuit schisma quod per nouem & triginta durauit annos usq; ad Martinum V. Constantię sublata diuisione, delectum.		
		Infima & mercenaria plebs per discordias maiorum ciuiũ Florentiæ subleuata, honores ciuitatis sibi cõcedi postulauit, quibus seditionibus ciuitas uariè quassata maximum detrimentum suscepit.		
		Carolus Imperator humana functus uita decessit.		
		Vincislaus cum iam regnasset cum Carolo patre annis octo, regnauit solus annis 22.		

VINCISLAVS

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		VENCIS-	
		laus Imperatorum	
		XXXII. annis 22.	
	1	1	1380
	2	2	1381
6580	3 Carolus regio Francorum genere natus,& ab	3	1382
	Vrbano Pontifice ex Hungaria euocatus,Lu-		
	douicíq; Hungariæ regis copijs adiutus, in Ita-		
	liam uenit,regnum Apuliæ obtinuit,& Ioannam		
	reginam Clementi Pontifici inhærentem interfici procurauit.		
	4 Ludouicus Andegauiæ dux,& Francorum re	4	1383
	gis frater LV. fermè Gallorum equitum millia in		
	Italiam ducit,& Apuliæ regnum contra Carolum		
	biẽnio debellat,quo demum anno peropportune Carolum interemit.		
	Ludouicus Hungariæ rex sine uirili prole è		
	uita migrauit.		
	5 Pestilentia Florentinos afflixit.	5	1384
	6 Arrethijs in Florentini populi potestatem deuenit	6	1385
	7 Galeatius Vicecomes Mediolanensis Berna	7	1386
	bouem Vicecomitem patruum socerumq; su-		
	um captum occidit,& eius potius regno in		
	citeriori Gallia potentissimus euadit.		
	Hungariæ proceres gubernationem reginæ equo		
	animo non ferentes, Carolum Apuliæ regem euo-		
	carunt,qui in Hungariam profectus cõmuni prin-		
	cipum populorumq; fauore regiam coronam		
	accepit,& proximis inde diebus reginæ dolo est interfectus.		
	Ladislaus prædicti Caroli filius in Apuliæ re-		
	gnum successit,annis 29.		
	8 Sigismundus,qui postea imperauit Hunga-	8	1387
	9 riæ,regnum suscepit.	9	1388
	10 Templum maius Mediolani beatæ Mariæ indi-	10	1389
	cibili propè tum impensa,tum artis elegantia soli		
	do marmore construi cœptum,præter Constan-		
	tinopolitanum diuæ Sophiæ dicatum inter Chri-		
	stianorum templa primatum tenere creditur.		
	Consentes per Syndices suos ducali Veneto-		
	rum dominio se libere tradiderunt.		
	11 Iacobus Auermenæ dux exercitus Veneto-		
	rum Comitisq; Virtutum à Francisco de Car-		
	raria Paduam,Terusium ac Cenetam bel-		
	lo obtinuit,Paduamq; Comiti Virtutum,Ter-		
	uisium & Cenetam Venetis assignauit.		

Pont-

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Pont. CCX BONIFACIVS IX. annis 14.		
		menſibus 9.		
	2	Hoc anno in ſchiſmate eligitur Benedictus	12	1391
		XIII, qui poſt Clementem Pontificatum tenuit annis 19.		
		Principium belli quod Galeatius Mediolanenſis		
		duodecim annis cum Florentinis geſsit.		
		Stephanus Bauariæ dux è Germania à Flo-		
		rentinis conductus in Italiam contra Mediola		
		nenſem magno exercitu uenit, & nihil memo		
		rabile gerens in ſuam regionem reuertitur.		
6590	2	Iacobus Armeniaci Comes acceptis Floren-	13	1392
		tinorum ſtipendijs, ut Mediolanenſi inferret bel		
		lum, ex ulteriore Gallia ingentem exercitum in ci-		
		teriorem Galliam traducit, in qua prouincia ſecus		
		Alexandriam ſtatim profligatus interijt.		
	3	Decies centena & ducenta ſexaginta ſex au-	14	1393
		rei nummi millia per ſex tantum huius anni men		
		ſes in Mediolanenſi bello à Florentino popu-		
		lo expenſa ſunt, atq; integrè perſoluta.		
	4	Iacobus Apianenſis publicus Piſanorum ſcri-	15	1394
		ba, qui multos annos ſecretiſsima quæq; in ea		
		urbe tractauerat, Petrum Ganbacurtam ciuita-		
		tis Principem interfecit, & dominium ſibi ciuitatis arripuit.		
	5	Ioannes Acutus eques Britannicus dux ætatis	16	1295
		ſuæ cautiſsimus, & longa militia magnam rei		
		militaris gloriam aſſecutus, Florentiæ diem obijt.		
	6	Italici generis homines circa hoc tempus ar-	17	1296
		ma reſumpſerunt, & pro ſoluentibus ſtipen-		
		dia bella gerere cœperunt, cum ſuperioribus		
		temporibus per conductos externarum nationum		
	7	equites bellare conſueuiſſent.	18	1397
	8	Nicolaus eximij nominis medicus habetur	19	1398
		doctiſsimus.		
	9	Chryſoloras Byzantius diſciplinam Græcarum	20	1399
		literarum in Italiam retulit, quæ per ſeptingentos		
		iam annos apud noſtros homines in uſu non habebatur.		
	10	Mirabilis dealbatorum peregrinatio, quæ ab Al-	21	1400
		pibus in Ciſalpinam Galliam progrediens uſq; ad		
		extremas Italiæ oras uniuerſos ubiq; populos		
		apprehendit, durauitq; ferè tres menſes, in qui-		
		bus per longa populorum agmina ueſtibus indu		
		ta albis ſupplici deuotione & feruore æd uici		
		nas ciuitates procedebant, & uniuerſi miſericor-		

diam

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		diam conclamabant & pacem, tantaq; tenuit animos religio, ut simili ueste non conspicie- bantur Deo rebelles, & ab humana conuersa- tione separandi esse censerentur.		
	11	Florentiæ in uacua penè urbe, à qua ciues ma- gno effugerant numero, suprà triginta homi- num millia absumpsit lues. Paulus Guinsius apud Lucenses dominium ciuitatis arripuit. Vincislaus propter segnitiem atq; lasciuiam ab Electoribus est imperio depositus, unde qui- dam hoc anno uacasse imperium scribunt, licet Robertus statim fuerit ad imperium electus, sed non pariter ab omnibus & ubiq; receptus.	ROBER- tus Bauarus Im peratorum XXX IIII. annis 10.	
6600	12	Robertus Imperator à Florentino populo grandem pecuniã accipiens cõtra Galeatium Me- diolanensium ducem maximo exercitu in Italiam transit, & nulla memorabili gesta re trans Alpes reuertitur.	1	1402
	13	Cometes in cœlo est uisus. Galeatius Mediolanensium dux, continuans adhuc per suos duces in Florentinos bellum, apud Malegnatum Mediolanensis agri oppidum moritur. Tamburlanus incredibilis potentiæ Impera- tor moritur: Fuerat apud Tartaros natus humi- li loco, & tantas uires adeptus, ut suprà duo decies centena hominum millia haberet in ca- stris: Qua multitudine attritis bello Turcis, eorum Imperatorẽ catenis uinctum aureis, currui quo uehebatur quasi triumphans adiunxerat. Armenios præterea profligauit, subuerterat Per- sas, destruxitq; Aegyptios, Damascum penè deleuerat, & quocunq; eius transcenderat no- men, sola fama quasi fuisset missus à Deo pec- catorum ultor, terribilis imminebat.	2	1403
	14	Franci his temporibus Genuam aliquot an- nos possederunt.	3	1404
	15	Paulus Cretensis disputator subtilis in Italia agnoscitur.	4	1405
		Pont. CCXI INNOCENTIVS VII. annis 2.		
	1	Ladislaus Apuliæ rex per amicitiæ speciem Ro- mam ingressus Romanos concitauit, effecitq; ut sumerent contra Pontificem arma, quibus in	5	1406

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		contentionibus undecim primarij ciues fauto		
		res Pontificis intercepti necant: Post quæ præter		
		refactus Pontifex cũ omni curialium turba Viter=		
		bium commigrauit,& commoratus est ibi aliquot		
		menses,donec Romani pluribus legationibus		
		illum reuocantes, dominationem quoq; urbis eidem reddiderunt.		
	2	Pisæ bello & fame domitæ in potestatem Flo=	6	1407
		rentini populi deuenerunt.		
		Pont. CCXII GREGORIVS XII. annis 2. mens. 7.		
	1	Gregorius pro unione Christianorum electus	7	1408
		obligauerat se ad Pontificatum deponendum,si		
		Benedictus qui Pontificatum alterum in Gal=		
		lia retinebat,se quoq; abdicaret. Cohortantes		
		igitur in principio sese ad abdicationem mutuam		
		offerentes,Saonam,in qua urbe conuenirent,		
		elegerunt,sed in conueniendo se ad inuicem illu=		
		dentes maxima Christianorum incusatione		
		maiorem diuisionem concitarunt.		
	2	Ladislaus rex per absentiam Pontificis Ro=	8	1409
		mam occupauit.		
	3	Concilium ingens Pisis celebratur,in quo accu=	9	1410
		sandæ collusione Pontifices ambo priuantur,		
		& Alexander Cretensis ad Pontificatum assumitur.		
		Pont. CCXIII ALEXANDER V. mens. 11.		
		Alexander Ludouico Ludouici Andegauen		
		sis filio regni Apuliæ concessionem fecit.		
	1	Florentini à Ladislao rege Cortonam eme=	10	1411
		runt urbem.	SIGISMVNDVS	
			Imperatorum XXXIIII. annis 27.	
		Pont. CCXIIII IOANNES XXIII annis 5. mensibus 10.		
6610	1	Ladislaus rex à ducibus Ioannis Pontificis in	1	1412
		regni finibus profligatus,totius,inquit,regni		
		potestatem hostis in manibus habet,si uti uictoria sciat.		
		Nicolaus medicus Florentiæ moritur,grande		
		relinquens opus quod de omni medicina ex ue=		
	2	teribus autoribus exquisitum æditerat.	2	1413
	3	Ladislaus rex Romam iterum occupauit,pontifi=	3	1414
		ce cum uniuersa curia Florentiam commigrato.		
	4	Ladislaus rex Neapoli moritur,& succedit	4	1415
		ei Ioanna soror eius annis 21.		
		Leonardus Brunus Aristotelis Ethicorum li=		
		bros per hæc tempora Latinos fecit,& decem,&		
		octo annos post Polyticorum quoq; libros transtulit.		

Concilium

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Concilium Constantiæ celebrari cœptum, quod incredibili penè Principum Prælatorumq; frequentia tres annos durauit.		
	5	Ioannes Pontificatu se abdicauit.	5	1416
		Pontificalis uacauit sedes annis 2. mensibus 6.		
	1	Gregorius, qui antè Pisanum Concilium fuerat	6	1417
		Pontifex Constantiam missus, & se legitimè abdicauit.		
		Benedictus quondam in Gallia Pontifex, se		
		Pontificem pertinaciter asseuerans, autoritate		
		Concilij rursus improbatus damnatur.		
		Philippus Scholarius eques Florentinus, apud		
		Sigismundum Imperatorem honore & autoritate		
		primus habetur: Hic copiarũ dux atq; Imperator		
		ab Imperatore factus, uiginti amplius præliis		
		uarijs temporibus Sarmatas & Turcas in Christianos Europæ ruentes superauit, & propriis		
		quiescere sedibus compulit.		
	2	Lues ingens, in qua supra sedecim hominum	7	1418
		millia Florentiæ periere.		
B		Pont. CCV MARTINVS V. Romanus an. 13. men. 3.		
	1	Martinus in Italiam reuersus, biennio ferè Florentiæ commoratur.	8	1419
	2	Sigismundus Imperator mortuo Vincislao	9	1420
	3	eius frater Boëmiæ regnum obtinuit.	10	1421
6620	4	Valuæ, in quibus inenarrabili sculpti æris opere	11	1422
		noui testamenti historiæ sunt, Florentiæ ad sacras		
		Baptisterij ædes imponuntur, & aliæ in quibus		
		acta ueteris testamenti solido itidem ære releuatur		
		fabricari hoc anno sunt cœptæ: Vtrarumq; sculptor Laurentius fuit, statuariæ quidem mirabilis artifex, qui historias ueteres persimillimas		
		in illis effingens præstãtissimum illustrauit opus,		
		quod tamen non minori spatio quàm quinquaginta annorum tempore perfinit.		
	5	Philippus Mediolanensium dux occupata Genua	12	1423
		urbe, magnum exercitum inter Forum Cornelij Lu		
		uijq; continebat, quapropter suscipitur aduersus		
		eum à Florẽtino populo belli, quod usq; ad obitũ		
		eiusdem ducis durauit annis scilicet 25. Inuida		
		tamen nonnunquam & insidiarum plena pace intercedente.		
		Aureus nummus Florentiæ extensus, quia lucri		
		gratia quædam aliæ ciuitates illum extenden-		
	6	tes suo signo figurabant.	13	1424

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	7	Bachius & Sforția peritiſsimi rei militaris duces amici quondam in minoribus fuerãt, potentiores deinde per Italiam facti, & de prioratu contendentes inimici fiunt: Amici tamen inimiciũe res magnas miſerabilesq; geſſere: tandem propter æmulationem ad dimicandum uehemẽter irritati. Sforția in tranſitu Piſcariæ fluminis ſubmerſus perijt: Bachius uero hoc eodem anno cum Aquilam urbem obſideret, à copijs Pontificijs ſuperatus occiditur.	14	1425
		Eodem anno VIII Calendas Martias ſole occidente Boninus Mombritius Mediolani naſcitur, cuius parentibus Franciſcus Camerinas Aſtronomiæ profeſſor inſpecta infantis geneſi, huiuſmodi prædixit: puer hic infelix erit, & numeris delectabitur.		
		Memorabilis pugna, in qua magnæ equitum copiæ aduerſus Mediolanenſem exercitum à Florentinis miſſæ non longè à Zaconara ſua ſtoliditate profligantur.		
	8	Veneti unita cum Florentino populo ſocietate aduerſum Mediolanenſem bellum ſuſcipiunt.	15	1227
	9	Beixia in Venetorum poteſtatem deuenit, cuius deinde arx ui & machinis uix eſt expugnata.	16	1428
	10	Pax facta cum Mediolanenſi, in qua Bergomum quoq; Venetis conceſsit.	17	1429
	11		18	1430
	12	Bilum Lucenſe à florentinis ſuſcipitur.	19	1431
	13	Solis facta defectio.	20	1432
		Paulus Guinisius, qui Luce dominabatur, dolo ſuorum captus ad Mediolanenſem deducitur, & un à cum filijs diuturno carcere maceratur.		
		Pont. CCXVI EVGENIVS IIII. Venetus, an. 16.		
6630	1	Mediolanenſis claſsis Genuæ comparata in ipſo quoq; Genuenſium littore Venetis Florentinisq; ſuperantibus profligatur, undecim nauibus longis in fuga interceptis.	21	1433
	2	Philippi Mediolanenſis ſupra tria equitum millia ab equitibus Florentini populi ſub Toporio Piſani agri oppido ſuperata, maiore ex parte capiuntur.	22	1434
		Sigiſmundus Imperator Philippi Mediolanenſis potentia opibusq; adiutus, in Italiam tranſit, parumq; proſperè, deinde ſuccedentibus rebus diuturnis cunctationibus Romam tandem uenit, in qua urbe ab Eugenio Pontifice coronatus eſt, nec multo pòſt Philippo euocari infenſus trans Alpes abiuit.		

Coſma

A Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	3	Cosma Medice Florentia pulso, uehemens in republica mutatio fuit.	23	1435
	4	Cosma Medice Florentiam reuocato, gubernatio ciuilis reipublicæ reformata est, & diuersæ factionis principes in exilium sunt acti.	24	1436
	5	Genuenses duos Aragonensium reges non procul Caieta nauali prælio superatos capiunt, & Mediolanum ad Philippum ducunt, qui eos benignè suscipiens liberalissimè dimisit. Genuenses liberationem inimicorum regum indignè ferentes Mediolanensis repulso iugo se in libertatem uendicarunt.	25	1437
	6	Florentiæ ecclesiam maximam, cuius testudo in terris singularis Philippo architecto curante nullis sustentaculis absoluta est, Eugenius Pontifex solenni pompa dedicauit..	26	1438
	7	Sigismundus Imperator diem obijt.	27	1439
			ALBERtus II. Imperatorum XXXV. an. 2.	
B	8	Concilium Basileæ congregatur, lentè tamen & parua admodum frequentia autoritate prius nutritum, in quo post diutinam morã priuato demũ Eugenio, Amadeus Sabaudiæ dux ad Pontificatum eligitur, quẽ felicem quartum uocauerunt.	1	1440
	9	Eugenius Pontifex Concilium Florentiæ celebrauit, in quo Græci eorum Imperatore præsente de processione spiritus sancti idem quod Romana tenet ecclesia consenserunt. Nicolaus Euboicus latinæ & Græcę linguæ atq; elegantiæ princeps laudatissimus habetur, qui frequenti Concilio medius assistens, multis & eruditis uiris audientibus, me quoq; teste uisente audienteq; disputantium uerba atq; sententias, tum Græcè, tum Latinè prolatas mira celeritate ultro citroq; in utraq; lingua fidelissimè & summo ornatu reddebat. Ambrosius ordinis Cama Idulensis generalis Abbas, Latinæ Græcæq; linguæ accuratè doctus & bonis omnibus disciplinis ornatus, in eo Concilio clarus habetur. Armenij & Indi in Florentino Concilio cum Romana ecclesia unitatem redintegrarunt. Nicolaus Piceninus copiarum Mediolanensium	2	1441

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Dux cum crebris tormentorum ictibus Brixiam oppugnaret, & Verone proditione euocatus fuisset, intempesta nocte maximis equitum peditumq; copijs urbem illam ingressus obtinuit, quam tertia die Franciscus Sfortiæ filius Comes & Venetorũ Florentinorumq; exercitus dux tãta ui elatiq; animi præstantia recuperauit, ut singularis memoriæ facinus habitum sit, ab octaua præsertim diei usq; ad septimam noctis horam atrocis pugnæ impetu intra urbem enixius perdurante.	FRIDERICUS IIII. Imperatorum XXXVI. annis 54.	
	10	Piceninus apud Anglare à nostris superatus uniuersum exercitum amisit, & eius capta uexilla Florentiam sunt delata.	1	1441
6640	11	Franciscus Sfortiæ filius post multa egregia ac præclara superior in Gallico bello factus, ab amicis inimicisq; pacis iungendę potestatem fecit, parumq; postpositis suo arbitratu conditionibus pacem dedit, in qua Blancham Mediolanensis ducis filiam uxorem accepit, & Cremonam atq; Pontremulum nomine dotis possedit.	2	1442
	12	Alphonsus Aragonensium rex post diuturnam obsidionem Neapolim capit, & Apuliæ regnum obtinet.	3	1443
		Rainerius egregio Francorum genere ortus, qui in Apulia dominatus est, per Hetruriam iter faciens Florentiam uenit, ac inde Pisas, unde mox in Narbonensem nauigauit.		
	13	Leonardus Brunus historiographus Florentiæ moritur VII Idus Martij, ætatis suæ anno 74.	4	1444
	14	Triginta ferme Turcarum millia inter Andrinopolim Danubiumq; à Christianis sunt cæsa, in qua pugna Ladislaus Pannoniæ rex, & Iulianus Cæsarinus Diaconus Cardinalis, & in eo bello Pontificis præfectus, pro Christi nomine interierunt.	5	1445
	15	Eugenius Pontifex Picenum agrum, quem Franciscus Sfortiæ filius per eiusdem Pontificis concessionem possederat, recepit.	6	1446
	16	Veneti unico suo & Florentini populi equitatu inter Cremonensem atq; Mantuanũ agrũ in ripis Padi fluminis magnas equitum Mediolanensium copias profligarunt, posterisq; diebus facto super Adduam ponte, & superatis quos tumultuarie	7	1447

hostis

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		hostis reparauerat equitibus, usq; ad mœnia urbis, nullo penitùs obuiante, Mediolanensem agrum deprædantur.		
		Eugenius Romæ moritur VII. Cal. Martias.		
		Pont. CCXVII. NICOLAVS V. annis 8.		
	1	Philippus Mediolanensium dux V. Idus Augusti apoplexia correptus, quadriduo post interijt.	8	1448
		Veneti post Philippi Mediolanensis mortem, Laudum & placentiam occuparunt.		
		Papia in Francisci Sfortiæ filij potestatem deuenit.		
		Alphonsus Aragonensium & Apuliæ & Siciliæ rex, nulla prius lacessitus iniuria Florentinis bellum mouet, & per Volaterranum agrum, & inferi quoq; maris littora castella quædam occupat.		
		Franciscus Sfortiæ filius Comes, & exercitus Mediolanensium dux Placentiam expugnauit, & in suorum prædam conuertit.		
	2	Quarto Calendas Septembres diei hora sexta solis facta est defectio.	9	1449
		Alphonsus rex obsidione Plombini maritimi oppidi super tres menses fatigatus, cum ex suis multos amisisset, & cæteri labore & æstu maxima ex parte languidi, imminentem Florentini populi exercitum formidarent, obsidionem dissoluit, & totum exercitum in Romanũ solũ reduxit, Vnde suorum quamplurimis egestate & militiæ tædio properanter abeuntibus, Neapolim parum post ipse nauigauit.		
		Franciscus Sfortiæ filius Mediolanensium copiarum dux, Venetorum exercitũ, in quo quindecim fermè bellatorum erant millia, non longè à flumine Addua iuxta Carauazium oppidum superat, & in fugam uertit, in qua pugna multi sunt capti, inter quos Amoratus Donatus in castris à Venetis præfectus, & duces quidam copiarum cum publicis Venetorum & Florentinorum uexillis capiuntur, quæ uexilla Mediolanum in maiorem ecclesiam deportantur, ibiq; suspenduntur.		
		Veneti Franciscum Sfortiæ filium sibi reconciliant, & in amicitiam recipiunt, pacatisq; inter se rebus, & terminatis finibus, donec Mediolanum in suum arbitrium potestatem q; recipiat, menstrua illi stipendia pollicentur.		
		Mediolanenses Laudum receperunt.		

MATTHIAE PALMERII PISANI TEMPORVM ET HISTORIARVM CONTINVATIO.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annî salutis
	3	FRANCISCVS Sfortiæ filius Mediolanum assiduis incursionibus infestat, cum Carolus Conzaga clarus ciuitatem tuetur.	10	1450
		Fridericus Imperator, Nicolao v. precibus procurante assiduis, Amadęum Sabaudiæ ducem in		
		Pontificem sub nomine Felicis IIII. per Conciliũ		
		Basileæ electum coëgit pontificatum deponere,		
		quem annos 9. menses 6. dies 7. tenuerat: relicta illi Cardinalatus dignitate, Germaniæq; legatione.		
		Pestilentia ingens, quæ primo in Asia exorta,		
		ac deinde per Illyricum Dalmatiamq; in Italiam		
		serpens, plures postmodum annos ad ultimos		
		Germaniæ & Galliarum fines miserè per omnes		
		ferè populos debachatur.		
	4	Annus quinquagesimus, quem religionis causa	11	1451
		& sacramentum & Iubileum appellant, celebris		
		habetur, Romæ tantus numeri populi concursus ex uniuerso Christiano orbe factus est, ut		
		in eius diei crepusculo, qui XIIII Cal. Ian.		
		fuit, ad molem Hadriani, tanta fuerit properãtium		
		â templo, ac inculcantium pressura, ut in ea hominum ducenti ferè perierint, complures quoq;		
		in flumen præcipitati absorptiq; sunt.		
		Pontifex cum insolita rei facie, tum misericordia commotus, pluribus in ipso pontis exitu ædibus, ne rursus populi confluxus sese in arcto læderet, demolitus, marmore delubra hinc atq;		
		hinc in rei monumentum posuit.		
		Amoratus Turcarum Imperator molitur, relicto Mahumeto filio regni successore.		
		Bernhardinus Senensis ordinis Minorum, uir mi		
		ræ sanctitatis beatorum catalogo ascribitur,		
6650	5	Emmanuel Appianus, natione Pisanus, à po=	12	1452
		pularibus accitus plumbini oppido præficitur.		
		Fœdus societasq; inter Alphonsum Aragonum		

regem

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	regem Venetosq; inita.		
	Franciscus Sfortiæ filius Mediolani dux percusso fœdere sese Florentinis iungit.		
	Fridericus Imperator unà cum eius sponsa Helionora, Eduardi Lusitaniæ regis filia, Romam ueniens, à Pontifice coronatur unguiturq; : unde mox Neapoli ad nuptias celebrandas proficiscitur, quæ excellenti Alphonsi regis munificentia perficiuntur.		
	Florentini omnes statuta die Alphonsi regno cedere lubentur: idem à Venetis sociis regis fit.		
	Leo Baptista Albertus, uir ingenio præditus acuto & perspicaci, bonisq; artibus & doctrina excultus eruditissimos à se scriptos de Architectura libros Pontifici ostendit.		
6	Constantiopolis, Orientis imperij sedes ui & armis expugnata à Mahumeto Turcarum rege cæde diripitur, anno regni eius tertio. In huius urbis populatione Constantinus, Palæologus, & ipse matre Helena genitus, Orientis Imperator, capite truncatus regni simul & uitæ finem fecit,	13	1453
	Theodorus Thessalonicensis, uir græca lingua apprimè eruditus, Pontificis tullu cum alia egregia Græcorum uolumina, tum Theophrasti de arboribus plantisq; opus insigne in latinum conuertit.		
7	Gregorius Triphernas utriusq; linguæ facundus interpres habitus, egregium Strabonis uolumen à se latinum factum Pontifici offert.	14	1454
	Paulo Barbo, uiro inter Senatores Venetos claro maximè annitente, pax in Italia fœdusq; in annos 25 initum est.		
8	Nicolaus Pontifex gloriosa uita sanctus Romæ VIII Cal. April. diem obijt, cui postmodum Philippus frater, Ro. ecclesiæ Cardinalis, operis egregij monumentum in beati Petri templo extruxit.	15	1455
	Pont. CCXVIII. CALLIXTVS III. natione Celtiberus, annis 3. mensibus 3.		
1	Iacobus Picentinus caulatus deberi patri suo Nicolao pecuniam, Senenses aggressus plura illorum oppida expugnat.	16	1456
	Aristoteles Bononiensis architecturæ insignis habetur, qui lapideas turres integras illæsas subtectis fundamento lapsibus ad alium traduxit locũ.		

Pontifex

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Annī salutis
		Pontifex bello publicè Turcis indicto Ludo-		
		uicum Aquileiensem, Romanæ ecclesiæ Car-		
		dinalem classi præfecit.		
		Vincentius natione Hispanus ordinis Prædi		
		dicatorum sanctorum numero ascribitur.		
		Laurentius clarissima Venetorum familia Iusti-		
		niana ortus, cum pluribus annis in ordine Ca-		
		nonicorum collegiatorum congregationis sancti		
		Georgij in Alga excellentia summa & religionis		
		obseruantia conuixisset, inde ad Episcopatum Ca		
		stellanensem diocesis Venetiarum est eductus.		
		Postea uerò per Nicolaum summum Pontifi-		
		cem translato Patriarchatu oppidi Cardi, quod		
		est confinium Fori Iulij, ad Venetias ab ipso		
		Pontifice Laurentius eligitur pro eo Patriar-		
		cha Venetiarum: qui profecto sanctitate uitæ,		
		prophetiæ spiritu, plurimisq; miraculis claruit,		
		ac multa in Christianæ religionis laudem ani		
		marumq; salutem reliquit scripta, non scientia		
		acquisita, sed in spiritu diuino. Hoc autem anno		
		VII Idus Ianuarias migrauit ad cœlos: in eius		
		locum Maphæus Contarenus eiusdem ordinis		
		uir optimi ingenij, prouidiq; consilij suffectus est.		
		Mahometus Turcarum Imperator Miliam in-		
		feriorem dedētibus sese principibus obtinet,		
		anno sui regni quinto.		
	2	Varia nuntiata prodigia: In Sabinis mense Fe-	17	1456
		bruario uitulum capitibus duobus ortum Ro-		
		mæ sanguinem apud Veneris portam, in Liguria		
		carnes pluisse. In agro Piceno infans den-		
		tibus sex, facie insolitæ magnitudinis, futuræ ca-		
		lamitatis quæ postea secuta est, magna profectò indicia.		
		Mense Iunio Cometes gradu 25. Cancri in Ori-		
		ente per mensem uisus.		
		Pax annitente Pontifice inter Piceninum Senen.		
		ses q; firmatur.		
		Augusto mense uentorum uis ingens in Floren		
		tino Volaterranoq; agro plures uillas diruit,		
		Cassianumq; oppidum magna ex parte deiecit.		
		Terræmotu egregiæ Campaniæ. Samnitum Apu		
		lorum, Pelignorum urbes omnes multis cum op-		
		pidis contritæ, plura quoq; funditus periere.		
		Osmundus Saresbren. præsul Anglorum regia		

stirpe

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	stirpe clarus inter sanctos relatus est.		
	Mahumetus Turcarum Imperator ad Taurinum oppidum, quod nunc Albā dicunt, ad confluentes Sauum Danubiumq; situm, à paucis Christi cruce insignitis fusus, fugatus, cæsusq; castris exutus est, cum Ioannes Carauagala, genere Hispanus, Cardinalis sancti Angeli, ac Romanæ sedis Legatus, magnas illic copias compararet. Quo cum erat beatus Ioannes Capistranus ordinis Minorum, à quo concitti Pannonij, ut paulò ante diximus, ad insequendos Barbaros magnam stragem infinito hostium numero parua manu dedere, adeò ut creditum sit, precibus, & uotis huius sanctissimi uiri ministros Dei pro Christianis pugnasse: bellum autem gestum est die sancti Sixti, qui est VIII. Idus Augusti, ob idq; Calixtus III. Pontifex eo die transfigurationem Domini constituit.		
3	Ad lacum Benacum, haud procul à Salodio, mons magna apertura ad imum dehiscit.	18	1457
	Cometes quem nigrum appellant, Iunio mense gradu 20. Piscium per mensem uisus, uarie mortalium mentes affecit.		
	Venetijs patritij nonnulli ambitus damnantur.		
	Alphonsus rex classem 30. triremum Genuam ad exules reducendos nauigare iubens, aduersarios confregit,		
	Franciscus Foscarus Venetiarum princeps cum ob senectutem reip. munera obire nequiret, magistratu à senatu abdicatur.		
	Paschalis Maripetrus Venetiarum dux, in Francisci locum suffici tur.		
	Petrus de monte Venetus Brixensis præsul, uir suæ ætatis humanæ diuinæq; sapientiæ insignis Romæ moritur, suæ doctrinæ opere relicto.		
	QVANTVM literarum studiosi Germanis debeant, nullo satis dicendi genere exprimi potest. Namq; à IOANNE GVTENBERG Zum iungen, equite Moguntiæ Rheni, solerti ingenio librorum imprimendorum ratio anno 1440. inuenta, hoc tempore in omnes ferè orbis partes propagatur, qua omnis antiquitas paruo ære comparata posterioribus infinitis uoluminibus legitur.		
	Matthias Ioannis Huniadis filius, Ladislao		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		rege adolescente adhuc ueneno subtracto, in		
		Pannoniarum Dalmatiæq; regem & sua, &		
		paterna uirtute clarus accipitur.		
	4	Iacobus Picenius Alphonsi regis militiæ	19	1458
		ductor, Malatestas in flamminea uastat.		
		Perinus Fregosus cum diutius principatum		
		Genuæ retinere non posset, ciuitatem Caro-		
		lo Francorum regi septimo tradidit.		
		Ioannes Andegauensis Renati regis filius Ge-		
		nuæ præficitur.		
		Alphonsus Aragonensium suorum temporum		
		rex splendidissimus febre correptus non mul-		
		tos post dies in ipso Neapolitano littore in		
		arce, quam Oum appellant, extinguitur.		
		Alphonso ab hominibus subtracto, Ferdinan-		
		dus nothus filius Apuliæ regnum, Ioannes fra-		
		ter Hispaniense, Siculumq; obtinent.		
		Mahumetus Turcarum Imperator Corinthum		
		expugnat, atq; in omni Peloponneso tributa		
		imperat, Demetrio & Thomæ fratribus Palæo		
		logis inter se de regionis imperio discordantibus.		
		Callixtus Pontifex Romanus magni spiritus		
		senex Romæ VIII. Idus Augusti obijt, cui po-		
		stea Rodoricus Boreas ex sorore nepos, Ro-		
		manæ ecclesiæ Vicecancellarius in Februi sa-		
		cello sepulchrum posuit.		
		Pont. CCXIX. PIVS II. Senensis an. 6.		
	1	Pontifex Ferdinandum Aragoneniem Apu-	20	1459
		liæ regem declarans, per Latinum Vitinum Ro-		
		manæ eccleſiæ Cardinalem Legatum q; diade-		
		mate exornat.		
		Pontifex indicto fidelium omnium Mantuæ		
		conuentu, Roma ipse profectus statuto die		
		Mantuam uenit.		
		In Mantuano conuentu confluentibus ex toto		
		Christiano orbe fidelium principibus ac orato-		
		ribus, de inferendo Turcis bello, atq; gerendi modo agitur.		
		Franciscus Philelphus, uir græca latinaq; lin-		
		gua facundus, Poëta insignis, oratorq; illu-		
		stris agnoscitur.		
		Conuentum Mantuanũ quorundam inuidia nul-		
		lo satis firmato, præterquam bello decreto, disso-		
		luitur octauo, postquam eò uentum, est mense.		

Veneti

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		mandro Milesio, aut Syracusano Archimede, utraq; lingua eruditissimus, Germanorum decus, ob Astronomiam, cæterasq; mathematicas disciplinas à Matthia Pannoniæ rege, Nurembergensibus perpetuo donatus stipendio, Calendario ædito Ephemeridecq; à nostris Diario dicta, maxima cura, labore, ingenioque composita, inductis nouis Astronomiæ tabulis, reprobatisq; Gerardi Cremonensis Theoricis, Romam ad emendandum Paschalem Dionisij computum à Sixto IIII. Pontifice accitus, dum pleraq; posteritati parat, non sine maxima studiosorum iactura morbo periit: Vsus est præceptore Gorgio Burbachio Germano in Mathematicis excellentissimo, cuius Theoricæ scientissimæ impressæ circunferuntur.		
	6	Galeatius Maria Mediolani Dux, ob iram erepti sibi fundi à Ioanne Andræa Lamprognia no nobili Mediolanensi, eo die qui protomartyri Stephano celebris habetur, in ipsius martyris templo ad aram incautus confoditur.	38	1477
B		Carolus Burgundionum dux, qui Belgis ferè omnibus imperabat, dum Lingones Treuiros q; debellat, apud Venacoum oppidum in Treuirorum finibus magno prælio, quo ad horas 30. continenter pugnatum est, uictus occiditur.		
		Frumenti precium per uniuersam fermè Italiam, ac Romæ maximè ob anni intemperiem auctum est, adeò ut libra asibus tribus ueneriit.		
		Genuenses morte Galeatij Mariæ Mediolanensium Ducis sese in libertatem uendicarunt factione Fiscorum populum concitante, sed non multò pòst Spinulis atq; Adornis contrariæ factiones annitentibus uicti in Mediolanensis potestatem redacti sunt.		
	7	Ludouicus Galliæ rex. VI. Idus Februarij Venetos in fœdus accepit, quod cum Ioanne Duce Philippo Maria Mediolani Duce, Florentinis, Herculeq; Estensi Ferrariæ Duce antea percusserat.	39	1478
		Assanbetus Hazoncassanus Parthiæ, Persiæ,		

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Mediæ, Mesopotamiæ & Armeniæ rex, magnæq; Orientis partis, quam armis ditionis suæ fecerat, post ingentia facinora diem supremum obijt: Cuius filius maior natu cæteris fratribus interfectis, paternum arripuit imperium.		
	Veneti cum sextum decimum annum suis armis ac sumptibus terra mariq; cum Mahumeto Othomano, Græciæ Asiæq; Imperatore pugnassent, uiderentq; non dubiè in Italia cruentibus suis bellum imminere, Nonis Aprilib. cum eo inducias egêre: Interimq; dum pacem componunt, Ferdinandus Neapolis rex cum genero Matthia Hungariæ rege, quam antiquitus Pannoniam superiorem dictam putant, omnia apud illum irrita reddidêre,		
	Ferdinandus Neapolis rex cum pacem qua Italia uigebat labefactare studuisset, ascito sibi Hieronymo Fori Cornelij, quam Imolam nostri dicunt, Comite, Raphaëlem Diaconum Cardinalem diui Gregorij, nepotem Sixti IIII. Pontificis ex sorore Comitis Hieronymi, simulq; Francisc um Saluiatum Archiepiscopum Pisanum cum famulitio 300. hominum Florentiam misit: Inq; diuæ Liberatæ templo Francisco Saluiato Eucharistiam celebrante, Composita hora iuuante Ioanne Pacio, uiro maximę apud suos existimationis multisq; aduersæ factionis ✻ Iulianum Medicen confoderunt: Laurentius uerò fortiter uulneratus, prudentia, consilioq; prȩcipuò impetus hostiles coërcuit, plurimis factiosis fœde trucidatis, plurimisq; cum Archiepiscopo Pisano suspendio necatis: Florentini uerò Cardinalem diui Georgij dum res componerentur retinuerunt.		
	Andræas Vendraminus Venetiarum Dux, senio confectus Nonis Maij moritur. In cuius locum XV. Calendas Iunij Ioannes Mozenicus Petri frater cooptatur, qui antè Andræam Vendraminum classis præfectus procurator diui Marci ob res egregie, piè, feliciterq; gestas ducatum meruit obtinuitq;.		

Forte deest fugati, aut tale quid.

Sixtus

A Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Sixtus IIII Pontifex auditis his quæ Florentiæ gesta sunt de Nepote, Archiepiscopoq; Pisano, hortantibus rege Ferdinando & Comite Hieronymo, Laurentio Medici aqua & igni interdicit, Florentinis bellum indicens.		
	Ludouicus Gonzaga Mantuę Marchio moritur, cui Fridericus filius successit.		
	Mahumetus Græciæ Asiæq; Imperator, cum obsidione Croiam Macedoniæ munitissimum oppidum premeret, undecimum postquam mensem obsedisset eam in deditionẽ accepit, omnibus prius ab oppidanis tentatis, quo famem perferrẽt, ut etiam boum coria, equorumq; comederint.		
	Maximilianus Dux Austriæ, Friderici Imperatoris filius, potenti exercitu in Burgundiam profectus est, & Mariam Caroli Ducis iam mortui filiam in coniugem accepit, & Burgundiæ ducatum ob hanc rem sibi uendicauit.		
B	Stella Veneris hoc anno solito decentior decurrere uisa est.		
	Locustæ per Italiam uagatæ, Brixiæ agrum deuastârunt.		
	Maxima lues per totam Italiam uagata est, adeo ut Venetijs supra triginta hominum millia perierint.		
	Mediolanenses hoc uero pacto multos per annos Genuam imperio premebant, eminentibus in republica his qui Mediolanensium partes fouebant: Misit itaque Genuam tres triremes, quibus præfuit Doria imperio: Genuæ Mediolanenses expoliantur, ducatumq; ui & armis expulsis Fregosis ipse consequitur.		
	Alphonsus Calabriæ Dux, regis Ferdinandi filius, unà cum Friderico Vrbini Duce à Comite Hieronymo Tusciam ingressus Florentinos bella petit, quorum agros depopulatus igne ferroq; latè uastauit, plurima oppida ui capiens.		
	Florentini, Veneti, Mediolanenses q; Herculem Estensem Ferrariæ Marchionem exercitus sui Ducem constituunt,		
	11. Idus Iulij Luna eclypsi laborauit, nec mi-		

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	nus totum fermè lumen solis IIII Calendas		
	Augusti latuit, quod Astronomiæ imperitis		
	maximo miraculo pauoriq; fuit.		
	Veneti graui Hetruriæ bello impliciti, in Ma-		
	cedonia & foro Iulij magnis Othomani copijs		
	uexati, magno reipublicæ detrimento, totiusq;		
	reipublicæ Italiæ aperto periculo, cum longum		
	in flectendo Pontifice tempus contriuissent,		
	ut ab Hetruriæ bello desisteret, cohortantes ut		
	religioni consuleret, oppressosq; Christianos		
	excidio Turcarum liberaret: Infectis autem rebus		
	ad Ludouicum Gallorum regem oratorem mit-		
	tunt, ut Italiæ tumultus comprimeret. Quibus		
	perhumanè benigneq; auditis, Sixto IIII Pon-		
	tifici maximo diem dixit, mox transmissurus		
	in Florentinorum auxilium Renatum Lotho-		
	ringiæ ducem, regis Renati Andegauiæ Prouin-		
	ciæq; ducis ex filia nepotem, Apuliam prære-		
	ptum auunculi regnum postmodum inuasu-		
	rum: Et quo his maiori studio operaq; incum-		
	beret, inducias cum Maximiliano Burgundiæ		
	duce composuit.		
	Ioannes Philippus Maria Mediolanensium		
	dux, ut Genuam rursus in potestatem redi-		
	ret XII milia hominum armauit, quibus Ro-		
	bertus Seuerinas è Gallia accitus regis Ferdi-		
	nandi dux obuiam factus octo milia eorum		
	occidit, qua uictoria Genuam ingressus XIII		
	Calendas Septembris arcem, quam Castelli-		
	nam ipsi dicunt, præsidium Mediolanensium		
	deiecit.		
	Theodorus Gaza Thessalonicensis, Græcè La-		
	tineq; eruditissimus, traductis absolutissimis		
	Theophrasti de plantis stirpibusq; libris, nec		
	non Aristotelis problematibus, & XVIII de		
	animalibus uoluminibus, non sine magna lin		
	guæ utriusq; iactura Romæ moritur.		
	Mahumetus cum incerta spe Scodram Vene-		
	torum oppidum obsideret, Ioannem Cernoi		
	Sabiaco ciuitate spoliat, Driuastum Lissumq;		
	ciuitates armis cepit, ciuibus uario tormento-		
	rum genere necatis.		

Exercitus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Exercitus Florentinorum, ac sociorum copiæ cum hostibus inducias agunt.		
		Franciscus Campi Fregosi copijs Ioannis Philippi ducis Mediolani, ac exulibus factionis suæ adiutus, Prosperum Dortam Genua expulit, arce à præsidio Mediolanensium accepta, quam ab impetu Doriæ tutari fuerant, Genuenses libertate donauit, Baptista Campi Fregosi Perini filius dux constituitur,		
		Robertus Seuerinas copiarum Genuensium dux eligitur.		
	8	Ioannes Tarraconensium, Hispaniæ citerioris, Nauarræ maioris Balearumq; rex, Ferdinando filio Castulonis Siciliæ ac Corsicæ regi moriens regnum reliquit.	40	1478
		Veneti annos XXVII maximis diuturnisq; bellis per Græciam, Macedoniam & Forum Iulij à Turcis uexati, imminente sibi Italorum non paruo periculo, cum Mahumeto Imperatore fœdus percussere, omnibus illis redditis quæ suæ suorumue ditionis fuissent, ac tradita Scodra quam obsidione cinxerat, spondentes C mille aureos ad duos annos soluturos, quos nobiles aluminis Mercatores cum Imperatore contraxerant. Hoc pacto quoq; conuenere, ut Veneti Constantinopolim Magistratum mitterent, quem Baillum uocant, qui Venetorum lites solus dijudicaret, ob quod singulis annis X. mille aureos illi pendebant.		
		Ferdinandus non succedentibus his quæ cum Lemo filio Notho ac regina Carlota apud Syriorum regem agere tentauerat, hunc Assyrij Soldanum dicunt, sacro die Veneris, quo Christi passio à nostris celebratur, Catharinam. Corneliam Cypri reginam, Venetosq; magistratus trucidare constituerat, quibus cognitis ipse spe frustratus est, proditores uero male affecti.		
		Sixtus IIII assiduis precibus minisq; Ludouici regis Gallorum Concilium prosecuturi, ni à Florentinorum bello desisteret, non soluentibus Romanis uectigalia à Pontifice indicta,		

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Palmarum die Florentinorum interdictum bel		
	lumq; depoſuit.		
	Sixtus hortantibus Ferdinando rege ac Co=		
	mite Hieronymo, iterum in Florentinos bel		
	lum inꝝt.		
	Mahumetus ingentibus copꝝs Pannoniam		
	uexauit, claſſem in Apuliam tranſmittit, unde		
	plurimos homines uaſtatis agris ſumentaq;		
	abegit.		
	Finitis inducꝝs, quas Alphonſus Dux Cala-		
	briæ cum Florentinis ac ſocꝝs egerat, copias in		
	agrum Piſanum ducit, omnibus igni ferroq; ua=		
	ſtatis: quibus haud diſsimilia in agro Fori Cor-		
	nelꝝ Florentinorum ſocꝝ fecère, Comite Carolo		
	fortis brachꝝ Venetorum ductore feliciter tunc		
	omnia peragentis, qui rectà agrum Piſanum		
	ingreſſus, hoſtium caſtra quibus Piſas obſede-		
	rant incendit, omnibus inde fugatis.		
	Genua excuſſo ſeruitutis iugo, duce Roberto		
	Seuerinate oppida quæ unus Fiſcorum Ge=		
	nuenſis Florentinis reddiderat, armorum ui-		
	ſibi aſſeruit, cui Caſpar filius Seuerinas accur-		
	rens, pleraq; illarum in Florentinorum ditio-		
	nem iterum redegit.		
	Comes Carolus hoſtium agros obequitando,		
	uno die Perulino agro capto, Peruſiam fauore		
	populi cepit, quam deinde reliquit, quod filius		
	Bernardinus Comes cuiuſdam loci anguſtiis,		
	quibus partim agrum ciuitatemq; tutari pote-		
	rat, reliquiſſet: Labore autem tot rerum paruo		
	tempore geſtarum ſenio affectus, diem ſuum		
	maxima cum gloria obꝝt: Agrum uerò Peru-		
	ſinum eo diſcedente rurſus Pontifex ſuum fecit.		
	Mahumetus Turcarum Imperator, icto, cum		
	Venetis fœdere, oppido Leucadio, quam noſtri		
	ſanctam Mauram dicunt, Cephalenia & Hya=		
	cintho Leonardum Taucium ſpoliat.		
	Hercules Eſtenſis Florentinorum dux, Senen-		
	ſium agros ingreſſus populabundus, pleraq;		
	eorum oppida cepit, diſſentiente uerò ab eo		
	Sigiſmundo Mantuæ Marchionæ, non ſine ſu=		
	ſpicione proditionis partem copiarum amiſit.		

Ludouicus

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Ludouicus Gallorum rex peractis inducijs magna manu Maximiliani Burgundiæ ducis fines ingreditur, ubi uiginti millia militum amisit.		
	Ludouicus Galeatq; Mariæ Mediolanensium Ducis frater in exilium actus cum Roberto Seuerinate, qui à Genuensibus exautoratus suo ductu auspicijsq; exercitum ductitabat, Dortonam Mediolanensium ciuitatem capit: finitima uerò oppida supra XX unà cum Alexandrinis illis sese dedidere. Quæ postea compositis rebus inter Robertum Bonamq;, Ioannis Philippi matrem, Mediolanensibus restituta sunt.		
	Robertus Seuerinas ad curam Ioannis Philippi Ducis electus, exercitus Mediolanensium dux constituitur.		
	Matthias Pannoniæ rex ab Imperatore Friderico III. ea lege olim coronatus, ut liberi eius regnum paternum obito Matthia patre non		
B	obtinerent, ducta autem uxore regis Ferdinandi filia, cum animaduerteret Bernardus Granensis Archiepiscopus regem pactionibus minimè staturum, cum thesauris ac corona, qua Pannoniæ reges coronantur, in Germaniam aufugit: ob quod Matthias Imperatori bellum mouit, Archiepiscopum unà cum thesauris ac corona repetens.		
	Florentini plurimis calamitatibus acti, amissis oppidis cum Ferdinando Neapolis rege maximo suorum detrimento infcijs Venetis turpè fœdus percutiunt. Quibus auditis Ludouicus Gallorum rex omnibus Italiæ socijs spretis cum Venetis tantummodo ratum fœdus tenuit.		
	Pirametus Caramanus Mahumeti copias duce Baiazeto filio fudit fugauitq;.		
	Mahumetus Imperator ingenti classe maximaq; bellatorum ui Rhodum petens, nec quicquam tres menses ibi moratus egit, maiorem partem exercitus amisit, ubi cœlitus CHRISTI IESV ministri propugnantes uisi, nostris miraculo, Turcis terrori fuere maximo.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Pinus Ordelaphus Fori Liuij princeps, Comitis Hieronymi ductor, cum consilio atq; opera Hieronymi unicum sibi filium Nothum apponendum cognouisset, interfecto ministro, qui id facturum promiserat, ab Atrei exercitu fugiens Venetis adhæret.		
	9	Matthias Pannoniæ rex in insulam Coriciam, quæ à nostris Vegla dicitur, ditionis Comitis Ioannis Franscapani, exercitum mittens, capto Fulcinio oppido, quod nunc Muschium nuncupatur, iamiam insula potiebatur, ni eum Veneti, memores antiqui sui iuris esse Pannonias, ab eius imperio prohibuissent: Veglienses Venetorum armis defensi, ob tyrannidem Comiti infensi liberatoribus antiquis dominis sese dedidere. Comes uerò Ioannes publicis sumptibus Venetijs uitam ducit, quoad inter se ciuesq; suos res componantur.	41	1480
		Pinus Ordelaphus Fori Liuij princeps, unicum filium Nothum sub tutela coniugis relictum moriens principem ditionis suæ constituit quem Franciſci Ordelaphi liberi cum ab imperio ejicere tentassent, Veneti armis tutati sunt.		
		Comes Hieronymus Ceruiam Venetorum oppidum proditione tentauit.		
		Veneti Sixtum IIII Pontificem una cum comite Hieronymo sibi socios reddidere.		
		Iudæi oppidum Motam incolentes, quæ est in finibus agri Taurisani & Fori Iulij, haud dissimiliter quam superioribus annis Tridenti egerant puerum mactauerunt: quorum tres Venetijs atroci, sed merito supplicio concremantur.		
		Exules Senensium, armis Alphonsi regis Ferdinandi filij, maximo tumultu patriam repetunt.		
		Matthias Pannoniæ rex ingenti exercitu Misiam ingressus, quam nunc Valachiam dicunt, nihil memoratu dignum fecit.		
		Macedones tumulu præsidio Turcarum ejecto trucidatoq; Scodra potiuntur, quam retinere diffidentes in Apuliam aufugiunt.		

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Galeotus Manfredus fori Sem pronj seu Fauentiæ princeps nepotes ex sorore filios Franciſci Ordelaphi in tutelam acceptos in forum Liuj ducens, coniugem Pini filiumq; Nothum in arce obsedit, quam cum oppugnare cœpisset, exercitus comitis Hieronymi eum urbe expulit. Capta uero arce, interemptoq; Pini filio, ipse ciuitatis imperio potitus est.		
	Exercitus Mahumeti ualida classe, multisq; hominum millibus in Apuliam trajciens, decimo septimo die Lidruntum expugnat, Bestias oppidum ad Garganum litum totum demolitus infinitis cædibus quocunque discurrens omnia ferro igneq; perdendo, Alphonsum Calabriæ Ducem relicta Senarum obsidione ad defensandam Apuliam, Pontificis omniumq; Ferdinandi ac sociorum copijs redire coëgit, ingenti comparata classe.		
	Ludouicus Gallorum rex expletis indictijs cum Maximiliano Burgundiæ Duce, ad expugnandam Doblam triginta hominum millia in Burgundiam mittit, quos ad internecionem Doblenses necârunt. His indignatus Ludouicus ualidioribus copijs urbem cingens captam ad solum euertit.		
	Stephanus Francapanus ex Comitibus Signæ, quæ fortè ab antiquis Sentaquin dicta est, in Norictorum finibus moritur, in cuius ditionem Matthias Pannoniæ rex aduolauit		
	Franciſcus Philelphus Græcè Latineq; apprime eruditus, pluribus utriusque æditis monumentis octogenarijs Florentinæ moritur.		
	Cleda Coriondolus Stratiotarum equestribus ornamentis donatus, Peloponneli ductor, suo ductu auspicijsq; rupes Marinæ ingressus, hæ ad Tenarum Laconiæ promontorium sunt, Turcis eas tutantibus, partim interfectis, partim fugatis Mantineam eius loci oppidum in suam potestatem redegit.		
	Matthias Pannoniæ rex Bosniam, Pannoniam' inferiorem olim dictam uexauit.		

Obiectus

Anni mundi.	Anni Pont.	Imperatores Occidentis.	Anni salutis
	Obiectus Doria Genuam ingressus Baptistam Fregosum ex Ducatu eiicere conatus est.		
	Matthias Pannoniæ rex ut Bosniam è Mahumeti manibus armis uiq; extorqueret, cum Friderico Imperatore inducias egit.		
	10 Renatus Andegauiæ Dux Prouinciæ Apuliæq; rex, quia Alphonsus Tarraconensium rex eum priuauerat, trigesimo nono anno post amissum regnum moriens, Carolum nepotem cum priuilegijs regni Siciliæ citra Pharum hæredem reliquit.	42	1488
	Rex Scytharum Getis Iudæisq; stipendiarijs militibus capta in Germaniæ finibus equitum Regionis Alemannorum ciuitate, omni sæuitiæ genere in mares ac fœminas usus est.		
	Sex millia Turcarum ad Manteniam rupesq; Maniæ expugnandas missa, à Cleda Coriondolo interficiuntur.		
	Ferdinandus omnia oppida quæ ceperat Alphonsus filius Florentinis restituit, uno excepto quo ab his fœderibus staretur.		D
	Alphonsus regis Ferdinandi filius multis prius acceptis cladibus, suis suorumq; copijs Lidruntum ualida obsidione cinxit.		
	Cleda armis Mahumeti compulsus pridie Idus Aprilis in Apuliam fugiens Manteniam rupesq; Maniæ reliquit,		
	Mahumetus Græciæ Asiæq; Imperator, dum in Orientis expeditionem proficiscitur, post ingentia facinora terra mariq; gesta, non sine ueneni suspicione V. Nonas Maij in exercitu suo moritur, anni imperij Constantinopolitani 27. mense 11: die 5.		
	Mortuo Mahumeto ingens tumultus Constantinopolim inuasit, alijs Baiazetũ in Imperatorem poscentibus ex liberis natu maiorem, alijs Zaliabum minorem, uicerũt tamen partium Baiazeti studiosi: dumq; Constantinopoli abest, nam in Caramanum copias ducebat, eius filius in statione imperij constituitur.		
	Sexto autem decimo Cal. Iunij Baiazetus Constantinopolim ingrediens Imperator salutatur.		
	Zaliabus cognitis his quæ Constantinopoli		

gesta

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		gesta sunt, Asię imperium cupiens obtinere Pru-		
		sam, quam nostri Bursam uocant, ex finibus		
		Asyriæ rediens accepit.		
		Mortuo Imperatore Mahumeto, Nicolaus Dux		
		Gigni Macedoniam ingressus, amissam ditio-		
		nem ingenti Turcarum strage consequitur, nec		
		dissimiliter agit Ioannes Cernoi, qui tandem		
		compositis rebus cum Baiazeto imperatore,		
		cum sua præter Sabiacum ui cepisset, Impera-		
		tori tributa pendens omnia liberè tenuit.		
		Renatus Lotharingiæ Dux, Renati Andega-		
		uiæ Prouinciæq; Ducis ex filia nepos, ægrè fe-		
		rens se exhęredidatũ, copijs Ludouici Gallorum		
		regis prouinciam ingressus, Carolum imperio		
		hæreditarijsq; titulis spoliaturus, circa Massi-		
		liam diu moratus, nec quicquam agere potuit.		
		Baiazetus Imperator Zaliabo fratre Prusa fu-		
		gato, paternum Asiæ imperium obtinuit.		
		His temporibus Matthias Pannoniæ rex om-		
B		ne imperium Turcarum ex Danubio eieciſſet,		
		ni ductor Friderici III. Imperatoris exercitus		
		Pannoniam ingressus, inscio Imperatore om-		
		nia populationibus, igne, ferroq; uastanda ad		
		sua defensanda redire coëgisset: quibus cogni-		
		tis indignatus Imperator Fridericus exercitus		
		ductorem acrius increpans prohibuit.		
		Stephanus cognomine Chauobiona Episco-		
		pus, Misiæq; inferioris, quam forte nostri Va-		
		lachiam inferiorem dicunt, Vaiuoda, quo nomi-		
		ne Barbari Principem significãt, Baiazetum Tur		
		carum Imperatorem inita Matthiæ Pãnoniæ regis		
		societate, ui & armis Misia superiore spoliauit.		
		Leonardus Tauchus classe à copijs regis Fer-		
		dinandi Leucadiam, Zacinthum, Cephaleniamq;,		
		Ionij maris insulas petens, res suas asserturus spe frustratur.		
		Alphonso Ferdinandi regis filio Turcæ, audi-		
		to Mahumeti Imperat. obitu, saluis rebus se-		
		se dedidére, quos deinde in mancipia detinuit.		
		Ioannes Castrioti Alexandri filius, cognomi-		
		ne Scanderbechi, Baiazetum Imperatorem ditio-		
		ne paterna spoliat, quam Mahumetus armorum ui suam fecerat.		
		Rex Ferdinandus Aulonis spe frustratus classe		
		Chimeram dolo capit.		

Ludouicus

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis.	Anni salutis
		Ludouicus Sfortia Galeatij Mariæ Mediolanen-		
		sium Ducis frater, ad Remp. gubernandam acci-		
		tus, Ioannem, Philippũ Ducem in arce fugauit, Bo		
		nam Ioannis Philippi matrem ad fines Viagraſſę		
		cuſtodiendam mandauit, Robertũ Seuerinatem		
		Mediolano profugum abire cogens, ipſius co-		
		pias Conſtantino Piſauri principi commiſit.		
		Baiazetus Imperator Turcarum Piſanum oppidũ		
		è manibus Pannoniæ regis aſtu eripuit.		
		Bernardus Rilla marinus prata Venetorum in-		
		ſignis, illis inſcijs pleraq; Baiazeti Imperatoris		
		Turcarum loca igne ferroq; depopulatus ma-		
		xima præda deinde abijt, quibus indignatus		
		Baiazetus exiſtimans id Venetos egiſſe, agrum		
		ladderę depopulatur.		

MATTHIAE PALMERII PISANI
CHRONICON FINIS.

D

ERVDITI CVIVS.

PIAM TEMPORVM CONTINVATIO CVM ADDITIONE.

Anni mundi.	Anni Pont.		Imperatores Occidentis	Anni salutis.
6681	11	MARIA Duciſſa Burgundiæ, Maximiliani	43	1482
		coniunx uenando equo lapſa, moritur.		
		Eo tempore fames & febris peſtilens homines		
		ad inſaniam adigens ex uermibus in capite na-		
		tis, famem illa ſecuta, multos mortales inuaſit		
		atq; ademit. Area prope Morinos à Gallis ob		
		ſidetur, & tandem ſe dedidit.		
		Inter Belgos & Gallos fœdera pacis Attreba-		
		ti ſunt tractata atq; confirmata.		
		Edoardus rex Angliæ moritur, relictis ſub tu-		
		tela fratris duobus liberis, quibus necatis Ri-		
		chardus regnum inuaſit.		
		Dietherus ab Iſenburgo Archiepiſcopo Aca-		
		demiam apud Moguntiacum primus fundauit.		
		Dux Ferrariæ contra Venetos arma mouet.		
	12	Ludouicus huius nominis XI rex Franciæ diem	44	1483 clauſit

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		clausit extremum. Carolus VIII. eius filius		
		Francorum regnum susceptt gubernandum.		
		Renatus Lotharingiæ dux, spe obtinendæ A		
		puliæ Italiam armatus ingreditur, uerum ab Al-		
		phonso Calabriæ duce, in agro Bergomensi		
		non parua Venetorum clade superatur ac fugatur.		
		Frater Nicolaus de Saxo, homo senex & he-		
		remita uiginta annos absq; omni corporali ci-		
		bo, haud citra sanctitatis opinionem, apud		
		Heluetios uiuit.		
6683	13	Initia bellorum inter Gallos & Britannos Au-	45	2484
		relianensis dux facit.		
		Graculi & Picæ magno numero ad aliquot		
		miliariorum spatia in itinere confligentes, belli		
		ostentum præbuere.		
		Pontifex XIXTVS IIII. patria Saonensis, ordi-		
		nis Minorum generalis, uir magno certè inge-		
		nio, præcipua doctrina & uigore, nam de diui-		
		na & supra mandata Dei potentia, librum q; de		
		sanguine Christi, complura q; alia scripsit: In		
		suo quidem pontificatu mitissimæ fuit consuetu-		
		dinis, in pauperes religiosissimus, omnibus q;		
		religiosis priuilegia, ut ita loquar, concessit, an-		
		no sui pontificatus XIII. diem clausit extremum.		
		Defuncto Sixto Pont. uacauit sedes diebus XV.		
		Pont. INNOCENTIVS eius nominis VIII. patria		
		Genuensis, antea Ioannes Baptista Cibo di		
		ctus, sedit annis septem, mensibus undecim.		
		Primo & secundo ipsius Pontificatus anno		
		infelix multis q; bellis uexatur Innocentius.		
		Venetus Innocentius Pont. ab interdicto ec-		
		clesiastico & censura in eos à suo prædecesso-		
		re fulminata, liberauit & absoluit,		
6684	1	Henricus VII. tunc profugus auxilio regis Gal-	46	1484
		lorum fretus, occiso Richardo, regno Angliæ		
		potitur, Georgius Trapezontius peripateti-		
		cus eruditissimus, in extrema senectute, obli-		
		tus omnino literarum, Romæ decessit.		
		Carolus VIII. rex Franciæ, Annam Britanniæ		
		Ducissam, Maximiliano Friderici Imp. III. fi-		
		lio desponsatam, dimissa Margarita, ui præri-		
		pit ducit q; uxorem.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		Matthias Pannoniæ rex, poſtquam oppidum		
		Sabaz Turcarum præſidio firmatum armis ce-		
		piſſet, Vienna Auſtriæ ciuitatem expugnat occupatq.		
		Duces Bauariæ Chriſtophorus & Albrechtus		
		fratres, de patriæ inter ſe dominio belligerantur.		
6685	2	Maximilian. Auſtriacus decimo ſexto die Fe-	47	1486
		bruarij communi electorum principũ uoto, Fran		
		cofurdiæ rex Romanorum declaratur, ac decimo		
		Aprilis iuxta mortem Aquiſgrani coronatur.		
		Albertus Marchio Brandenburgenſis, prin-		
		ceps bello & pace clariſsimus, Achilles Ger-		
		manicus nuncupatus, diem extremum clauſit		
		in hiſce comitijs.		
		Carolus dux Sabaudiæ ſextus, auxilio Ludo-		
		uici Sfortiæ, cognatum ſuum Aloyſium Salu-		
		tiarum Marchionem poſt multa bella ſupe-		
		rat ac omni ditione ſpoliat.		
		Alphonſus Calabriæ dux, Inſubrium & Floren-		
		tinorum auxilijs confirmatus, Robertum Sanſe-		
		uerinatem tum finibus regni arcet, tum Roman.		
		Pont. oppida populatur: Quia de re neceſſe fuit		
		Innocentio pacem dare Ferdinando Siciliæ regi.		
		Albrechtus dux Bauariæ captus aliquot aduer-		
		ſum ſe conſpiratum caſtris, Ratiſponam		
		tandem occupat.		
6686	3	Sigiſmundus Auſtriæ dux, pro componendis	48	1487
		rebus dominorum Arculi & Lodroni, exerci-		
		tum in agrum Roboretenſem ducit, ibiq; ua-		
		rijs belli euentis certando, tandem iuxta tri-		
		dentum Venetos omnino uincit.		
		Regnum Bethicum, quod & Granatæ dicitur,		
		uirtute bellica à rege Hiſpaniæ obtinetur, egre-		
		gium laudabile & Chriſtianum facinus, de-		
		cusq; Hiſpanorum immortale.		
		Maximilianus rex, dolo Gallorum à Flandren-		
		ſibus capitur, obſideturq; Brugis, ſed breui		
		poſt patris ſui copijs ex Germania ſuperiore		
		aduentantibus liberatur,		
6687	4	Fridericus III Cæſar, Gandauum obſidione	49	1488
		cingit. Sueui pro tuenda mutua pace ac quiete,		
		fœdus inter ſe decennale inierunt, quod ita in		
		uiolabiliter diu magna ſuorum ſecuritate con-		

ſeruantes,

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		seruantes, potentissimos quosque principes		
		ad id longius extendendum allexerunt.		
		Genua Ligurum potentissima urbs, duci Me-		
		diolanensium post multa damna ciuibus illa-		
		ta tandem redditur.		
		Innocentius Pontifex bello premitur.		
6688	5	Doriphori inferiorem Germaniam fortissimis	50	1489
		stratagematibus debellant, nõnunquam hoc no-		
		men sibi haud intermoritura gloria comparant.		
		Ferdinandus v rex Hispaniæ, catholici co-		
		gnomentum, ob crebras contra Saracenos ui-		
		ctorias sibi & suis sortitur.		
		Nicasius Brabantinus, à natiuitate sua cœcus,		
		homo ingeniosissimus Louanij primum arti-		
		um magister, deinde autoritate apostolica sa-		
		cerdos, tandem Coloniæ iuris Pontificij doctor		
		creatus est, ac diu tum scholis prælegendo tum		
		ecclesijs concionando (semper oculis captus)		
		non sine miraculo præfuit.		
B		Salerni princeps cum complicibus, uix Colu-		
		mnensium opera, per Alemanniam in Gallias		
		tyrannidem regis Neapolim effugit.		
6689	6	Nouergiæ à Pont, permissum est sine uino	51	1490
		calicem sacrificare, quòd ob immensa frigora		
		uinum in eam regionẽ importatum mox acescat.		
		Matthias Vngariæ & Dalmatiæ rex, maximis		
		in Turcas uictorijs clarus, Viennæ moritur,		
		post quem dum Maximilianus Austriam suã cum		
		dicta ciuitate recuperasset, ac maximo exerci-		
		tu Albam quoq; regalem cepisset, ab Vladislao		
		Polono Bohemorum rege præuentus ex pacto		
		solum successoribus suis regnum illud obtinuit.		
		Sigismundus Austriæ dux liberalissimus, Co-		
		mitatum Tyrolensem Maximiliano regi per		
		manus tradidit gubernandum.		
		Octingentæ domus ac tria hominum millia		
		Constantinopoli fulmine pereunt.		
6690	7	Maximilianus rex conuentum Imperij Ger.	52	1491
		manici apud Norimbergam maximis de re-		
		bus agitat.		
		Nigra legio, reliquiæ exercitus Matthiæ regis		
		demortui, in finibus Moraulæ & Austriæ latro		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		cinando extremum sibi exitium peperit.		
		Argenti fodinę celeberrimæ in Sudetis montibus apud Annebergam coli cœperunt primùm à principibus Saxoniæ.		
		Facta pace inter Angliæ & Galliæ reges, Attrebatum à Maximiliani copijs noctu ex insidijs capitur.		
6691	8	Pontifex Max. Innocentius anno sui Pontificatus octauo peracto moritur, & apud S. Petrum magna funeris pompa sepelitur.	53	1492
		Expulsa sunt Hispania tota, centum & uiginti quatuor millia familiarum Iudaicarum.		
		Alphonsus Portugalliæ rex ætate florente lapsus ex equo, sine liberis decessit, post quem Emmanuel eius frater regnum suscepit.		
		Lapis triangularis è cœlo prope Ensisheim cecidit.		
		Nautæ regum Castiliæ Lusitaniæq;, Oceanum ingressi, Terram nouam (quam nonnulli quartam terræ partem uocare audent) maiorum desidia iam diu incognitam, unà cum plurimis fertilissimis ditissimisq; insulis in nostram & cognitionem & utilitatem retulere.		
		Ciuitates Imperiales Germaniæ, communi expeditione Lycum occupant, ac ducem Bauariæ Ratisponam in integrum ad ipsorum confœderationem restituere compellunt.		
6692	1	Pont. ALEXANDER eius nominis vi. Hispanus, patria Valentinus, antea Rodericus Borgia dictus, sedit annis undecim, diebus octo.	54	1493
		Friderico III Imp. in Lyntz mortuo, Maximilianus eius filius, qui iam cum patre septem annis regnauerat rex Romanorum, solus regnat uiginti sex annis.	MAXIMILIANVS Romanorum Cæsar annis 26.	
		Ludouicus Sfortia cum diu Mediolanensium gubernator fuisset, dux creari affectauit ibidem,		
		contra Ioannem Galeatium nepotem suum ex sorore, haud sine infinita totius Lombardiæ deuastatione.		
		Coniuratio obæratorum quorundam, quæ extrema toti Elsatiæ iudicioq; aulico apud Rotouuilam Herciniæ minitabatur, dicto citius consopita est.		
		Turcæ Croatiam deprædantes, Maximiliani Cæsaris exercitu in fugam conuersi sunt.		

Carolus

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
6693	2	Carolus rex Franciæ. Parpiginacum & Rossionem restituit regi Arragoniæ.	1	1494
		Ordo pœnitentium mulierum, ex mulieribus publicè peccatricibus Parisijs cœpit, per prædicationem fratris Ioannis Tisserani ordinis Minorum inchoatus.		
		Hermolaus Barbarus Venetus Patriarcha Aquileiensis, non sine graui bonarum literarum iactura Romæ moritur.		
		Frater Hieronymus Ferrariensis, qui à Florentinis prophèta credebatur, aduentum Gallorum in Italiam prædicat.		
		Carolus eius nominis VIII. paulò post exercitum per Italiam ducens Neapolim petit.		
		Angelus Politianus uir eloquentissimus, & linguæ Latinæ uindex atq; illustrator Florentiæ quadragenarius moritur.		
		Paulò post Ioannes Picus Mirandulæ Comes, nobilis & admirandus Philosophus etiam Florentiæ iuuenis moritur, frustrata multorum expectatione de multarum bonarum literarum & maximè circa philosophiam & Theologiam restitutione.		
		Circa aduentum Caroli in urbem Romam, pars molis Hadriani, quod castrum sancti Angeli dicitur, collapsa ponte ruit: Romani pro ostento habuere: Ingresso rege Carolo urbem, Alexander ob fidem securitatis dedit ei Cæsarem Cardinalem quem unicè diligebat, qui ut uafer & astutus erat, occultè in itinere aufugit à rege rediens ad Pontificem.		
		Item Alexander Zizymi fratrem magni Turcæ dederat regi Carolo, sed prius ut suspicatum est uenenatum toxico, unde traditus Carolo statim moritur. Volebat autem rex eo uti, ut fertur, missus copijs aduersus Turcam.		
		In accessu Caroli regis ad Neapolim, Aquitani se & locum suum statim dederunt, illi uerò qui in munitione erant S. Germani resistere uoluerunt, sed continuò oppidum obtentum est, & expugnatum atq; direptum.		
		Hac tertius tama rex Alphonsus fugit in Siciliam, relicto regno Neapolitano filio Ferdinando.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		Carolus Neapolim aduenies à ciuibus admittitur, his successibus accessit Apulia, Calabria & Lucania.		
		Hoc anno magna strages Gallorum apud Salinas Burgundiæ à Germanis facta est.		
		Blanca Maria, ducissa Mediolani, apud Oentpontem, Serenissimo Romanorum regi Maximiliano decimo sexto die mensis Martij ad tedas nuptiales maxima solennitate traducitur.		
6694	3	Carolo Gallo iam regno Neapolitano parto, rebus compositis, & legibus latis, inq; Gallias reditum parant, Ludouicus Sfortia Mediolanensium dux, & Veneti cum multa armatorum copia impedimentum parant ad Tarum, siue ut uocãt Fornoutum, ne domum abire posset: Quorum frustrati fuère conatus, ut potius qui se fore arbitrantur ob recentem & multò copiosiorem militem uictores, uictos credat posteritas.	2	1495
		Non multò pòst Neapolitani à rege Galliæ defecérunt, Ferdinandumq; denuò in regem susceperunt. Maximilianus Romanorum rex comitia apud Vuormatiam celebrat, propter Turcarum excursiones, ac regis Gallorum in Italia tyrannidem. In quibus etiam Eberhardus Comes Vuirtemberga & Montispellicardi, Barbatus dictus, magna celebritate uicesimo primo die lulij primus dux in Vuirtemberg & Teck creatur.		
6695	4	Hoc anno ad Neapolim in castris Gallorum morbus atrocissimus, uulgò mala Frantzosz, primum efferbuit nullo fere remedio, licet anno Domini 616. similis Elephantiæ scabies aut impetigo homines toto corpore non minus molestasse feratur.	3	1496
		Genuenses cum Lucensibus de finibus bello contendunt.		
		Conuentus procerum Germaniæ Lindauium conscriptus & cœptus, ingruentibus alijs causis tandem sequenti anno Friburgi Brisgauiæ completur.		
		Mulier quædam Aemilia nomine, ciui cuidam Ebulano nupta, post duodecimum matrimonij annum in Aemilium mutata est, ac deinceps		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		uiris conuersata, artes uiriles in patria exercuit, uxoremq; propriam, restituta dote, iussu Ferdinandi regis Siciliarum duxit. Vladislaus rex Vngarorum, facto diuortio cum Beatrice Arragonensi, grandi pecunia alteras à Papa impetrauit nuptias: Itaq; filiam domini de Gandala Valconis postea uxorem sibi iunxit.		
6696	5	Carolus rex Galliæ in castro suo Ambasiæ diem suum claudit, cui succedit in regnum Ludouicus huius nominis XII. is mox Annam Britanniæ reginam à Carolo relictam uxorem ducit. Idem Ludouicus exercitus apparatum mittit Astam, in qua recepto exercitu & accelerante in Alexandria, celerius omnium opinione in potestate regis Gallorum redactam, Ludouicus Stortia cum thesauro suo in Germaniam ad Maximilianum Cæsarem ocyus contendit. Illustris Austriæ princeps, dux Sigismundus, Comes Tyrolis moritur.	4	1497
B 6697	6	Fauentia à duce Valentino pro Pontifice capitur, & Catharina domina Foroliuij, ab eodem capta Romam adducitur. Eberhardus Iunior, secundus dux Vuirtembergensis, conscientia malæ administrationis, ducatum deferens, Vlmam primo, ac deinde Heidelbergam profugit: Cui confestim Maximilianus Cæsar fratruelem Vdalricum uix undecennem dedit successorem. Turcarum Imp. ingenti armatorum ui Seruiam, Rasciam, Bosinnæ regnum, ac Bulgariæ partem non contemnendam occupat. Bellum hoc tempore habitum inter Heluetios & Suenos, in quo quidē bello superantur primo Suenii Austrij in loco qui dicitur septem ecclesiarum. In die S. Catharinæ sexaginta millia Tartarorum in Podolia à Polonis cæsa sunt, ac quadraginta millia frigoribus niueq; obriguerunt.	5	1498
6698	7	Galli Mediolanum ingrediuntur, & sexto quo ingressi mense ab eodem loco expelluntur. Circa finem Ianuarij haud longè à fontib. Rheni inter ducem Austrię & Heluetios exorta est grandis turbatio, quæ paulatim per lineā prædicti fluminis descendens, quaqua uersum usq; ad Basileam,	6	1499

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		commoto uniuerso Imperio, bellum suscitauit		
		atrocissimum: in quo diuersis locis uiginti mil-		
		lia pugnatorum occubuisse feruntur, uincentibus		
		semper Heluetijs apud Frastentz, Hard, Schyua-		
		derloch-Bruderholtz, Dornegk: &c.		
		Cremona ducatui Mediolanensium ablata,		
		circa omnem expugnationem in Venetorum		
		manus Gallorum consensu deuenit.		
		Basilea Rauracum init fœdus cum Heluetijs &		
		tum temporis in ea urbe uicesimo secundo die		
		Septembris Cæsar Maximilianus, certis in-		
		teruenientibus arbitris & pactis cum		
		Heluetijs fecit.		
6699	8	Ludouicus Sfortia dum persequitur hostem,	7	1500
		in manus hostium proditorie deuenit, & in		
		Gallias omni perdito dominio abducitur, ubi		
		tandem naturali fato concessit.		
		Ascanius Cardinalis Ludouici frater, in fuga		
		capitur, & tandem à Venetis regi Gallorum		
		traditur. Alexander Pont. Iubileum concedit.		
		Emmanuel Lusitaniæ rex naues ad Indiam, cir-		
		cum nauigata Africa, mittit, & res claras ac		
		memoria dignas aggreditur, quæ narrante		
		Aloysio Cadamusto Veneto, qui illius pere-		
		grinationis comes fuit, cognitæ sunt.		
		Ioseph Iadus Alexandro VI. Romæ res Chri-		
		stianas presbyteri Ioannis, & ecclesiarum Orienta		
		lium, ultimæq; Indiæ nostris fatis similes narrat.		
6700	9	Philippus Archidux Austriæ, peractis Caroli	8	1501
		ipsius primogeniti filij, ac Claudiæ Ludouici		
		filij nuptijs, amicitiam firmat cum rege Gallorum,		
		& in Hispaniam ad socrum reginam transit.		
		In Germania multis in locis sanguinis instar do-		
		minicæ crucis. & insignij passionis domini,		
		uestimentis & corporibus tam uirorum, quàm		
		mulierum inopinato apparuerunt.		
		Florentini, Senenses, Bononienses, Ferrarien-		
		ses, Mantuani & comes Eridani ciuitates Gal-		
		lis confœderantur.		
		De Siali Ismaële, id est, propheta Ismaële qui		
		dicitur Sophi, Persarum rege, rumor mirabi-		
		lis cœpit audiri.		

Neapolis

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
6701	10	Neapolis, missus à rege Gallorum copijs, iterum in regis Gallorum uenit potestatem, & Fridericus eorum rex in Galliam uenit.	9	1502
		Alexander rex Sarmatiæ cum socero suo Moscobitarum duce, de finibus regnorum belligeratur.		
		Norimbergenses ciues maximâ clade ab equitibus Marchionis Onolspachensis afficiuntur.		
		Margaritha Austria Philiberto Subaudiensium octauo duci nubit.		
		Illustrissimus Saxoniæ princeps elector, Dux Fridericus, Academiam Vuittebergensem fundat.		
		Liga rusticorum, quam uulgò den bundt schuch uocant, in dioceli Spirensi seditionem immodicam aduersus superiores suos excitat.		
6702	1	Alexander VI moritur, cui succedit PIVS III. antea Franciscus Piccolomineus Senensis dictus, qui paucos dies uixit.	10	1503
		Hunc terunt diui Petri Apostolorum principis uestigia imitatum.		
		Mortuo Augustino Barbadico Venetorum duce illustrissimo, Leonardus Lauretanus reipublicæ præficitur.		
		Cruciculæ in uestibus hominum, per totam ferè Germaniam, & in panibus quoque similaceis denuo apparent.		
		Comes Rauenstanus classem ducit in Turcas, qui rebus infeliciter apud Mitylenem actis, uix se in Galliam recepit.		
		Ioannes Dalburgius Vuormatiensis episcopus doctissimus & literatorum omnium Mœcenas diem extremum obit.		
		Pio III Suffectus est IVLIVS II. Pontifex, natione Ligur Sauonensis, sedit decennio.		
6703	1	Arturus Henrici VI regis Angliæ filius, Mariam regis Arragoniæ filiam, duxit in uxorem.	11	1504
		Portus magnus Mauritaniæ Cæsariensis in Africa à rege Hispaniæ obtinetur.		

Philippus

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		Philippus Castellæ princeps, Archidux Austriæ, classe Hispaniam petens aduerso uento		
		unà cum coniuge compellitur in Angliam, unde		
		secundis flatibus restitutus, prius muneribus		
		magnificè à rege insulæ donatus, abijt, suam		
		nauigationem in Hispaniam peragens.		
		Post obitum ducis Georgij, intestino bello		
		Comites Palatini Rheni, ac duces Bauariæ		
		de hæreditate digladiantur, donec Maximi-		
		liano Imperat. partes suas interponente arx		
		Kopffstein cum Bentzenauerio capitur, ac Pala-		
		tini passim expugnantur, magnæq; Bohemo-		
		rum copiæ iuxta Ratisponam occisæ sunt.		
6704	2	Omnes in regno Granatæ coguntur aut fidem	12	1505
		Christi suscipere, aut è regno migrare.		
		Ex altera parte Africæ regnum Magnicongo		
		regi Lusitaniæ fœderatum fidem Christi suscipit.		
		circa principium mensis Iulij Maximilianus		
		Cæsar comitia Coloniæ Agrippinæ habuit,		D
		ubi bellum Bauaricum componitur, & Pala-		
		tinus Rheni in gratiam cum Imperatore redit.		
		Ioannes Iouianus Pontanus, qui iuxta & in		
		componendo carmine & in dictanda soluta ora-		
		tione elegantissimus ac Ciceronianus ab Italis		
		est habitus, cum nullo præceptore Philoso-		
		phus summus Astrologusq; perspicacissimus		
		euasisset, septuagenario maior Neapolis obijt.		
		Audita rebellione Ducis Geldriæ Maximilia-		
		nus Cæsar cum Brabantinis & Germanis suis		
		oppidum Arnheim obsidens, ducem impera-		
		ta facere cõegit.		
		Elizabeth, mauortia illa uirago, Hispaniæ re-		
		gis uxor, post triumphatos Saracenos uitam		
		cum morte commutauit.		
6705	3	Sophi Persa & Turca in Asia confligunt, ac	13	1506
		cæsis multis Turcis narratur Persa euasisse superior.		
		Comes per aliquot dies apparuit sub Vrsa		
		maiore mense Augusto,		
		Vniuersale Gymnasium Francofurdiæ ad O-		
		deram à Ioachimo Brandenburgense Mar-		
		chione ac principe electore fundatur.		
		Maximilianus Cæsar in rebelles Vngaros expe-		

ditionem

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		ditionem mouet, ac capto Posonio, primores regni in fuas pertraxit, pacemq; fecit.		
		Mylhusen oppidum ad Heluetios fœdere se coniunxit.		
		Ludouicus Gallorum rex, rupto fœdere & pacto feudi Haganoæ præstito, Lombardiam armato milite ingreditur.		
		Philippus Castellæ & Legionis princeps, Archidux Austriæ, filius Maximiliani, ac pater Caroli Imp. Burgis in Hispania moritur mense Septembri. Iulio Pontifici Maximo Bononia restituitur, pulso Ioanne Bentiuolo.		
6706	4	Genuenses qui paulò antè rebellauerant, & suos nobiles expulerant, cuius omni opinione à Ludouico XII. Gallorum rege superantur, & acceptis quibuscunq; regibus in deditione ueniunt. Paulus de Nouis tinctor, quem ducē eorum Genuenses creauerant, ex conflictu per mare fugiens, Pisis à classe Gallica capitur & decapitatur Genuę.	14	1507
		Comitia Imp. Augustus Constantiæ habuit cum principibus regni Germanici, à uicesimo tertio Aprilis die in Augustum mensem usq;. Sponsalia contrahuntur inter Carolum regem Castellæ Archiducem Austriæ, & Mariam Henrici VII Anglorum regis filiam. Carolus dux Geldriæ rupta concordia aduersus Maximilianum, suppetijs regis Gallorum Brabantinos uehementer molestauit, frustra opitulante Cæsare.		
6707	5	Imp. Maximilianus, Pont. Max. & Galliæ rex, confœderationem Cameraci faciunt, ut communi apparatu bellico expeditionem in Venetos moueant, quod dum machinantur uaria Martis alea decennale ferè sibi utrinq; prælium suscitauit. Mense Februario mortuus est Viennæ Pannonum Conradus Celtes Protucius, primus Pœta Laureatus inter Alemannos. Germani in Valle Cadubrij à Venetis occidduntur, à quibus & Foroiulium diripitur. Defuncto Alberto Bauariæ duce, uxor eius, soror Maximiliani Cæsaris, cœnobium tertiæ regulæ S. Francisci ingressa, Monarchæ uitam solitariam deinceps egit.	15	1508

Satrapa

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni imperat.	Anni salutis
		Satrapa quidam Machuſiorum ex Barbaria,		
		uulgo rex à Feus dictus, apud Cæſarem à Ger-		
		mania exulat.		
6708	6	Conuentus procerum Imperij, â Maximiliano	16	1509
		ad Calendas Maij Moguntiam indictus, ſoluitur,		
		& ad feſtum S. Ioannis Vuormatiæ celebratur.		
		Piſani in poteſtatem Florentinorum ueniunt		
		Veneti inſtructis utrinq; aciebus cum Ludo-		
		uico Francorum rege confligunt, à quo obtine-		
		tur in campo, & Bartholomæus Daluſianus		
		Dux exercitus eorum captus, primum ducitur		
		Mediolanum, deinde in Galliam.		
		Veniunt in poteſtatem Gallorum Brixia, Ber-		
		gomum, Cremona, Crema, & reliqua quæ rex		
		ſui iuris eſſe cauſabatur.		
		Mirabiles & inauditi terræmotus urbẽ Con-		
		ſtantinopolim uexauerunt, domus innume-		
		ræ & arces ruerunt, arx præcipua tyranni col-		
		lapſa eſt, ut tyrannus, qui nunc eſt magnus		
		Turca, aliò confugere compulſus ſit, Popu-		
		lus multus & prociues quàm plurimi, turbine intercepti, perière.		
		Maximilianus Cæſar Veronam, Patauium,		
		Teruiſium, & ſuorum ſociorum quàm pluri-		
		ma à Venetis recuperat.		
		Iulius II. Seruiam, Rauennam, Imolam, Fa-		
		uentiam, Foroliuium, & reliquas eccleſiæ ter-		
		ras, quas detinebant Veneti, obtinet.		
		Rex etiam Hiſpaniæ Brunduſiã, Tarentum & alia		
		ab eiuſdem detenta ſuæ ditionis recuperat loca.		
		Oranum in Africa ab Hiſpanis capitur,		
		Septem homines ſylueſtres ex ea inſula, quæ		
		terra noua dicitur, Rothomagum adducti ſunt		
		cum cimba, ueſtimentis & armis eorum: Fuliginei		
		ſunt colorum, groſsis labris, ſtigmata in facie ge-		
		rentes, ab aure ad medium mentum inſtar liuidæ,		
		uenulæ per maxillas deductæ, Barba per totam		
		uitam nulla, neq; pubes, neq; ullus in toto cor-		
		pore pilus, præter capillos & ſupercilia: Baltheum		
		gerunt, in quo eſt burſula quædam ad tegenda		
		uerenda, idioma labris formant, religio nulla:		
		Cimba eorum corticea, quã homo una manu eue-		
		hat in humeros: Arma eorum, arcus lati, chor-		

dæ

A Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		dæ ex intestinis aut neruis animalium: Sagittæ cannæ saxo aut osse Piscis acuminatæ. Cibus eorum carnes tostę, potus aqua, panis & uini, & pecuniarum nullus omninò usus. Nudi incedunt, aut uestiti pellibus animalium, ursorum, ceruorum, uitulorum marinorum, & similium. Regio eorum parallelus septimi climatis, plus sub occidente quàm Gallica regio supra occidentem.		
		Apud Bernam Heluetiorum, Prædicatorũ ordinis monachi, obgannientes in purissimam intemeratæ uirginis cõceptionem, ob dolosissimum maleficium comburuntur, magna Bernensibus gloria, iniuriarum semper benedictæ uirginis ultoribus.		
		Erphurdiæ ciuile bellum inter plebem & senatum propter insolitas exactiones surgit, adeò ut dux Saxonum & Episcopus Moguntinus pro ea re arma sumerent, tumultus tamen ille Smalkaldiæ per Episcopum Herbipolensem postea consopitus est breui.		
B 6709	7	Iulius Pont. Max. reconciliatur Venetis & exercitum ducẽs Mutinam capit, & Mirandulã, quã Ioanni Francisco Pico loci domino restituit. Bugia in Africa obtinetur ab Hispanis. Terræmotus magni quatiunt Florentinam, Rauennam, Venetias, Foroiulium, & pleraq; alia loca cum magno incolarum in Italia terrore. Conuentus principum Germaniæ, unà cũ Galliæ, Arragonum, Vngarorum & Bohemiæ regũ oratoribus edicto Cæsaris apud Augustam Rhetiæ celebratur.	17	1510
		Franciscus dux Mediolanensis apud Cæsarem in Germania exulat. Guilhelmus Hassiæ princeps libertati restitutus, patriæ dominium, aduersus fratris sui defuncti filium, affectat: Re tamen coram Imperij principibus penitius examinata, concordiam cum tutoribus inire compulsus est.		
6710	8	Mirandula recuperatur à Gallis, & Mutina Maximil. regi traditur, Bononia item defecit à Põt. Cõcilium Gallicanum celebratur Turonis: Idem continuatur Lugduni. Tripolis in Africa obtinetur ab Hispanis. Augustæ Vindelicorum uirgo quędã fuisse fer-	18	1511

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		tur,nomine Anna, ſupra quadrageſimum agẽs annum, necꝫ edens, necꝫ bibens,neque egerẽs, necꝫ dormiens,quæ pñs meditationibus in tanta uigilia ſaluatoris gratia miranda & ſtupenda operantis ſuſtineri falſo eſt credita, nam ad extremum ſuperſtitioſis eiuſmodi præſtigñs tum Cęſari,tum ditiſsimis quibuſcꝫ imponens: meretrix fallaciſsima eſt deprehenſa,atque prædicta urbe proſcripta, tãdem Friburgi Vocontiorum aquis, publico iudicio damnata ſubmergitur. Generalis Concilñ initia tentãtur Piſis, petente Maximiliano Cæſare & Gallorum rege, & multis Cardinalibus adhærentibus aſsiſtentibuſcꝫ: Verũ emergentibus cauſis, Concilium id è Piſis translatum eſt Mediolanum, & inde tandem ad Lateranum indictum. Senatus Conſtantienſis uolens ad Heluetiorum fœdus tranſire, à Piſcatorum tribu in ea urbe impeditur,reſcꝫ uicinorum opera,ac Cæſaris aduentu in ſtatum firmiorem eſt commutata. Felix comes de Vuerdenberg armatus,Andreæ		
D		am cõmitẽ de Sunnẽberg in uenatione occidit.		
6711	9	Pontifex nouum parat exercitũ, deſcẽdunt Heluetñ Inſubrium terras uaſtantes ad confinia Mediolani. Brixienſes à Gallis ad Venetos turpiſsimè deficiunt ſuſcepto præſidio Veneto. Item & Bergomenſes re infecta abſcedunt: Heluetñ necꝫ præbentes,necꝫ cõflictum ſuſcipientes itidẽ abeunt. Brixienſes continuò à Gallis ſuperantur, robur Venetorum cum ciuibus ad multa milia cæduntur: urbs Brixia miſerabiliter diripitur, ira Dei credita eſt. Galli hac parta uictoria ad exercitum Põtificis, qui ſe prope Rauennam receperat, properant, congrediuntur, cruenta committitur pugna ſuccumbit exercitus Põtificis & auxiliarium eius. Capitur Petrus de Nauarra, qui fuerat pro parte Põtificis, & ceciderunt utrinꝫ cãpiductores multi, inter quos cecidit dux Nemorienſz. ductor exercitus Gallorum. Finito hoc bello Rauenna à Gallis diripitur. Rauennæ paulò antè natum fuerat monſtrum, cornu in capite, alas habebat,brachia nulla, pedem unum ut auis rapax, oculum in genu, ſexum utrunꝫ, in medio pectoris Yplon & crucis effigiem,	19	1512

NOVA

NOVA TEMPO-

RVM CONTINVATIO GERMANI CVIVSDAM. Habetur infra fol. 172. Brevius laudat.

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		CAESAR Maximilianus Comitia Treueris cùm principibus regni Germanici agitat, præsentibus etiã oratoribus Pontificis Romanis, regni Galliæ, Angliæ, Nauarræ, Vngariæ, Poloniæq;		
		Vbi tandem tunica domini inconsutilis reperta narratur.		
		Circa festum Ioannis Baptistæ seditio magna inter ciues & senatum Spiræ exoritur, quam Maximilianus Imp. sola legatione compescuit.		
		Põtifex interfectis expulsisq; Gallis, Rauennã denuo capit, ac Maximiliano Cæsari, Matthęo Langio proxoneta, reconciliatur iterum.		
		Concilium generale ad Lateranum Romę Iulius ad caput mensis Maij inchoarat, in quo præter ea quæ de animæ immortalitate statuit, nihil memorabile decernere amplius potuit pius pater.		
B		Arx munitissima aëriaq; in finibus Hegouiæ, Kregia dicta, iussu Cæsaris à confœderatis Sueuiæ destruitur mense Nouembri.		
		Vicesimo nono die mensis Decembris Maximilianus dux Mediolanensis, filius Ludouici & iã emortui, expulsis per Cæsarem Gallis, uictor in patriam redit.	20	1513
6712	1	Mortuo Iulio Pont. in Februario, paucis diębus post, LEO X Papa creatur, antea Ioãnes de Medicis Florẽtinus dictus, sedit annis ferè nouem.		
		Plebs seditionem atrocem aduersus magistratũ & senatores Colonię excitat, nec pacem furibũ da prius admittit, quam optimi opulentissimiq; quiq; securi percussi sunt.		
		Ioannes Nortuegiæ Daniæq; rex, cùm diu multumq; cùm Suetijs, qui ipsum nolebãt regem suum agnoscere, bella gessisset, uita defunctus est, relicto Christierno, eius nominis II filio successore.		
		Henricus rex Angliæ Picardiã deuastat, ac præsidio Maximiliani Cęsaris Taruanensem ciuitatem Gallo eripit, depopulatur, & solo ęquat: Interea Iacobus Scotię rex Angliam eripuit & desolatus est, uictorq; ibidem finem uitæ suæ accepit.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		Heluetij Burgundiæ ducatum Cæsaris nomine		
		debellãtes, pacem, accepta à Gallo pecunia, in-		
		uitis reliquis Germanis faciunt.		
		Principes Bauariæ propter Testamentum parẽ-		
		tis demortui non leuiter disident.		
		Gallus ad Nouarram Lombardię oppidum, pu		
		gna aduersus Heluetios & Cęsarem succumbit,		
		inde adeò Maximilianus Sforcia dux Mediola-		
		ni restituitur.		
		Zelimus undecimus Imperator Turcarũ, à fra-		
		tre Ahmato in Bithynia bello petitus, ipsum ex		
		uto omni auxilio in Persiam fugere coëgit.		
		Sophi Persarum rex, Scythiam intra Imaum in-		
		gressus, fortissimè omnia illic cepisse fertur.		
		Mense Septembri dux Moscobitarum ui occu-		
		pat arcem Smolenzko, quæ est sub Polonorum		
		dominio in Lituania.		
		Emanuel rex Portugalliæ Auream Chersone-		
		sum, quæ Malacha ab incolis dicitur, Saracenis		
		eripuit, unà cum Emporio totius eius regionis		
D		ualidissimo.		
9713	2	In Sueuia & Vngaria seditiones grauissimæ ex-	21	1514
		citantur à plebe. Nam in Vngaria Cruciferi con		
		tra nobiles & sacerdotes, qui tamen solertia re-		
		gis pacati sunt breui. In Sueuia der arm Kuntz,		
		Vuirtenbergensem ducem exagitat.		
		Ludouicus XII Franciæ rex sub initia huius an		
		ni diem extremũ clausit, cui FRANCISCVS Val		
		lesius in regno successit.		
		Sigismundus Sarmatiæ, quę & Polonia dicitur,		
		rex egregiam nactus est uictoriã aduersus Mo-		
		scobitas, inter Soffam & Boristhenem fluuios,		
		occisis plus minus octingẽtis millibus hostium,		
		captisq; equitibus quatuor millibus: Ex quibus		
		quod religionem Græcã profiterentur, aliquot		
		Romam Pontifici mittuntur, Verùm ab impe-		
		ratore intercepti, per regem Daniæ saluo condu		
		ductu in patriam suam reducti sunt.		
		Dux Saxonum Georgius, ciuitatem Thammẽ-		
		sem in Frysia hostiliter capit ac diripit.		
		Sophi Persa, Turcarum Imp. Zelimo maximas		
		copias in Armenia maiore trucidat.		
		Pfefferkorn Iudæus, ob audaciss ima in Euchari		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		ſtiam facinora, Hallis Saxonum uiuus crematur, forticipibus diſcerptus.		
6714	3	Franciſcus Sickingerus, nobilis Germanus, Vuormatiam impugnat.	22	1515
		Tantis incrementis per totam Europam lacus & flumina intumuerunt, ut Germania ad inſtar inſulæ, inter Rhenum & Danubium natare uiſa ſit.		
		Maximilianus Sforcia, procurante Cardinale Sedunenſi, Heluetios cũ ingenti inſubrium ac Hiſpanorum manu, Brianſonẽ Alpinorum oppidum inuadere iubet: Qua re Galliarum rex excitatus, innumeris copijs Alpes ſuperat, inq; hoſtium agrum deſcendit, ubi paulò pòſt in uigilia exaltationis S. Crucis, cum Heluetijs prælium anceps commiſit, nam multos generoſos rex è ſuis eo ueſperi deſiderauit: Die uerò ſequẽti fortuna commutata eſt. Inde Mediolanum à Gallis iterum unà cum Duce capitur.		
		Conuentum maximum ac ſplendidiſsimũ Cæſar Maximilianus Viennæ Auſtriæ cùm regibus Vngariæ, Poloniæ, & Bohemiæ agitat, fœdus perpetuum mediante affinitate cum eiuſdem iniuit.		
		Gallus ſalutato Pont. Bononiæ, & uictoria elatus, reditum parat in patriam, relicto Mediolanenſibus, Inſubribusq; duce Burbonio: Quem Cæſar conflato nouo exercitu per Veronenſem agrum adoritur, cognita tamen Mediolanenſium defectione, Burbonius ad obſidionem uſq; Germanos accedere paſſus eſt. Verũ interea Cæſar de morte regis Pannonum certior factus, obſidionem ſoluens, domum cum ſuis abijt.		
		Circa initia Decẽbris, Sabina uxor ducis Vuirtembergenſis, à familia Bauarorum, clàm marito ſuo per Dieterum Spæt Vracho abducta eſt: Quod factum dehinc fomes multorum malorum extitit.		
6715	4	Nouum fœdus rex Franciſcus Galliæ, cum Carolo Auſtrio rege Hiſpaniæ, donatis mutuo aureis torquibus, per legatos iniit Pariſijs, in quo multa utriq; de Nauarræ Neapolitanoq; regnis tractata ſunt.	23	1516
		Ladislao VII Vngariæ & Bohemię rege defuncto, Ludouicus II filius ambobus in regnis patri ſucceſsit.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		Gangolphus à Geroltzeck expeditionem mouit in Lotharingiam, quæ uulgo Germanis uicinis der speck krieg cognominata est.		
		Ditissimæ argentifodinæ, iuxta ueterē quendā puteum, non procul à thermis Caroli IIII Cæsaris, in montibus Bohemiæ forte fortuitu inueniuntur, quæ res uicinos ad colēdum eum locū, auspitio emolumentoq; non uulgari Silicorum adeò commouit, ut paucis in annis ciuitatē illic & mansionem nō Praga minorem extruxerint. Ea hodie uallis Ioachimica dicitur opumq; inexhausta scaturigo existit.		
		Desyderius Erasmus Roterodamus Battauus Nouum testamentum Græcè & Latinè Pontificis permissu emendat, ac tanta facūdia, eruditione & diligentia politiores restaurat literas, ut nō immerito Phœnix aut Sol Germanicus dictus sit multis.		
6716	5	Zelimus Turca, capta Nyli Alexandria. Aegyptum omne igne ferroq; depopulat. Deniq; adortus Cayrum, urbem eam facilè non tamen citra sanguinem, unà cum Sultano capit.	24.	1517
D		Quo facto Babyloniam uictor pergens, Syriam uniuersam suæ quoq; ditioni adjcit cum Damasco.		
		Dux Vrbini Leonis Pont. nepos celebratis nuptijs cum filia comitis Burbonensis, Galliorum regi primogenitum filium (quem Delphinum uocant) à sacris fontibus Ambasiæ leuauit, ac Franciscum nomine patris appellari iussit.		
		Steno Sture interrex Suecorum, arma mouet in Archiepiscopum Vpsalensem, eo quod patriam regi Danorum proditurus erat: Qua re Christiernus II comperta magno exercitu Stockholmiā obsidet. Verū post duos menses inglorius domū remeare cogitur.		
		Hollandia miris modis diripitur ac uastatur.		
		D. Martinus Lutherus, patria Mansfeldensis Saxo, professione Augustinēsis monach. primum omnium sese Pont. Romano opponere audet, paucula quædā contra indulgētias Papæ initio differens, mox alijs subinde disputationib. ecclesiæ statum acrius carpens, eiusmodi telā Germaniæ orsus est, ut ne lustris quidē trib. sub tegmen integrè absoluerit, intertexentib. sedulo Eccio		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		Emsero, Prierate, Latomo, Clichtoueo, Roffen		
		si, Satzgeiro, Lõgolio, Coclæo & alijs uiris quã		
		plurima.		
6717	6	Carolus Austriæ Archidux, in regnis Hispania-	25	1518
		rum ac Siciliæ inthronizatur primum septima		
		die mensis Februarij.		
		Sub mensem Iulijũ Cæsar Maximilianus frequẽ		
		tissima Procerum Germanię presentia August.		
		Rhetię comitia celebrat: In quibus & de nepotis		
		sui successione in Imperio, & de causis ducis		
		Vuirtenbergẽsis plurima sunt agitata, Quin &		
		Lutheri negocium corã Caietano Cardinali Ro		
		mano non omnino frustra uentilatum est.		
		Parisijs tractantur sponsalitia inter Anglorũ re-		
		gis unigenitam filiam, & Delphinum Galliæ.		
6718	7	Maximilianus Imp. P. F. August. apud Vuels æ-	26	1519
		tatis suæ quinquagesimo nono anno, ac nono		
		mense Ianuarij, die duodecima uitæ defunctus est.		
		Sub mensem Aprilem Vdalricus dux Vuirten-		
		bergensis municipium imperiale Reutlingam,		
		bello adoritur, obsidet ac capit: Cõfœderati ue-		
		rò Sueuiæ hominem non modo hac urbe con-		
		festim ejciunt, sed & tota sua ditione bis eo an-		
		no pellunt: nam Heluetico milite fretus aliquan		
		to post primã exactionem ad patriam suam ite-		
		rum aspirabat.		
		Carolus eius nominis V, rex Hispaniæ Sicilia-	CAROLVS V,	
		rũ, &c. Archidux Austriæ, dux Burgundiæ, &c.	Romanorũ Cæ-	
		die uicesimo octauo mensis Iulij Francofurdię	sar annis.	
		non admodum paribus electorum principũ uo		
		tis, Imperator Cæsar eligitur, quod illi in Hispa-		
		niã Fridericus Comes Palatinus Rheni & dux		
		Bauariæ mox nunciatum ablegatus est.		
		In Picardia regis Galliæ atq; Anglię conciliabu		
		lum cum suis etiam coniugibus planè triumphã		
		tium more agitant.		
6719	8	Subito quodam & planè Lymphatico spiritu o-	1	1520
		mnes Bauarorum uicini correpti, undiq; formo		
		sam Mariam Ratisponæ miraculis clarentem, in-		
		uisere properant, ea in destructæ Iudæorũ Syna		
		gogæ locum collocata erat.		
		Trabs ignita & iris, apud Viennam Pannoniæ,		

C

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Anni salutis.
	ſupra turrim S. Stephani unà cum aliquot mí-		
	ri coloris crucibus in Sole & Luna, portentum		
	mirificum hominibus præſtitit.		
	Nouus Turcarum Imperator Solymannus,		
	Mœſiam ſuperiorem populabundus ingredi		
	tur, & in limitibus Vngariæ miſeram hominũ		
	ſtragem edit: Creditum eſt Venetos, ut ſe ſuaq;		
	tutarent facilius, iſta ſubornaſſe.		
	Carolus Imp. Germanorum electus nuper, ſol		
	uens ex Hiſpania, regẽ Angliæ primo inuiſit,		
	ac poſtmodum Aquiſgrani duodecima die mẽ		
	ſis Octob. ab archiepiſcopo Colonienſi, rex &		
	Cæſar Romanorũ maximo totius Imperij ad-		
	plauſu coronatur. Poſt almarum uniuerſitatũ		
	Pariſienſis, Louanienſis, Colonienſisq; damnationes, etiam Leo x Pont. Max. cum S. R.		
	E. Cardinalibus, ac Regularium ordinũ prio-		
	ribus ſeu miniſtris Generalib. pluribusq; alijs		
	ſacræ Theologiæ, necnõ utriuſq; iuris profeſſo		
	ribus ac magiſtris, decimo ſeptimo Kalẽdas Iu-		
D	lij tandem Romæ ad S. Petrũ, Lutherũ notorí-		
	um pertinacem & Huſsiticum hæreticũ decer		
	nit, execratur ac cum omnibus illi adhærentibus penitus reprobat.		
	Chriſtianus II Daniæ rex, occiſo Stenone prin		
	cipe, ad interiora Suetiæ ex ſententia penetrat,		
	ubi dolo & fraude, in fidẽ accepta ciuitate Hol		
	mia, crudeliſsimum in proceres eius regni po-		
	pulumq; Holmẽſem latrocinium perpetrauit.		
6720.	9 Carol. v Cæſar, comitia Vuormatiæ celebrat.	2	1521
	in quibus Lutheri cauſam audit, ac à Leonis		
	Pont. legato Auguſtus confirmatur.		
	Ferdinandus infans Hiſpaniæ, archidux Au-		
	ſtriæ, & Caroli Imperatoris frater, menſe Maio		
	cum Anna regina Vngariæ nuptias Lynceæ		
	celebrat.		
	Simile feſtum Ludouicus rex Vngariæ & Bo-		
	hemiæ, cum Maria Caroli Imp. & Ferdinandi		
	principis ſorore, Budæ agitat.		
	Turcæ ſupatis Danubio & Sauo rapidiſsimis		
	fluminibus Vngariæ fines crudeliter cõculcãt,		
	& Albam Græcam, munitiſsimam Chriſtiano		
	rum portam, præfecti perfidia capiunt.		

Cæſariani

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		Cæsariani milites, opera Leonis X, Mediolanensium tum arcem, tum ciuitatem, pulsis Gallis, recipiunt.		
		Christiernus II Daniæ & Norwegię rex, tumultuantibus Suetijs, auxiliantibusq; Lubeccensium confœderatis, ex patria cum coniuge propellitur in exilium.		
		Leo X Papa, Romæ attonito morbo subito corruit mense Decembri.		
6721	1	ADRIANVS, VI patria Derthusiensis Germanus, mẽse Ianuario Pontifex Romanus, absens, in gratiam Imperatoris, creatur, sedit anno uno, & mensibus aliquot.	3	1522
		Ioannes eius nominis III, rex fit Lusitaniæ defuncto Manuele.		
		Post discessum Caroli Cęsaris in Hispaniam, Ferdinandus princeps, mutatis & regentibus & aulicis antiquioribus, nobiles aliquotae ciues Viennenses secuti apud Nouam ciuitatem Austrię percussit.		
B		Ioannes Reuchlinus Phortzensis, uir Hebraicè,, Græcè & Latinè doctissimus, legum consultissimus, ac triumuir Sueuię, qui primus inter Germanos Comœdiam scripsit, primusq; Latinis Hebræas literas simul & artem Cabalisticam reddidit, post triumphatos Domini castros sexagenario maior, in thermis Vuirtenbergensibus mense Iulio moritur,		
		Conuentus principum regni Germanici apud Norimbergam congregatur, ubi noui Pontificis legatus in causa Lutheri plurima egit, ac Vngari nequicquam auxilium aduersus Turcam implorare potuerunt.		
		Turcarum Imp. Solymanus, post longam terra mariq; obsidionem, Rhodum hactenus inexpugnabilem insulam, & munitissimam Ioannitarum ciuitatem, incredibili Christianorum dãno uincit & occupat.		
6722	2	Georgius Fronsperg, ductor Cæsariani exercitus, Heluetios iuxta Bygoggium in agro Mediolanensi, unà cum Gallis superat.	4	1523
		Cõfœderati Sueuorum, exercitum ualidissimũ aduersus centauros in Franconiam duxerunt,		

ubi

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		ubi latrunculorum uocabulum plus minus ui-		
		ginti tres arces oppugnantur diruunt & incendunt.		
		Franciſcus Sicckingerus Epiſcopũ Treuiren-		
		ſem ſtrenuò armis inceſſens, paulò pôſt à Phi-		
		lippo comite prouinciali Haſſiæ, & Ludouico		
		Palatino comite Rheni, epiſcopo eidem opi-		
		tulantibus, in arce ſua Nanſtal obſidetur, ac i-		
		ctu Bombardæ corruens, finem uitæ & bello-		
		rum ſuorum facit.		
		Diſputatione publica D. Ioan. Fabri & Zuin		
		glius, de ſacrificio Miſſæ, Sãctorum inuocatio-		
		ne, Sacerdotumq; cõiugijs, Tiguri cõmittũtur.		
		Inundationes autumnales, ac tempeſtates hor-		
		ridæ in Betica Hiſpania, regnoq; Neapolita		
		no, urbes aliquot ac caſtella integra ſubmerſere.		
		Hadriano VI Pont. (quem Itali quidã in admi-		
		niſtranda republica uel hebetis ingenij, uel de-		
		prauati iudicij fuiſſe ſcribunt) uita defuncto:		
		Sub medium mẽſis Nouemb. CLEMENS VII.		
		Medicus Florẽtinus, à ſenatu Cardinalitio Pa-		
		pa Romanus eligitur, ac ſedit decem annis &		
D		undecim ferè menſibus.		
6723.	1	Viginti coniunctiones errantiũ ſyderum, tum	5	1524
		mediæ, tum magnæ aſtronomis uocatæ, maio-		
		re ex parte in ſigno aqueo ſub menſem Februa		
		rium acciderunt. Quibus Aſtrologi quidã per		
		moti, Diluuiũ præſagire auſi ſunt orbi: Quum		
		potius inauditã illãm & mox ſubſequentẽ mũ-		
		di mutationem proculdubio ſignificauerint.		
		Villacum Carinthiæ ciuitas ædaciſs. ignis uora		
		gine, tota abſumitur, quod & Carniolenſium		
		metropoli Labaco, ultra dimidiam ſui partem		
		accidiſſe fertur.		
		Vlrichus Huttenus, eques Germaniç doctiſsi-		
		mus, & Poëta elegantiſsimus, poſt expoſtula-		
		tionem cum Eraſmo, rediens è thermis Pfeffer-		
		ſianis, apud Heluetios ex morbo Gallico		
		obijt.		
		Nicolaus Storckius fanaticam illam Anabapti		
		ſtarum doctrinam, primus omnium, in Germa-		
		nia ſerere cœpit.		
		Nicol. Leonicenus Vicentinus, rerũ naturæ ab		
		ditiſsimarum experientiſsimus, Græcè & Latinè		

doctiſsimus

A Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		doctiſsimus philoſophus & medicus ætatis ſuæ		
		nonageſimo ſexto anno, cũ iam æternis monu-		
		mentis in arcem immortalitatis ſibi gradum fe-		
		ciſſet Ferrariæ homo eſſe deſijt.		
		Albis Saxoniæ fluuius, immẽſè adauctus, ripas		
		& alueum ſuum multis in locis ad aliquot ſta-		
		dia exceſsit, aruaq; diripuit.		
		Gallorum rex Franciſcus ſub initia autumni		
		Mediolanum capit. Poſt cuius diſceſſum in pa-		
		triam, dux Burbonius, cõſcripto milite, maximè		
		Germanico, Prouinciam ſubito ingreſſus, Maſſi		
		liam obſidione tentauit.		
6724	2	Rex Galliæ exercitũ numeroſiſsimum in Lom-	6	1525
		bardiã ducẽs à Germanici Cęſaris milite, Febru		
		arij uiceſimo quarto die apud Papiam, memo-		
		rabili pugna ſuperatus & captus eſt.		
		Perempti ſunt ex parte regis eo prælio præter		
		gregariorum innumeram multitudinem, Admi		
		raldus & Magiſter equitum Franciæ, dux Lo		
		tharingiæ, comes de Naſſauu, comes ab Ortem-		
B		berg, comes Tenderenſis, & alij quàm plurimi		
		Barones nobilesq;. Capti uerò ſunt, rex ipſe		
		Franciſcus, rex Nauarræ frater regis Scotorum,		
		comes de Lupfen, princeps Thelaumiæ, Frideri		
		cus de Beſſula, dominus Sanpoli, unà cum tota		
		aula regis, & aliquot militibus Heluetiorum.		
		Ductores copiarum Imp. Caroli erant, Georgi-		
		us Fronſpergus, Marcus Pſitacus ab Emps, Ca-		
		rolus dux Burbonij, Marchio de Piſcera & Ni-		
		colaus comes de Salmis.		
		Gallus captiuus primo Cremonam, inde in Hi-		
		ſpaniam ad Cæſarem ductus, ubi poſt longam		
		cuſtodiam datis obſidibus, tandem clementia		
		Caroli patrio reſtitutus eſt regno.		
		Interea Cæſariani, totam Inſubriam ac ducatum		
		Mediolanenſem pacatè poſsident.		
		Illuſtriſsimus ſapientiſsimusq; Saxonum dux,		
		princeps elector, D. Fridericus, qui rex Roma-		
		norum poſt Cæſaris Maximiliani obitum di-		
		ctus, maluit Carolo Auſtriaco Imperij hono-		
		rem deferre, quàm uel ſe, uel ditionem ſuam am-		
		bitioſius onerare: Fato naturali per hos dies de-		
		functus eſt.		

Thomas

Anni mundi.	Annì Pont.	Anni Imperat.	Annī salutis.
	Thomas Munzerus uulgus apud Turingos		
	perſuadet gladium Gedeonis Deo ſibi ad oc-		
	cidendū omnes impios traditum eſſe: Simili-		
	ter & apud Sueuos Chriſtophorus Schapple		
	rus aliquot articulos de Chriſtiana libertate,		
	de non dandis decimis redditibuſq;, &c. pro-		
	mulgauit: quibus crabronibus fex ſeditioſo-		
	rū hominū & ruſtica turba paſsim, uſq; adeò		
	per totam Germaniam contra monachorum		
	nobiliūq; exactiones excitata, ſæuire armis,		
	latrocinari, denicq; & magiſtratus ſuos incle-		
	mentiſsimè debellare cœpit, ut non modò in		
	tyrannidē ſuperiorū iuxta inſtitutum animad		
	uertere, uerū etiam faſq; piūq;, quo iure, qua		
	iniuria, è medio tollere exiſtimata ſit: Eam fu-		
	riam tamen prudentia principū, & in primis		
	cōfœderatorū Sueuiæ exercitus, opinione ci		
	tius coĕrcuit, nam quatuor ad ſummū menſi-		
	bus, pluſquā centena millia tumultuantiū ru-		
	ſticorum apud utramq; Sueuiā, Franconiam,		
D	Byntzgouiam, Elſatiam & Thuringiam, E-		
	uangelio abutentium, occiſa feruntur.		
	Andreas Gritti, poſt Antoniū Grimanū, ſe		
	ptuageſimus nonus dux Venetus creatus eſt,		
6725.	3 Carol. v. Imp. inuictus, nuptias quā ſplēdidiſ-	7	1526
	ſimas decimo die Ianuarij, cū Iſabella Portu-		
	galliæ regis inclyta ſorore, Hiſpalis celebrat.		
	Bruchi, Locuſtę & Moluri omnia terræ naſcē		
	tia, olera, fructus ac frumēta bis hoc anno in		
	tota Apulia depaſcuntur.		
	Turcæ ingenti exercitu Vngariā uaſtātes, ne-		
	mine repugnāte Petrouardiniū, diriſsima ob-		
	ſidione premunt ac capiūt, deinde prope Da-		
	nubium hoſtiliter aſcendentes, caſtra in agro		
	quinq; eccleſiēſi figūt: quo loco rex Ludoui-		
	cus illis parua & maximè Germanorū manu		
	ſtipatus (nam Vuayuoda apud Septē caſtren		
	ſes potiſsimas Vngarorū copias detinebat)		
	occurrere uolens, iuxta Mohatz uillā menſe		
	Auguſto fortiter pro patria cum ſuis occūbit.		
	Solymanus uictoria tam cruenta ferocior fa-		
	ctus, igne ferroq;, utranq; fluminis ripam lon		
	gè lateq; Strigoniū uſq; depopulatur, & deci-		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		mo quinto Septembris die Budam funditùs di-		
		reptam incendit, ac præda onustus, iterum nemi		
		ni prohibente aut insequente, Constantinopo-		
		lim cum tripudio abit.		
		Philippus illustris Hassiæ prouincialis Comes,		
		studium Marpurgense de nouo liberalissimis stipendijs erigit.		
		Clemens VII Pont. dux Mediolanensis, rex An		
		gliæ & Veneti, rogante Parlamento Galliarum		
		senatu, fœdus cum omnibus Hetruriæ Lombar		
		diæq; ciuitatibus contra Imp. Carolum ineunt,		
		si uel hoc pacto Hispanos Germanosq; ex Italia		
		commodiùs ejicere possint.		
		Pont. Max. coniuratorũ antesignanus, sub men		
		sem Septembrem non paruum aduersus Caro-		
		lum V. conscribit exercitum, cuius negotij gra-		
		tia euestigiò Frõspergus cum Sueuis peditibus		
		Italiam petit, Cæsarisq; partes egregiè tuetur.		
		Hugo Episcopus cũ suis Canonicis, relicta Cõ		
		stantia leues & ciuiles ob causas, ultro Merspur		
B		gum ac Vberlingã proficiscitur, unde ille in anti		
		quam ciuitatẽ reditus haud facillimè speratur.		
6726	4	Ferdinandus Archidux Austriæ, electus Bohe-	8	1527
		morum rex, uicesimo quarto mensis Februarij		
		die, ab Olomucensi Præsule maximis ceremo-		
		nijs Pragæ cum uxore coronatur.		
		Vehementissimus quidam ab Oriente uentus,		
		tantum tamq; dirum cicadarum in Poloniæ re		
		gnum coniecit agmen, ut hominibus & brutis		
		præ his periclitandum fuerit.		
		Dux Vrbinas uaria apud Italos pro parte Ponti		
		ficis, aduersus Cæsarem, Venetorum consilio machinatur.		
		Romana urbs ab exercitu Caroli Imp. sexta die		
		Maij ex improuiso capitur, uastatur, & in deci		
		mum quintum diem usque miserabiliter diripi-		
		tur. Põt. ipse in Mole Adriani obsessus, post plu-		
		rimas illusiones, cũ aliquot Cardinalibus & Epi		
		scopis in manus Germanorum Hispanorumq;		
		sese totum dedere coactus est: Verum mitissi-		
		mus Cæsar, qui uincere quidem nouerat, uti au		
		tem uictoria nesciebat, mox Pontificem liberta-		
		ti pristinæ donari iussit.		
		Poloni à Tartarorum Bathoris Cam filio inso-		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		litam crudelissimorum hominum eductam frequentiam, regionem iplorum depopulãtem, infestis signis partim adoriuntur & cędunt, partim fugant & capiunt.		
		Rex Ferdinandus bellicas copias ad recuperandum hæreditariũ suũ regnum, quod illi ui Ioan. Zepusiensis comes & præfectus prouincialis Transsyluaniæ fauore incolarum præripuerat, Budã prævalidè ducit, ubi peractis comitijs rex Vngarorũ deligitur, & paulò pòst apud Albã regalem mẽse Octobri sacro & ad eiusmodi pompã peculiariter destinato diademate redimitur. Cazymirus Brãdenburgensis Marchio, ductor exercitus eius primarius, dysenteria in hac expeditione diem extremum clausit. Horribile astrum apud Vuestriam Mediomatrices & Treuiros uisum est. Arbertus grandis magister Teuthonicorum militum, ex familia Marchionum Brandenburgensium, ducta Polonorum regis filia, dux Prusię factus est.		
D		Ciues Constantienses, Tigurinis & Bernensibus præcipuis Heluetiorum pagis, mense Decembri confœderantur.		
6727	6	Henricus dux Brunsuicensis mille selectissimos equites maiore ex parte Cataphractos, & Marcus Pfittacus ab Emps nobilissimos quosq; pedites, ex mandato Imp. sui, In Italiam aduersus Venetos Laudam eduxerunt: Pestili tamen morbo quodam, unà cum commeatus penuria, fatigati, omnino re infecta Germaniam pauciss imis comitibus redierunt.	9	1528
		Bernæ Vocontiorum disputatio publica, cõtra essentialem corporis Christi præsentiam in Eucharistia ac de tollẽdis ex ecclesia tum altaribus, tum simulachris habita est.		
		Galli Venetorum auxilio Neapolim uehementi ac fortissima obsidione ad defectionem sollicitarunt. Germani uerò & qui in præsidio illic erant Hispani, dum mẽse Iulio hostes epidemia presi, æstum quoq; pro more uitarent, facta eruptione palantes incautosq; ad internitionem ferè usq; trucidauerunt.		

Per

Anni mundi.	Annī Pont.		Annī Imperat.	Ann. salutis
		Per totam fermè ſuperiorem Germaniam, ingens grando arboribus, uineis & frumento damnum dedit maximum.		
		Philippus Heſſorum princeps, expeditionem in Epiſcopos Moguntinum, Herbipolenſem, Bambergenſem, & reliquos ipſorum compli ces parat: Eam poſtquam ingentē pecuniæ extorſiſſet uim, ſequenti anno cum confœderatis Sueuiæ, facta utrinq; pace facilè complanari paſſus eſt.		
		Fame plurimi mortales hoc anno apud Inſubres & in Venetorum regione perierunt.		
		Dux Geldriæ, dum occupata Hollandia, Epiſcopum Traiectenſem diu iam debellaſſet, tandem uerſa uice armis propulſatus, concordiam cum Epiſcopo iniit.		
		Proceres comitatus Tyrolenſis, cum quinq; antiquioribus Heluetiorum pagis conſpirantes, cauſa fuerunt ut confœderati ſuperiorum Rhetorum, Abbatem S. Lucij Curiæ capite plecterent.		
		Prope Eſſelinguam Necari mōſtrum natū eſt, infans uno capite, quatuor aures, quatuor brachia, quatuor item crura, pedesq; ac duplicem manum habens.		
B 6728.	6	Comitia regni Germanici apud Spirā celebrātur, de rebus fidei, & ſtratagemate contra Turcas.	10	1529
		Pluuioſiſsima æſtas hoc anno & terræ omnia naſcentia miſerè paſsim peſſundedit, & peſtilētem ephemeram (quam uulgus ſudorem Anglicum uocauit) toti Germaniæ prius incognitā peperit.		
		Rhodienſes milites S. Ioan. Baptiſtæ, auxilio Caroli Imp. v. Melitam inſulam Saracenis ſub finem Iulij eripiunt.		
		Tigurini & Bernenſes contra Lucernanos & quatuor antiquiſsimos Heluetiorū pagos bellum mouent, quod reliqui tamen ipſorum confœderati unà cum Argentoracenſium legatis, numerata pecunia, compoſuerunt ⁂		
		Carolus v. Cæſar, ſoluens ab Hiſpanijs, ingenti claſſe Genuam menſe Auguſto appulit: ubi Veneti concordiam multo auro ab ipſo emerunt, ac rex Gallię intercedente affinitate, filios ſuos obſides unà cū pace pacta, ab eodem Imperatore impetrauit.		

⁂ Mendosus & nebulo. Legendum mihi à Hypologia Hermolaum.

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		Soleymannus Turcarum magnus Cæsar, nutu		
		Ioan. Vuayuodæ, potentissimum exercitũ haud		
		modico damno in Vngariam ducit, & capta ite-		
		rum Buda, aliisq; oppidis, Austriam infestissimè		
		intrat, Viennam urbem dirissimè inuadit, uigin-		
		ti quatuor dies incredibili oppugnatione obsi-		
		det, ac ad Enesum usq; cuncta hostiliter diruit &		
		prosternit, re tamen infecta, tandem graui suo-		
		rum iactura ignominiosè Viennam, Germanici		
		Imperij stipendijs uirtuteq; accerrimè defensam,		
		deseruit & aufugit.		
		Primipili Lutherani & Zuingliani dogmatis,		
		Marpurgum comite prouinciali Hessorum D.		
		Philippo conuocati, in alijs Christianæ fidei ar-		
		ticulis sat bene, in Sacramento uerò negocio mi		
		nus conuenire potuerunt.		
		Franciscus Sfortia, præter meritum, liberalitate		
		Caroli Imp. in Mediolanensem restituitur ducatum.		
		Imp. Carolus inuictus cum Pontif. Rom. fratre		
		Ferdinando, Gallorum, Angliq; regibus, Sa-		
D		baudiensium, Mediolani, Montis ferrati. Man-		
		tuæq; principibus, simul & cum rebus publicis		
		Senensium, Genuẽsium, Lucanorũ, &c. fœdus		
		sanctissimum, Bononiæ mense Decembri iniit.		
		Per idem tempus & Argentoracenses Tiguri-		
		nis, Bernensibus ac Basiliensibus fœdere iun-		
		guntur.		
6729	7	Carolus v. Imp. Augustus, uicesimo quarto mẽ-	11	1530
		sis Februarij (quo & natus est) die, eiusmodi põ-		
		pa, celebritate ac festo, nulla tamen ferè Germa-		
		nicorum principum præsentia, à Clemente VII.		
		Pont. coronatus est Bononiæ quali nemo hacte		
		nus Cæsarum consueuit unquam.		
		Mox relicta Italia Cæsar Carolus Germaniam		
		ingreditur.		
		Iudæis per totam fermè Europam, Africamq; ne		
		scio quæ spes Messiæ sui affulsit, adeò ut ruffo-		
		rum Iudæorum (quos Magog in Caspijs monti		
		bus inclusum uocant) prælidio non modo ter-		
		ram sanctam à gentibus se recepturos, sed & re-		
		gnum Israel restitutum iri iam plurimorum qui-		
		dem secessu, uerum uano successu adseruerint.		

Celeberrima

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Ann salutis
	Celeberrima Cæsar Augustæ Vindelicorum comitia peragit, ubi post uarias Episcoporum & Cardinalis Campegij de negotio fidei consultationes, Saxonię Ducis, ac suorũ asseclarũ (quos Lutheranos nominant) confessio audita primò est: Deinde quatuor imperiales ciuitates Argentoracensium uidelicet, Cõstantia, Lindauium & Memminga suæ sacramentariæ rei rationẽ quoque priuatim reddiderunt: Tandem factis maximis sumptibus, conuentus hic, à toto Christianorum expeditus orbe, nullum certum auctorum finem, odio plus quàm fatali quorundam, à pio Imperatore sortiri potuit.		
	Sub æstatem huius anni Buda à regis Ferdinandi exercitu capitur, mox tamen à rege Ioanne, Vuayuoda dicto, recipitur, atq; ita utrinq; duo illi pro regno Vngariæ in annum uspue sequentem, & eo amplius, diuerso Marte digladiantur.		
	Ioannes Stœphlerinus Iustingensis, mathematicus & Astronomus acutissimus, Tubingæ octogenarius fato naturali concessit.		
	Florentia Hetrurię florentissima urbs, ob nescio quas in Medicum familiam iniurias, plus minus undecim mẽsibus à pontificijs Cęsarianisq; obsessa copijs, ad extremum dum nullis conditionibus ab Imp. reciperetur, armis & fame expugnata, sese Papæ non leui ciuium libertatisq; iactura, dedere coacta est.		
	In hac expeditione Princeps Auraicensis à Pisanis, Florentinorum socijs, interemptus est.		
	Die octauo Octobris hora undecima noctis, fluuius Tybris subitò excrescens, non modico damno Romam submersit.		
	Antonius dux Sabaudiæ (quem nuper admodum ab affine suo Cæsare regem creatum multi prædicant) Genouenam ad lacum Lemãnum, quibusdam, ut fertur, artibus in suum ius pertrahere diu antea uisus, nunc implente Episcopo eius loci, positis castris urbem circumuallat: at Heluetiorum quorundam auxilio in ditionem suam irrumpente, liberam eam dux dimisit.		
	Die quinto Nouembris Seelandiæ & Hollan-		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni Salutis.
		diæ maxima fuit aquarũ inundatio ſubmerſioq; multorum locorum.		
		Hocidem Antuerpiæ & in Flãdria uicinisq; oppidis accidit.		
		Margarita Auſtria, inferiorum Germanię domina moritur menſe Decembri, in cuius locum Imperator Mariam uiduam & ſororem ſuam ſubſtituit.		
6730	8	Ferdinandus Vngariæ & Bohemiæ rex ſereniſſimus quinto die Ianuarij apud Coloniã Agrippinam præſente fratre Carolo Imp. à principibus Imperij, rex Romanorum eligitur, ac paulò pòſt Aquis grani coronatus, conſors regni Germanici à Cęſare recipitur, reclamante Saxonum duce electore, quod præter Aureæ bullæ uſum iſta fierent.	12	1531
		Terræmotu apud Portugallenſes, tota fermè Lyſibona paucis ædibus illæſis concutitur.		
		Tumultuãtibus ad Boriſthenẽ Tartaris, Vuayuoda quidam Vualachiæ, Poloniæ regi Poccuzæũ		
D		comitatum menſe Februario armata ui ademit.		
		Leonora, ſoror Caroli & Ferdinandi Imp. ſub initia menſis Martij Gallorum regi Franciſco, apud S. Dionyſium feſtiuiſsimo triumpho deſpõſata ac Galliæ regina inuncta eſt.		
		Turcæ Siciliarum regnum nauali prælio prædabundi adoriuntur, incolarum tamen & Hiſpanorum manu ſtrenuè abiguntur.		
		Rhetiæ ſuperioris confœderati, uulgò Griſei appellati, ab Heluetijs duceque Mediolanenſium adiuti, propter inſidias Valli Thelinæ ſtructas, arcem Mutsis ad Larium ſiue Comenſem lacum ſitam, cum oppido Leck, diu infeliciter obſident: Tandem uerò poſt integrum annum, Caſtellanum ipſum certis conditionibus expellunt, arcemq; illam ſolo æquant.		
		Sophi Perſarum, in Armenia iterum urbes aliquot Turcarum capit.		
		Interea tempus & Ioannitæ Melitenſes, ſex prætorijs nauibus mercaturam ſimulantes Methonem in Peloponneſo deprædantur ac diripiunt.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		Byllibaldus Birckheimerus patricius Noricus, utriuſq; literaturæ, mathematices & legum conſultiſsimus homo, diem extremum in patria obijt.		
		Principes & Ciuitates Euangelio (ut aiunt) fauentes, paſsim per totam Germaniam inter ſeſe confœderantur.		
		Stella comata toto quali Auguſto in occidente ſub ſignis Cancri, Leone, Virgine & Libra apud arcturum ueſperi apparuit.		
		Quinq; antiquiores Heluetiorum pagi, ueteris debellationis memores, Tigurinis atrox inferũt bellum, menſe Octobri Huldenrichum Zuinglium unà aliquot alijs occidunt: Poſtremò reſciſsis omnibus nouis fœderibus, menſe ſequenti pax iterum uniuerſæ Heluetiorum ſocietati data eſt.		
		Ioannes Oecolampadius Vuinſpergẽſis, trium linguarum peritiſsimus, ex ulcere cancroſo, Baſileæ uitam obijt.		
6731	9	Rex Angliæ Henricus VIII, dum Iacobi V Scotorũ regis ditionem infeſtis copijs inuaſiſſet, hoſtes non ſolum patriã ſuam propugnãtes, ſed & ſe ſuumq; agmen non parua iactura domum fugantes ſenſit.	13	1532
		Imperator Carolus V. relicta Brabantia, menſe Maio Ratiſponam cum rege Ferdinando uenit, comitia de propulſando ex Pannonijs Turca cũ Heroibus Germaniæ celebraturus.		
		Interim Archiepiſcopus Moguntinus, & Palatinus comes Rheni principes electores, multa cũ Ioannis Saxoniæ ducis, ac Philippi prouincialis comitis Haſsiæ, principumq; Lunæburgi cõfœderatis, de religione, electionisq; Ferdinandi ad probatione, Suuinfurdiæ, dein & Norimbergæ agitarunt: Quibus tandẽ mãſuetiſsimus Cæſar ad futurum uſq; generale & Chriſtianum concilium pacem firmauit.		
		Turcarum Imp. Soleymannus mẽſe Iunio innumerabili exercitu per Vngariã ſecũdo iam ad fines Germaniæ ingreſſus, incendijs ac cædibus graſſari cepit, obſeſſoſq; incaſſum pluſquam uiginti dieb. oppidulo Guntz, magna ruina Auſtriã, Carinthiã & Styriam depopulatus eſt. Donec communi ſacri Imperij armata expeditione (cui Carol. Imp. Germanorũ propria perſona tã		

glorioſiſsime

C Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		glorioſiſsimè quã uictorioſiſsimè interfuit) de-		
		territus, amiſsis plurimis equitibus imperfecta		
		re ludibrioſè retrocedere compulſus eſt.		
		Andreas de Auria Genuenſis, ex mandato Ca-		
		roli v. ſub hoc bellum fortiſsima claſſe, Coro-		
		nem ciuitatem Peloponneſi, expulſis Turcis, cœ		
		pit: Ea tamen poſt biennium Turcis reſtituitur.		
		Nouus cometa Septembri & Octobri, mare ite-		
		rum ſub Virgine, Libra, ac Scorpione, intra tro		
		picos circulus eſt uiſus.		
		Carolus Cæſar per Forotulium Mantuam abijt,		
		unde Papam Clementem denuo Bononiæ ma-		
		gnificentiſsimè conuenit.		
		Altera die Nouembris Frisij, Hollandi, Seelan		
		di, ac Flandrenſes, improuiſo & ueluti Deucali		
		oni diluuio iterum periclitantur,		
		Franciſcus Galliarum, & Henricus Angliæ re-		
		ges, conuentu maximè magnifico Caleſij congregantur.		
		Apud Lindauium in Lacu Acromo monſtrum		
		habitum eſt, uitulus per totum duplex, bina ha-		
D		bens capita, octoq; pedes, unico coalitus uentre ac pectore.		
6732	10	Cęſar Carolus v. poſtquam pacem Italiæ prin-	14	1533
		cipibus ciuitatibusq; ſtabilẽſſet, mẽſe Aprili or-		
		natiſsima claſſe Genua ſoluit, atque paucis die-		
		bus Hiſpaniam non ſine ſuorum ſumma cõgra-		
		tulatione adpulit.		
		Cacodæmon Sagæ cuiuſdam cauſa, oppidum		
		Schiltrachenſe in Germania ſuperiore, funditus		
		combuſsiſſe ipſo Paraſceues profeſto fertur.		
		Tertius cometa intra biennium effulſit, hic à fi-		
		ne lunij per Iulium totum in principio uſq; Au-		
		guſti, ſub parte Septentrionali Galaxiæ, Gemi-		
		nos Taurum & Arietem retrò aſcendendo perambulauit.		
		Hiſpanienſes nautæ, ductu Imp. Caroli, inco-		
		gnitas quaſdam inſulas, tanti auri & argenti co-		
		pijs refertas, incredibiles dictu ipſarum ſint diui		
		tiæ, hoc anno primum & inuen re ex nouo &		
		armis ceperunt.		
		Andræas Alciatus Mediolanẽſis, iuris & huma		
		nitatis omnis doctiſsimus prudẽtiſsimusq; uir,		
		poſtquam Biturigibus in ſingulos an. octingẽ-		
		tis coronatis conductus à Gallis, leges ciuiles		

non

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		non parua laude professus esset, tandem in patriam		
		ampliore stipendio pro restauratione studij Ticinen		
		sis siue Pauiensis uocatus est.		
		Pont. Max. Massiliæ conuentum cum Gallorum		
		rege agitat, ubi post alias multas machinationes, Hē-		
		ricus dux Aurelianus Christianissimi regis Francisci		
		filius, neptem quandam beatissimi patris Clementis,		
		Vrbani titulo decoratam, ducit in uxorem.		
		Terremotus insolitus, ac uastissimus, uentus Curi		
		am Bludentum, Velcurionem, Sangallum & uicinas		
		Rheno regiones decimo sexto Nouembris circa me		
		dium noctis terribiliter exagitat.		
		Nobilis illa Sueuorum liga, cōfœderatioq; post lō		
		gas plurium consultationes dissuasionesq; tandem		
		procurante etiā Gallorū rege rūpitur ac dissoluitur,		
6733	11	Infœlix annonæ caritas, sex iā annis continuè, Ger-	15	1534
		manos præcipuè Rhetias, premit.		
		Monsterienses ciues, admissa ex Hollādia, Frysiaq;		
		Anabaptistarum illuuie, Episcopum suum urbe ei-		
		ciunt ac totā Vuestphalorum gentem non immeritò		
		aduersum se utrorumq; insigni clade concitant.		
		Vdalricus dux Vuirtembergensis, Hessorum prin		
		cipis auxilio, patriam suam recuperat, & omnes ini-		
		micos ex ea fugat mense Martio. Postea ducis Saxo		
		niæ Ioannis Friderici electoris opera, certis conditi-		
		onibus pax cum rege Ferdinando facta est.		
		Sophi Persarum rex potentissimus et Christianus,		
		Turcis acerrimo prælio ad Euphratem fluuium con		
		gressus præfectum ipsorum Abrahamus, uulgo Ym-		
		brai Bassa uocatum, cum toto exercitu superauit:		
		Quam cladem dum Imp. Soleymannus ex Epipha-		
		nia Tauros usq; infesto cruentissimoq; agmine uin-		
		dicatum properaret ac iam uinceret, à Sophianis in		
		tercluſus uix in Syriam uiuus effugere potuit.		
		In uniuerso Poloniæ regno, tantæ inundationes hac		
		æstate fuerunt, arescente reliqua Europa, ut Cracco		
		uiæ & Casymiriæ lapideos pontes, mœniaq; cū mul		
		tis ædificijs rapidissima euerterint flumina.		
		Apud Bredauium Brabantiæ oppidum noningen		
		tæ & sexaginta domus fortuito igne uicesimo quin-		
		to die Iulij exustæ sunt.		
		Lubecenses ad sinum Codanum cum duce Hol-		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		satiæ, in Cimbria Cherſoneſo, propter regnum Daniæ mortuo Friderico pro rege belligerantur.		
		Henricus VIII. Angliæ rex, hactenus defenſor eccleſiæ cognominatus, nuper ob diuortia Pontifici Romano inimicus factus, libellum de Eccleſiaſtica regum Chriſtianorum poteſtate contra Papā & eius execrationes ædidit.		
		Pirata quidam Græcus, Barbaroſſa Italis & Mauris dictus, claſſe Turcarum inſtructus, Tuniſſæ regnū inteſtinis iam odijs exulceratum inuadere uolens, Oſtiam primus crudeliter depopulatur, mare deinde circa Genuam aliquandiu obſidet, occupata denique minore Africa, Tyrānus Barbarorum eſſe inſolentiſſimè pergit.		
		Geneua Sabaudiæ, proditione quorundam uicinorum iterum, ſed tamen fruſtrà ab Epiſcopo uexatur.		
		Vicerex Hiberniæ, aduerſus dominum ſuum Angliæ regem, ambitione bellum ſuſcipiens, totam eam ferè inſulam Sylueſtriū indomitorumûe Iuuernitorum opera ad defectionem ſolicitat.		
		Clemens VII. Pontifex maximus, uitæ ſuæ quinquageſimo ſexto anno & quarto menſe intoxicatus, Romæ uiceſimoquinto Septembris moritur: Poſt quem PAVLVS, III. ſenex uir, antea Alexander Farneſius Romanus, Epiſcopus Ouienſis dictus, Papa ſerò admodum duodecimo die Octobris electus eſt, ac ſedit. Zeckuli, Moldauienſes & Tranſſyluani Ludouicum Gritti Venetorum ducis nothum, apud Meduuiſch Septemcaſtrenſium oppidulum ſuperant & interficiunt. Is Turcæ opera regnum Vngariæ callido ſtratagemate per Vualachiam adfectauerat, & iam Emericum Varadinenſem Epiſcopum capite truncârat.		
		Validiſsima uis Zephyri unà cum rabie Nothi inaudita damna, tū Germanis mediterraneis, tum Anglis maritimis ſub initia hyemis attulit.		
6734	1	Tam cæca apud Germanos inferiores inſania quoſdam inuaſit, ut nefanda Anabaptiſtarum ſuſcepta ſecta, non ſolum polygamiam publicè excere auſi ſint, uerum etiam multi (turpiſsimum dictu)	16	1534

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Anni salutis.
	dictu) nudi incedere non uereant.		
	Imperator Carolus inuictus, relicta Hispania, Sardiniam primò, dein Siciliam, ac tãdem Carthaginem ingenti classe, Italico, Hispano & Germanico milite stipatus, mense Iunio abijt.		
	Vrbs Monsteriũ postquàm rebus omnibus in medium collatis, iussu phanatici cuiusdam prophetæ, regem sibi proprium ex sartore constituisset, nouumq; remersorum, templum per sedecim integros menses fortissimo spiritu propugnasset, altera post Ioannis Baptistæ, nõ sine fatali numine ab imperij auxilijs demum capta, & antiquo domino tradita, sceptra Anabaptistis perpetuò abstulit.		
	Carolus Imp. capta ciuitate Tunissa, totoq; eo regno subacto, Barbarossam cum omnibus pyratis in ordinem quasi redegit, dispersitq;, ac indicto solùm tributo, rege Altzacheno, prius expulso, cuncta præter Arcem Colletinam integrè restituẽs, Panormum denuo saluus cum suis adpulit.		
	Interea tempus Barbarossa uix effugatus, minorẽ ex Balearicis insulam flamma ac ferro depopulatus est: Quin & Punica leuitas euestigiò Andræã ab Auria rursum, nauali armatura, Cæsaris nomine, cuncta firmius apud Tunissam stabilire, & in seditiosos incolas grauissimè animaduertere coëgit.		
	Thomas Morus, uir prudentissimus, omnisq; literaturæ antistes, iam grãdis natu post maximas dignitates apud Londinum Angliæ securi percussus est.		
	Creberrima fulmina tonitruaq; inaudita Germaniæ urbes hac ætate plus solito terruêre, quemadmodum & pluuiosissimus autumnus supra modum uineis & Baccho nocuit.		
	Apud utranq; Pannoniam conuenticula, cõsiliaq; frequentissima, inter regẽ Ferdinãdũ, Turcę legatos, & Vuayuodam de pacificanda Vngaria habita sunt.		
	Cimbri & Teuthones de regnis Daniæ & Norruegię maximis sumptibus, terra mariq; adhuc acerrima prælia gerunt.		
	Sponsalia inter Sigismundum Poloniæ regis unicum filium, & Elizabetham regis Vngarorum & Bohemiæ primogenitam filiam contrahuntur.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		Dux Mediolanensis, sublatis aliquot patriæ proditoribus, altero Nouembris die moritur.		
6735	3	Principes & ciuitates Euangelicæ (uti uocantur) Sectæ, conuentum de firmanda inter se religionis concordia Smalkaldiæ, præsentibus etiã Galliæ Angliæq; regum legatis habent.	17	1536
		Anabaptista Basileæ semetipsum macerauit per 19 dies, ut neq; ederit, neq; biberit.		
		Bernensium copiæ Gebennam profectæ, & liberauerunt eam obsidione.		
		Rex Romanorum Ferdinandus Basilienſi ciuitati omnia priuilegia, quæ habent, amplissima, confirmauit.		
		Rex Franciæ magnam partem Allobrogum occupat.		
		Carolus Imperator bellum gesit cõtra regem Franciæ, Massiliæ, & in Picardia.		
		Erasmus Roterodamus decus Germaniæ Basileæ obijt ætatis suæ anno 69.		
6736	3	Constantiensis laci piscium magna perijt multitudo, aquaq; mortuos eiecit in littus, ita ut putredo, terrimusq; odor causa fuerit morborum pecori & hominibus, quod periculum ut declinarent partim mãdarunt terræ, partim reiecerunt in aquam.	18	1537
6737	4	Pontifex Paulus III. reconciliauit Imp. & regẽ Frãciæ inter se ferè triennium bella gerentes.	19	1538
		Fœdus inierunt unà Imp. Carolus, rex Ferdinandus & Veneti.		
6738	5	Carolus Imp. & rex Franciæ Parisijs conuenerunt.	20	1539
		Carolus Gent oppidum subegit, pœna de quibusdam ciuibus sumpta, qui defectionem meditabantur.		
6739	6	Comitia celebrata sunt propter religionis dissentientia dogmata Haganoë.	21	1540
		Vuormatiæ habitus conuentus doctorum uirorũ atq; principum propter religionem.		
		In pleriscq; locis Germaniæ per totam æstatem non pluit, & multa flumina, & fontes exiccantur.		
		In Germania inuenti qui uillas, urbes, incendio cõsumpserunt, ex quibus quidam deprehensi supplicijs sunt affecti, & eo tempore magna penuria aquæ sed magna copia uini.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
		Comitia celebrata Ratisponæ per Cæsarem, regem, principes & ciuitates.		
6740	7	Sub Diocœli Spirensi in Pago Rhod, puella 11. annorum uixit sine omni uictu ad biennium.	22	1541
		Nobilis de Landenbergk inuadit Rotuuilenses.		
		Budam cœpit Turca, multiq; de Christianis fortiter pugnantes ceciderunt.		
		Pestis grassata ferè per totam Germaniam.		
		Imp. Cæsar naufragia passus, oppugnante ciuitatem Argieram.		
6741	8	Spiræ comitia celebrata, in quibus est deliberatum de expeditione in Turcam.	23	1542
		Iaurinum urbs à Turca expugnata & spoliata.		
		In Zurzach pago Heluetico, ubi quotannis duo frequentissima sunt emporia, nauis ob multitudinẽ hominum, qui in eam impetu quodam confluxerant, ima petens fracta est, in qua 60 homines submersi sunt.		
		Lutzenburgum expugnatum à Gallo & tota circunquaq; regio, dein iterum à Cæsarianis subiugata.		
		Moscorum dux cum rege Sarmatiæ pacem ad annos aliquot pactus. Legatio 700. equitum circiter Nonas August. Cracouiam missa. Interim multa milia Tartarorum, quæ in Poloniam irruperant, regijs auspicijs nobili uiro Brettinzonio Capitaneo ad unum cæsi. Mox inuasa Tartaria, & adeò uastata, ut nec infantibus, nec muliebri sexui parium sit. De ista Tartaria loquor, quæ Europæa est, secundum Borysthenem amnem in Euxinum protensa.		
		In Italia tanta fuit siccitas, ut etiam flumina arida facta sint. Item uermes enati sunt, qui frumẽta in agris absumpserunt, quos fumo conati sunt perdere.		
		Pestum Christiani amiserunt, amissis illic multis egregijs bellatoribus.		
		Muldenses & Vuallachi in Transyluaniam irruperunt, abduxerunt aliquot hominum millia.		
		Iuliacẽse bellum deuastauit ferè totam inferiorem Germaniam.		
6742	9	Strigonium in Hungaria à Turca expugnatũ, multi cæsi, & capti.	24	1543
		Papilionum ingens numerus, in multis Germanię ciuitatib. uolitarũt cateruatim, nõ sine admiratione.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
6743	10	Hieronymus Gemuseus Mylhuianus doctor medicus & Philosophus moritur.	25	1544
		Acie decertarunt Gallicus & Cęsarianus exercitus in Pedemontana regione, ubi tum Gallicus exercitus cum Heluetijs uicit.		
		Bellum Gallicum & Cæsarianum uiguit iuxta Luzelburgum, multa oppida capta & spoliata, uillæ incensæ, rustici ad stipem redacti.		
6744	11	Dux Brunsuicensis Henricus bellum contra Electorem Io. Fridericum ducem Saxoniæ & Landtgrauium Hassiæ, & eis adhærentes uicinas Imperij ciuitates mouit. quem ipsi magno coacto exercitu in custodiam coëgerunt.	26	1545
6745	12	Turca quasdam arces in Pānonia ui & dolo cepit	27	1546
		Colloquium Ratisponense institutum, & multi ex doctis ad illud uocati, quo uia ad concordiam apta, inuentantur.		
		Bellum inter Cæsaream Maiestatem & (quos uocant) Protestantes obortum, & ingens ab utraq; parte collectus fuit exercitus, iuxta Ingolstadium castra posuerunt, tandem cum Saxonia à duce Saxoniæ Mauritio sollicitaretur, domum redijt dux Elector Ioannes Fridericus dux Saxoniæ, dein Landtgrauius Hassiæ Philippus.		
6746	13	Ioannes Fridericus elector dux Saxoniæ in conflictu captus à Cæsarea Maiestate, multis ex suis amissis. Dein Vuirtemberga se dedidit cum toto ducatu.	28	1547
		Philippus Landtgrauius Hassiæ se fidei Cæsaris Halæ commisit.		
		Beatus Rhenanus Seletstadiensis è thermis rediēs Argentinæ diem extremum clausit.		
		Cicadarum 22. Iulij cecidisse (ferunt) in Austria ingentem multitudinem.		
		In Bohemia rex Ferdinandus multos propter seditionem puniuit.		
		Rex Angliæ Henricus moritur, in cuius locum Eduardus substituitur filius regis.		
		Anna ex regia prosapia Hungarorum, Ferdinandi regis uxor moritur.		
		Franciscus Galliarum rex moritur, cui succesit filius eius Henricus.		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
6747	14	Torgæ nuptiæ, cum filia regis Daniæ & Augusto fratre Mauritij ducis celebratæ sunt. Cõstantiam ciuitatem Cæsareæ maiest. milites inuaserunt, qui desideratis non paucis, coacti sunt re infecta discedere, sed & Constantienses multos quoq; ex ciuibus amiserunt, tandem se Ferdinando regi dediderunt.	29	1548
6748	15	Philippus Caroli quinti filius, ad patrem (Bruxellæ agentem) in Germaniam profecturus Mediolani magno principum populiq; fauore & obsequio nouum annum auspicatur.	30	1549
6749	1	Iulius tertius, mensæ Februario electus pontifex.	31	1550
6750	2	Mauritius dux Saxoniæ & Albertus, confœderati bellum maximum excitarunt in Germania.	32	1551
6751	3	Magdeburgum ualido exercitu cingitur. D. Sebastianus Munsterus Hebreæ linguæ & historiarum peritissimus, mortuus Basileæ eodẽ anno.	33	1552
6752	4	Mauritius statim post conflictum cũ Alberto moritur xi. Iulij. Ernestus Marchio Badẽsis, Offenburgi obijt, 6. Februarij ut quidam perhibent. Aetatis suæ 71. anno.	34	1553
6753	5	Florentinam Arnus fluuius inundauit.	35	1554
6754	6	Gallorum rex occupauit insulam Corsicam.	36	1555
6755	7	In regno Neapolitano belligeratum fuit inter summum pontificem & regem Philippum, donec tãdem pax confecta bonorum diligentia. Tyguri obijt D. Cõradus Pellicanus Theologus.	37	1556
6756	8	Philippus rex Hispaniarum, Sanctum Quintinum oppidum munitissimum occupauit.	38	1557
6757	9	Moritur Maria regina Angliæ sexta Nouembris, statim decima sexta eiusdem mensis Elisabetha Henrici octaui filia, ex Anna Bolenia prognata, in reginã eligitur. Henricus rex Galliæ Caletum expugnauit. Carolus quintus Imperator principib. Electoribus Imperium resignauit. Et eodem anno obijt in Hispania Betica apud S. Iustum. Ferdinandus archidux Austriæ, decimaquarta die mensis Martij in Imperat. Franckoforti electus est. Melchior Zobellus, Episcopus Vuyrtzburgensis, & Ostfranciæ Dux. globo bombardæ traiectus occubuit. Dignus erat longiore uita hic Antistes, pro-	39 1 2	1558

C Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		pter ſtudium erga religionem & bonas literas, & linguas.		
6758	10	Baſilius Princeps Moſcouitarum grauiſsima bella geſsit contra Liuonienſes, & aliquot munitiſsimas arces & oppida cœpit, magnamq; prædam è Liuonia abſtulit.	40	1559
		Otto Henricus Palatinus Rheni Elector, obijt anno ætatis ſuæ 57. 12. Feb. Ei ſucceſsit Dux Fridericus.		
		Henricus 2. Rex Frãcorum 10. die Iulij obijt. Ei ſucceſsit Franciſcus 2. qui regnauit 1. menſ. 4. dies 25.		
6759	1	Paulus PP. 4. è uita exceſsit 15. Cal. Sepremb. Succeſsit Pius 4. eodem anno die natali Domini. Sedit annos 5. menſ. 11. dies 14.	3	1560
		Philippus Melãchthon Vuittebergæ obijt 19. April.		
		Franciſcus Galliorum rex in fata cõceſsit 5. Decẽb. ſucceſsit illi Carolus Maximil. frater eius, quo regnãte diuturno & inteſtino bello regnum Galliæ grauiſsimo concuſſum eſt.		
6760	2	Tridentinæ Synodi continuationem, miſsis hinc inde legatis, indixit Pius PP. 4.	4	1561
D		Conuentus Principum Naoburgi Turingorum, indictus, in quo cauſæ reculationis Concilij Tridentini, ſunt expoſitæ.		
6761	3	Bellum in Gallia, poſt inducias, redintegratum, magno cum incommodo totius regni.	5	1562
		Bonifacius Amerbachius Iuriſcõſultus clariſsimus patriæq; ſuæ (de qua optimè meritus erat.) Baſileæ, amantiſsimus, Aprilis 17. obijt, ſepultus in Cartuſienſis cœnobij (quod Baſileæ in minori oppido eſt) xyſto.		
		Maximilianus, Ferdinandi Imp. Aug. F. Francofordiæ, patre præſente, 24. Nouemb. Rex Romanorum renũciatus, & 30. die eiuſdẽ mẽſis ibidem unctus eſt.		
6762	4	Sebaſtianus Caſtalio, Baſileæ mortuus.	6	1563
6753	5	Ferdinandus Imperat. Hungariæ & Bohemię Rex Auſtriæ Archidux, obijt in die feſto Iacobi Apoſt.	7	1564
		D. Sabina, Illuſtriſsimi Principis Chriſtophori Ducis Vuirtebergenſis & Teccẽlis mater, Nurtingę 30. Auguſti obijt, & 4. poſt die Tubingæ ſepulta eſt.		
		D. Martinus Borrhaus Theologus & D. D. Marcus Hopperus Iuriſconſ. eodẽ hoc anno Baſileæ in Chri-		

ſto o

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Ann salutis
		sto obdormiuerunt.		
		Concilio Tridētinēsi finis impositus, sessione 25. quæ cœpta est die 7. Decemb. & sequenti finita. Fuerunt aũt Præsules 255. qui sua subscriptione, approbauerunt cõcilij huius decreta. Acta. Cõcilij in fine.		
		Thomas Gryneus, Græcę, Latinę ac Hebraicę linguæ peritissimus, & Theologus de Repub. literaria benè meritus, obijt, ἐν χρισῷ τῷ θεῷ piè & placidè, à postridie Cal. Aug. Rœtelas ἐν τῇ ἰσχατιᾷ l. l. G. paterè.		
6763	6	Pius 5. Põtifex Rom. 8. die Decẽb. reliquit superos.	1	1565
		Conradus Gesnerus Medicus & Philosophus obijt Tyguri, anno ætatis 50.		
		Turcarum Imperator Solymannus, eodẽ hoc anno, classem instructã ductore Mustapha, ad occupãdam Melitam, misit, & ipse Hungariam cũ ingẽti exercitu ingressus Sigethum & Iulã, munitissimas arces occupauit, ac in ea expeditione perijt die 5. Septem. anno 1566. C. S. Curio in historia belli Melitensis.		
6764	1	Pius 5. octauo die Ianuarij Pontificiã apud Romanos sedem obtinuit. Tumultus apud Belgas cœpit 20. August. Antuerpiæ, 22. uerò eiusdem mẽsis Gandaui, durauitq; per 14. dies, belli & multorum in Belgio malorum materiam præbuit.	2	1566
		Leõhardus Fuchsius Medicus celeberrimus, Tubingæ obijt die 10. Maij. de hoc uiro uerè dici potuit, illud Homericũ: Ἓν τοῖς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀνέχοξος ἄλλων.		
6765	2	9 Aprilis anno 1567. facta est eclypsis Solis, cuius initium exactè obseruauimus, hora 10. ante meridiana & min. 25. Finẽ quoq; hora 1. pomeridiana Duysburgi. Ger. Mercator.	3	1567
		Bellum in Gallia siue Reipub. ut quidam uolunt, siue religionis nomine motũ, magnis utriusq; partis, uiribus & sumptibus gestũ est, ὃν ἀναιμωτὶ Deus piam pacem omnibus largiatur.		
		Gothana arx occupata, & princeps Saxonicus captus, supplicio de proscriptis sumpto, post Comitia Augustana.		
6766	3	Illustrissimus princeps Eberhardus Christophori Vuirtenbergensis ducis primogenitus, mortuus est Gœppingæ 2. Maij. & octauo post die Tubingę sepultus, non sine luctu suorum.	4	1568

	Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis
C			Princeps Gauerus Egmondanus Comes, & Philippus Comes Horniæ, Bruxellis, capitis supplicio affecti sunt, imperante Philippo Hispaniæ Rege, Duce Albano Ferdinando de Toleto, Belgium administrãte, nonis Iunij.		
			Die 6. Iulij, uitam hanc cũ æterna, (post immensos propè in re Typographica labores superatos.) commutauit, Vir clarissimus Iohan. Oporinus, Basileæ.		
			Hoc anno in Hispania obijt diẽ suũ, Carolus Philippi Hispaniæ Regis unigenitus filius.		
			Christophorus Dux Vuirtenbergensis & Teccensis, uirtutibus illustrissimus, cum suorum luctu ingenti obijt Stutgardiæ 28. Decemb. Ei successit Ludouicus filius, præclara indole princeps, quem ut seruet Deus rogandus est.		
	6767	4	Exercitum, auspicijs Principis Vuolfgangi Palatini Comitis in Gallias perductum, post Principis huius obitum, Gallorum Regis copiæ, ingenti stragæ ædita, deuicerunt.	5	1569
			Cœlius secũd. Curio, mortuus Basileæ 24. Nouẽb.		
D	6768	5	Iohannes Casimirus Comes Palatinus ad Rhenũ, Friderici Septemuiri F. Heydelbergæ nuptias celebrauit, cum filia Augusti Electoris Saxoniæ.	6	1570
			Conuentus ordinũ Imperij indictus & celebratus est Spiræ, cui interfuit Maximilianus secũdus, Romanorum Imperator, semper August.		
			Iohannes Scheubelius, excellens Mathematicus. Tubingæ obijt 20. Febr. ætatis suæ anno 77.		
			Ioachimus Fridericus Brandeburgensis, & administrator Archiepiscopatus Magdeburgẽsis filius Ioannis Georgij, nepos Ioachimi 2. Elect. Brãdeburgici cum Catharina filia Ioannis v. Marchionis Brand. Custrini nuptias celebrat.		
			In Tirolensi comitatu prope Salinas Ogni flammę è cœlo delapsæ, quibus pagi complures cum nõ perpaucis hominibus conflagrati.		
			In arce Vualdenbergica comites Hohenloensis & Tubingensis miserabili conflagratione interierũt. Præter illos comites etiam nobiles Valentinus à Perling & quidam Neuudeccius ualdè ambusti fuêre.		
			Bellum intestinum Galliæ uarijs in locis restauratur, & plurima oppida hinc inde partim capiuntur,		

partim

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Anni salutis
	partim dilapiuntur atque uastantur.		
	Fridericus rex Daniæ bellum nouennale inter se & Ioannem Suecum redintegrare molitur: sed intercedente Imp. Maximiliano I. cum regibus Galliæ atq; Poloniæ, aliisq; Germaniæ principibus, tandem de concordia sarcienda, belloq; componendo cogitatur.		
	Die Lunę feriarum paschalium, qui erat uicesimus septimus Martij, Venetijs legatus Turcicus, missus eò ad repetendum regnum Cypri, uel denegato ad bellum denunciandum, unà triremi appellit.		
	Poloniæ rex & Moscouita, cùm hactenus inter se uaria fortuna bellum gessissent, inducias triennales faciunt.		
	Moscouia uerò hoc tempore tanta fame atq; rerũ ad alimoniam necessariarum rerum penuria pressa erat, ut homines se inuicem mactârint, atq; sale in uasis conditos, ferarum instar ad pellendam famem deuorârint. Tyranno Moscouita nihilo secius in miseram plebeculam sæuiente, ac indies innumeros in audita tyrannide, uel in quatuor partes dissecãte, uel ursis obijciente, uel in profluentes aquas submergente ob suspicionem filij, ab ipsis sublati.		
	Philippus rex Hispaniarum Maximiliani Imp. filiam, nomine Mariã in uxorem ducit, quæ Spira ex comitijs in Hispanias cum duobus fratribus Alberto & Vuenceslao dimissa fuit.		
	In pago quodã Bauariæ non procul à Donauuerda sito, circiter quintam horam uespertinam, ad quartam horæ partem sanguine pluit: isq; & in folio arborum, & uestimenta hominum collapsus.		
	Vndecimo Augusti cum in Gallijs post multas uarias q; tractationes tandem hoc mense pax conflet, rex edictum pacificationis publicat.		
	D. Ioannes Brentius Ecclesię Stutgardiæ prępositus, Academiæ Tubingensis commissarius, ac gubernator Ecclesiæ Ducatus Vuirtenbergici, uir pietate, doctrina multiplici, sapientia, usu rerum & longi temporis experientia præstantiss. obijt, ætatis suæ 72.		
	In Phrysia utraque tam Orientali, quàm occidentali, Hollandia, Brabantia, Zelandia, finitimisque circa Octobrem mira uentorum tempestas orta est, quam biduò pòst tam calamitosa exundatio Oceani Germanici subsecuta est, quanta à		

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Anni salutis.
	multis retrò seculis nõ fuit audita. Nam in duabus præturis Dongerdelianis quatuor millia hominum perierunt, in ciuitate Dockensi trecenti & quinquaginta. In pago Pertersbienio centum & sex. in Vuinaem septuaginta uel circiter, Pingi quinquaginta sex, complurescq; alij alijs in locis. Nec minus hæc tempestas in alijs locis Belgij seuijt: nam & Delfti, Roterodami, alijsq; in locis Holandiæ cataclysmus iste ita exuperauit, ut etiam summitatem turriũ æquaret, ac infinita pecora cum hominibus undis immersa abduceret. Antuerpiæ uerò homines pro more loci illius in subterraneis cellis habitantes, non solum undis improuisis oppressi interiere, sed & hæ usq; ad superiores contignationes & tecta ædium conscenderunt. Quanta calamitas in Zelandia acciderit, uix dici uel credi poterit: cùm in ea circiter XXIIII. millia iugerum dissipata ferantur, non perpaucis hominibus aquarũ impetu deletis.		
	Carolus IX. huius nominis rex Francorũ nuptias celebrat cum Isabella filia Maximiliani II.	Imp.	
	Circa Nouẽbrem Cypri urbs primaria Nicosia à Turcis post longam obsidionem expugnata, & XXV. millia hominum in ea occisa, idq; cũ tanta crudelitate, ut quidam ethnico exemplo, sibimetipsis potius mortem consciscere, quàm in manus truculentissimi tyranni incidere uoluerint.		
	Terræmotus Venetijs tactus, sed cladis expers.		
	At Ferrariæ tam horribilis euenit, ut multæ ædes corruerint, ac princeps cum tuo comitatu, alijq; nobiles ciues ciuitate relicta in alia loca migrarint, atq; sub tentorijs degerint. Similes huiusmodi terræ tremores & Modinæ, Regij, Corregij, Florentiæ, Finariæ, finitimisq; in locis fuêre.		
	Rheni aquæ in plerisq; ciuitatibus oræ Rhenanæ ita intumuerũt circa Decẽbrem, ut ad eam altitudinem ascenderent, ad quam ab anno 1480 non peruenerunt.		
6769	6 Ioachimus Brandenburgicus Elector 2 Ianuarij obijt.	7	1571

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Anni salutis.
	Ioachimus Ernestus princeps Anhaldinus, Ioannis		
	IIII. principis Anhaldini filius, cum Eleonara filia		
	Christophori ducis Vuirtẽbergici filia, nuptias Stut		
	gardiæ celebrat.		
	Iohannes regulus Transyluaniæ 13. Martij à me		
	dico suo Blanderata medicamentis enecatus, ut fer-		
	tur, diem suum in Transyluania claudit.		
	Vicesimo quinto Maij fœdus inter Papã, Philippũ		
	Hispaniarum regem & Venetos ad summi pon-		
	tificis diligentissimã sollicitationem Venetijs tandẽ		
	cõtra Turcam qui superiori anno Cyprum insulam		
	occupárat, confirmatur atq; subscribitur.		
	Fames horribilis in Germania, maximè in Sueuia		
	& Bauaria, quãta uix hominum memoria fuisse putatur.		
	Goldtbergi, Lemburgi, Laubijq; in Silesia fame		
	passim grassante decimoquarto Iunij, pisa, rapa, fru-		
	mentum ac triticum pluit, ex quo collecto, molaq;		
	trito, homines undiq; accurrentes, triduò post panem cõfecêre.		
	Famagusta metropolis insulæ Cypri à Turcis du-		
	centis millib. armatorũ grauissima obsidione circũ-		
	data, primo Augusti deditione capitur, & rectores		
	ciuitatis Marcus Antonius Bragadinus, & Tripo-		
	lus contra datã fidẽ à perfido duce Turcarũ crudeliter necãtur.		
	Vuolfgangi comitis Palatini cadauer ad patrios		
	lares è Gallia transfertur.		
	Vicesimonono Septembris Solis aspectus per totã		
	ferè Germaniam ualdè tristis, rubicundus, & ueluti		
	sanguinolentus fuit.		
	Pugna naualis 7. Octob. qui erat diuæ Iustinę sa-		
	cer, inter Christianam & Turcicam classem commit		
	titur, in qua admirabili diuini numinis potẽtia Chri		
	stiani tantam uictoriam retulêre, quãta uix post ho-		
	minum memoriam ulla contra Barbaros Christia-		
	nis concessa legitur. Cuius classis primarius du		
	ctor erat Ioannes de Austria. Erant in Christiana		
	classe triremes ducentæ, quadriremes sex, naues		
	quas Holcadas uocant uiginti, quæ tamen pugnæ		
	non interfuerũt, quod ob placidum uentũ tempori		
	adesse nõ possent. Cæterę biremes, lyntres, & celo-		
	ces fuêre, quæ tametsi in pugna parum possũt, tamẽ		
	ad summã rei haud leue momentũ adferre uisę sunt.		
	Militũ hisce imposita erant 22. millia ex uarijs natio-		

nibus

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		nibus collectorum, uidelicet Hiſpanorũ 8000, Italorum 11000 & Germanorum 3000, præter quadriremes omnes remigibus, nautis, ac alijs ordinarijs hominibus quàm inſtructiſsimæ eſſent. Turcarum uerò claſsis ducẽtis, uiginti duabus triremibus, quadraginta biremibus, & magno minorum nauium erat inſtructa numero, quibus inerant uiginti quinq; millia pro maiori parte ueteranorum militum Prælium acerrimũ fuit. Hora enim diei decimaquinta inceptum, & uſq; ad uicesimam tertiam productum fuit. Capta Turcarum 5000, occiſa circiter unum & uiginti millia, Chriſtianorũ liberata quatuordecim millia, captę triremes Turcicæ centum quinquaginta & una, ſubmerſæ quadraginta. Solus Ochialis fuga ſibi conſuluit cum triremibus quinq;, & biremibus uiginti nouem. E confœderatis interijt Auguſtinus Barbarigus, cùm ſagittam altero oculo recepiſſet. Duces & nobiles Veneti octodecim, extranei ſeptem, militum uerò circiter quinq; millia, uulneratus imperator Venetus, ſagitta ingenu, fuit.		
D		Diſsidium inter Theologos Saxonicos de præſentia Chriſti in cœna Dominica oritur.		
		Nordfolciæ ducis in Anglia coniuratio cõtra reginam Elizabetham detecta, is iuſto Dei iudicio comprehenditur, atq; in carceres conijcitur 12. Octobris, Et deinde 17. Ianuarij anno 1572 Londi capite plectitur.		
		Malgaritum oppidum preſidio Turcarum munitũ Veneti occupant.		
		Cephalalgia ſæuiſsima per totam ferè Germaniam graſſatur.		
6770	7	Viſtulæ fluuij aquę in Poruſsia prope Thorream in ſanguinem per triduum conuerſæ. Deinde uerò fluuio ad priſtinam ſubſtantiam reuertente, circiter horã noctis nonam, terræmotus cum maximo turbine, & nubium ruptura facta eſt, ex cuius aquarum impetu dimidia muri pars abrepta, 40. domus abductæ, pontis iuga ſedecim auulſa, atque in undis 300 homines ſubmerſi fuêre. Lapides quoq; ponderis librarum de cœlo delapſi, homines ad terram proſtratos necarũt. Ad hęc granarium ciuitatis fulmine correptum, cum frumento igni conſumptum eſt.	8	1572
		Terræmotus Oeniponte 22 Ianuarij fit, & per triduũ durauit.		

Incendium

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni imperat.	Anni salutis.
	Incendium in arce Vuirceburgica, hora noctis decima oritur 29 Ianuarij sub Episcopo Friderico à Vuirsperg, tantasq; uires acquirit, ut Episcopus cubiculo suo conflagrante ægrè sola camisia indutus euaderet.		
	Men se Februario insolita niuium copia inferioris Saxoniq; terras cõplet, tamq; intensum frigus, etiam flumina nauigabilia Salam, Albim, & Visurgim cõstringit, ut id quod rarissimè accidere solet, nauigatio in ijs intercluderetur.		
	Catharina Sigismundi regis Poloniæ cõiunx, Ferdinandi imperatoris, & Annæ reginæ Bohemiæ filia septima moritur.		
	Circa Aprilem bellum Belgicum, quo Albanus post Auraici discessum, statua triumphali cũ illustri Eulogio erecta, se penitus defunctum existimârat, præter opinionẽ eius, aliorũq; cõpluriũ restauratur.		
	Pius v. Pontifex Romanus 1. Maij moritur.		
1	GREGORIVS XII. Pontifex Romanus eligitur, qui antea Hugo Boncompagnus nominabatur: Bononiensis, & primò ex professore iuris auditor Rotę, ex auditore Cardinalis Tituli H. S. Xysti à Pio IIII. anno 1565 factus.		
	Ludouicus Nassauiensis militem in Gallia properè colligit, & ex improuiso aliquot oppida ac munita loca in Hannonia occupat.		
	Valencina urbs in Hannonia occupata à Geusijs.		
	Montem munitissimam ciuitatem Hannoniæ Ludouicus Nassauiensis capit, eamq; præsidio firmat.		
	Vuilhelmus Comes Bergensis liber Baro Bochtmeri & Bilantij ob bona sibi ab Albano erepta, Zutphaniam ciuitatem occupat: ac mox Dauentrię obsidione relicta, Dorecum, Duisburgum, Grollium, aliaq; Geldriæ uicina loca in suam potestatẽ redigit.		
	Iohanna regina Nauarræ, nono die Iulij Lutetiæ Parisiorum obijt.		
	Dux Medimnæ Cœli à rege Hispaniarum Philippo successor Albano Belgici administratori datus, dum ignarus motuum Belgicorum, Flieſsingã Zelandiæ portum appellit, à Geusijs oppido erumpentibus ita excipitur, ut quidẽ aduentus ille sibi, suisq; tristis & ominosus, Geusijs uerò lætus ac peroptatus fuerit.		

Fœdus

Anni mundi.	Anni Pont.	Anni Imperat.	Anni salutis.
	Fœdus inter Gallię regem Carolum IX. & reginã Angliæ ſancitur.		
	Circiter ſextum Iunij motibus Belgicis ubiq; exardeſcentibus, Guilhelmus Aurantius nunciationem belli ad proceres ſtatuſq; Belgij proprio ſcripto publicat.		
	Georgius illuſtris ordinis Teutonici Boruſſiam adminiſtrator generalis, eiuſdemq; per Germaniam & Italiam ſupremus magiſter, Margenthemij extremũ uitæ diem decimoleptimo Iunij claudit.		
	Dordracum, Harlemium, Alcmaria, Leida, Delftium, Medenbligk, aliaq; uicina Holandiæ loca Auraici occupant. Et Binſium oppidum ob perfidiam ſuccenſum, miſereq; depopulatum.		
	Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ rex Calendis Iulij ex hac lachrymarum ualle diſcedit.		
	Harderuuicum in Holandia à Geuſijs occupatur.		
	Viennæ Nono Iulij poſt frequẽtes pluuias Danubius ita inundare cœpit, ut poſt hominum memoriã hoc anni tempore, maiorum aquarum illuuies nõ fuiſſe exiſtimetur.		
	Ruremunda ab Auraicis 21 Iulij expugnata.		
	Carolus Lotharingiacus Dux, qui Philippum iuniorem comitem Hanauuiẽſem beneficiarium ducatus Lotharingiaci rebellionis & inobediẽtię inſimularat, uiceſimo primo Iulij, Bitſchium & Lemburgam arces, cum adiunctis oppidulis, pagis & uillis, occupat.		
	Auguſti 14. nuptiæ maximo apparatu Parrhiſijs inter Henricum Nauarræorum regem & Margaretham ſororem Caroli IX. Franciæ regis celebratę ſunt.		
	Viceſimo ſecundo Auguſti Caſpar Colignius Caſtilionæus Amiralius Franciæ, cum è ſenatu, qui mane in Lupara regia Lutetię arce habitus erat, domum reuerteretur, obuius factus regi à ſacrario, quod eſt è regione Luparę exeunti, eum proſecutus eſt uſq; ad pallatium regium, inde ut pranſum iret, egreſſus, nobilibus aliquot comitatus, nondum centum paſſus proceſſerat, cùm ſupplici libello legẽdo pedibus iter faciens intentus, à ſclopetario è proximarum ædium feneſtra glandibus plumbeis ictus eſt E globulis unus indicem manus dextræ abſtulit, altero lauciatus eſt in brachio læuo. Eiuſdem Mẽſis 24. ſummo ma-		

ne arma-

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		ne armatorum turba, facto sibi aditu in ędes Amira-		
		lij per custodem quendam, Amiralium in cōclaui suo		
		cum ministris occidunt, sublatūq; semianime adhuc		
		corpus per fenestram abijciunt.		
		In Hugenotos utriusq; sexus per aliquot dies cæ-		
		des facta est, & eorum bona direpta.		
		Rupella in Gallia à copijs regijs circa finem Septemb. obsessa.		
		Mechlinia urbs 1. Octobris ab Hispanis direpta &		
		spoliata.		
		Nouemb. 17. circiter septimam Tauri partem noctu		
		quædam & admiranda stella conspecta.		
		Mōstrum nascitur prope Amsterodamum biceps		
		uitulus, gemino dorso, & octo pedibus.		
		Harlemium ob Hispanis deditione captum.		
6771	2	Catarum Veneti Turcis diripiunt.	9	1573
		Pax inter Reginā Angliæ & Hispaniæ regem ad biēnium facta.		
		Henricus Andium dux frater Caroli IX. regis Gal-		
		liæ, 10. Maij ab ordinibus & statibus regni Polonici		
		electus rex Poloniæ publicè declaratur.		
		Pax inter regem Galliæ & Rupellanos facta		
B		In Voitlandia & Misnia horribiles tempestates, &		
		inundationes aquarum fiunt.		
		In Phrysia circa Augustum pecudum inundatio-		
		ne perierunt ad 36000.		
		Sancenani diuturna oppugnatione pressi.		
		Iohan de Austria cum 105 triremibus armatis, & 40		
		nauibus Guletam uenit, Tunetum unà cum Biserta		
		occupat, & Amidam regem Tunetanum captiuum abducit.		
		Circa 16. Nouemb. Albanus ex Belgio discedit.		
		Iulius Echterus episcopus Herpipolensis 1. Decemb. eligitur.		
		Decemb. 8. horrenda fuit Lunæ defectio.		
6772	3	Christophorus Palatinus minimus natu filius Fri-	10	1574
		derici Palatini electoris Auraico militat, & in prælio		
		amittitur, ut ne hodierno die quicquā certi de eo habeatur.		
		Mittelburgum deditione captum 19. Febr.		
		Veneti & Turcæ pacem ineunt.		
		Paulus Manutius, Romæ 9 Aprilis moritur.		
		Ioachimus Camerarius uir doctissimus 17 Aprilis,		
		cùm uixisset annos 74 dies 6. diem suū obijt Lipsiæ.		
		Venetijs Palatium S. Marci 11. Maij magna ex par		
		te conflagratur: & post aliquot dies, nempe 15. Maij		
		iterum incendium Venetijs ortum est.		
		Bruxellis Brabantiæ incēdio correpta est 24. Maij.		
		Vualachiæ graues exactiones impositæ à Turca, quib. denegatis, tota		

Anni mundi.	Anni Pont.		Anni Imperat.	Anni salutis.
		à Turcis subacta, & Vuayuoda Vualachiæ luonia		
		crudeliter trucidatus.		
		Carolus 1x. rex Galliæ 30. Maij mortuus est. Eodē		
		die Henricus rex Polonię in demortui locum decla		
		ratus est Rex Franciæ.		
		Antuerpiæ tumultus oritur.		
		Henricus Franciæ & Poloniæ rex cum splendidè		
		in cœna tractasset Polonię proceres noctu cum qui-		
		busdam suis ministris tacitè ac clàm Cracouia abijt,		
		& magnis itineribus quàm longissimè potuit proce		
		dens, tandem circa Mensem Augustum in Galliam uenit.		
6773	4	Goleta à Turcis occupata & solo æquata.	11	1575
		Selymus Turcarum imperator moritur, quem A-		
		murathes eius filius in regno subsequutus est.		
		Pestis grassata per totam ferè Italiam, qua innume-		
		ra millia hominum sublata sunt.		
6774	5	Maximilianus II. Imp. obijt, cui surrogatus est fi-	12	1576
		lius eius Rodolphus II. huius nominis.		
		Eodem anno mortuus est Fridericus Palatinus,		
		ad Rhenum Elector, &c.		
		Terræmotus uarijs in locis Germaniæ & præci-		
D		puè Basileæ fiunt, incommodi tamen expertes.		
6775	6	Antuerpia ab Hispanis direpta & spoliata.	1	1577
		Dantiscum urbs obsessa à Vuayuoda Transylua		
		niæ & rege nouo Polonorum, cuius iugum illi respuebant.		
		Circa 12. Nōuembris Cometa per aliquot septi-		
		manas apparet.		
6776	7	Bellum Belgicum recrudescit, & status Belgici nouū	2	1578
		militem scribunt, Casymirus Palatinus ingētem ex-		
		ercitum tam pedestrem quàm equestrem collegit,		
		& in Belgium ad iuuandum Auraicum ducit.		
		Eodem anno Hispaniarum rex circa mensem Se-		
		ptembrem innumerosum exercitum collegit in Ger		
		mania, cuius supremus dux erat Annibal ab Embs.		

CHRONICORVM
FINIS.

Cassiodori Patritij Romani Consulum Romanorum, catalogus.

CLARISSIMO VIRO DOMINO THOMÆ MORO, ANGLIÆ BARONI, SERENISSIMI ANGLIÆ FRANCIÆQVE REGIS A CONSILIIS, AC DVCATVS LOCASTRIAE CANCELLARIO &c.

IOANNES COCHLEVS.

S. P. D.



Nueni hîc Optíme ac Eruditíſſime More, ín bibliotheca Dí ui Stephani Chronicon Caſsiodorí, líbellũ quídẽ paruulũ, ſed Romana nobilitate inſignem, eruditíſq; omnibus meritò deſiderabílem. Is tuís potíſsimum auſpicíjs in publicam lucem poſt longas tenebras exíre geſtit: quía neq; ínter eruditos, neque ínter magíſtratus reíque publícæ conſultores quíſq; hodie uíuit, quí míhi uídeat in omníb. Caſſiodorí ſimílior quàm tu es. Nulli pfecto detrahere, nullum contemnere eſt animus. Scio multos exímia eruditione illuſtrare ſeculum hoc noſtrum, uídeo in repub. magna nonnullos autoritate pollere, dexteritate moderarí, honoribus fulgere. Sed quí ſic coníunxerit eruditioní omnígenæ cunctas uírtutes políticas, & quídem ſumma cum pietate ac bonitate, ut olim Caſſiodorus, præter te equídem (bona omnium pace díxerím) neminem noui. Patere ígitur æquo, precor, anímo, hunc paruum magní authoris líbellum nomíní nuncuparí tuo, ut per te Romana iuuentus, belli calamitatibus míſerè nunc affli cta, nonníhil conſolationis ex hoc breuí líbello accípiat, dum antíquæ nobílitatís ſuæ pulcherrímam hanc certa, licet longíſsima ualdeq; numeroſa Cõſulum ſerie imaginem intuetur & agnoſcit. Habet autor iſte eruditionís quídem ac pietatís ſuæ certíſsima in ſuís ſuper Pſalterium Commentarijs teſtímonia. Probitatís aũt & prudentiæ iuſtitiæq; eius integritatem ac omnímodum dignitatum fulgorem ex XII. líbrís Epiſtolarũ eius líquidò cognoſcet, quíſquís felix eorũ líbrorum poſſeſſor eſt. Quos utíq; ſimul cũ nonnullis aljs eius opuſculís æditurus eram, ſi míhi Romę, ubí eos relíqui, ut cũ exẽplarí quod ín bibliotheca Vaticaní erat, aliquãdo cõferrẽ, à mílitũ direptione ſalui permãſiſſent. Ex ínnumerís aũt publiciſq; de eo eiuſq; parẽte teſtimonijs, unum aut alterũ paucís hic referã. De patre quídẽ eius ita ſcripſit ad Senatũ rex Theodericus: Meminiſtis P.C. & adhuc recentium uobis rerũ memoria míniſtratur, qua moderatione Prætoriano culmíni locatus ínſederit, & eue. *Lib. 1. Epiſt. 4.* ctus in celſum índe magís deſpexerit uítia proſpectorum, iũxit bene cũ uniuerſorum gaudijs noſtra compendia, ærario munificus & iuſtè ſoluẽtib. gratioſus. Senſit tunc reſpublica ex illo cœtu Romuleo innocẽtię uirum, qui ſe moderando glorioſum fecerit: hoc tamẽ maius contulit, quía bonæ actionís exemplum ſequẽtibus reliquit. Pudet enim eum peccare, qui laudatis uidẽ potuiſſet ſuccedere. Fuit itaq;, ut ſcítis, mílitibus uerẽdus, prouincialibus mítis, dandí auídus, accipiendi faſtidioſus, deteſtator crímínis, amator æquitatis, &c. Ad ipſum aũt Caſſiodorum filium in Præfecturam Prætorianą mox euehẽdũ, ita ſcripſit rex Athalaricus, Theodorici regis & nepos, & in regno *Lib. 9. Epiſtola 24.* ſucceſſor: Erat planè, inquit, quod in te prædicaret Dominus auus noſter exímiũ, animũ ad promerẽda beneficia patulũ, & cõtra uítia cupiditatis obſtructũ, dũ neſcío quo pacto raro eſt in hominib. manus clauſa & aperta iuſtitia. Neſciuit quiſquam de te ſubmurmurare contraría, cum tamẽ de príncipalí gratia ſuſtíneres inuidiã, derogare cupiẽtes uícit íntegrítas actionis. Et poſt pauca:

ca: Quapropter iuuante Deo, quo autore cuncta prosperãtur, ab Indictione XII, in præfecturæ Prætorianæ te suggestu atq; insignibus collocamus, ut probatũ iudicem siue metu Prouinciæ suscipiant, quas hactenus cognouimus improborum actione fatigatas. Sed quamuis habeas paternam Præfecturã Italico orbe prædictam, aliorũ tibi tamen exempla non ponimus; uetera moribus tuis & omnium uota complesti. Et infrà: Constitue & huic regulam dignitati, qui anteactis fascibus mirabilis continentiæ exempla præbuisti: Nã licet omnes penè honores summos æqualiter egeris, habes tamẽ proposita conscientiæ bona, ubi nullam decet esse mensuram, &c. Idem ad Senatũ: Cu
P. C. Diocletiani X. & Maximi VII.
II. P. C. Diocletiani X. & Maximi VII.
Maximus VIII. & Licinius. Const.

Constantinus II. & Licinius II.
Constantinus III. & Licinius III.
Volusianus & Annianus.
Constantinus IIII. & Licinius IIII.
Sabinus & Rufinus.
Gallicanus & Bassus.
Licinius V. & Crispus.
Constantinus V. & Licinius Cæs.
Cõstantinus VI. & Cõstantius Cæs.
Crispus II. & Constantius Cæs. II.
Probianus & Iulianus.
Seuerus & Rufinus.
Crispus III. & Constantius III.
Paulinus & Iulianus.
Constantius VII. & Constantius IIII.
Constantius V. & Maximus.
Ianuarius & Iustus.
Hĩs COSS. Vicennalia Constantini Nicomediæ acta, & sequenti anno Romæ edita.
Constantinus VIII. & Cõstantius VI.
Constantius VII. & Symmachus.
Bassus & Ablabius.
Pacatianus & Hilarianus.
Hĩs COS S. ciuitas, quæ prius Byzãtium dicta est, mutato nomine à Cõstantino Constantinopolis dicta.
Dalmatius & Zenophilus.
Optatus & Paulinus.
Constantius & Albinus.
Nepotianus & Facundus.
Felicianus & Titianus.
Vrsus & Polemius.
Constantius II. & Constans.
Hĩs COSS. Cõstantinus Imperator dũ bellũ pararet in Persas, in Acyrone uilla publica, iuxta Nicomediam moritur, anno ætatis LXVI. Post quẽ tres liberi eius, id est, Cõstantinus, Cõstantius & Cõstans, q regnauerũt an. XXIIII. mẽsib. V. dieb. XXIII. Sub quibus hĩ Consules fuerunt.

CONSTANTINVS, CONSTANTIUS & Constans XXXV.

Acyndinus & Proculus.
Marcellinus & Probinus.
Constantius III. & Constans II.
Hĩs COSS. Cõstãtinus bellũ fatri Cõstantio inferẽs, iuxta Aquileiã Al-
Placidus & Romulus. (sæ occiditur.
Leontius & Sallustius.
Hĩs COS S. Franci à Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.
Constantius IIII. & Constans IIII.
Amantius & Albinus.
P.C. Amantij & Albini.
Rufinus & Eusebius.
Hĩs COSS. magnis reipub. expensis in Seleucia Syriæ portus efficitur.
Philippus & Sallia.
Hĩs COS S. Solis facta defectio.
Limenius & Catulinus.
Sergius & Nigredianus.
Hĩs COSS. Constãs haud lõge ab Hispania in castro cui Helenæ nomẽ est, interficitur, anno ætatis XXX. & Constantius remãsit in regno.
P.C. Sergij & Nigridiani.
Constantius V. & Constans Cæs.
Cõstantius VI. & Constans Cæs. II.
Cõstantius VII. & Constans Cæs. III.
Arbitrio & Lollianus.
Hĩs COSS. Victorinus rhetor & Donatus grãmaticus Romæ insignes.
Cõstãtius VIII. et Iulianꝰ Cęs. (habent
Constantius IX. & Iulianus Cæs. II.
Hĩs COS S. magnæ Alemannorũ copiæ ad Argẽtoratũ oppidum Galliarum deletæ sunt.
Titianus & Cærealis.
Eusebius & Hypatius.
Cõstantius X. & Iulianus Cæs. III.
Hĩs COS S. Honoriatus nomine, primus Cõstãtinopel Præfectus urbi
Taurus & Florentius. (esse cœpit.
Mamertinus & Neuitta.
Hĩs COS S. Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamq; moritur, an. ætatis XLVI. Cui successit Iulianus, qui regnauit anno uno. Sub q̃ hĩ Consules fuerunt.

IVLIANVS XXXVI.

Iulianus IIII. & Sallustius.
Hĩs COSS. Julianꝰ post uictoriã apud Persas occiditur, an. ætatis XXXII. Post quẽ sequenti die Iouianus ex Primicerio domesticorũ factus est Imperator, qui regnauit mensibus VIII. Sub quo hĩ Cõsules fuerunt.

IOVIANVS XXXVII.

Iouianus & Varronianus.
Hĩs COS S. Iouianus Imperator mo-

C tur an. ætatis XXXIIII. Post quem Valentinianus Tribunus Scutariorũ apud Nicæã Augustus appellatus, fratrẽ Valentẽ Cõstãtinopoli in concionẽ ad sumit imperij, qui regnauit an. XIIII. mensibus V. Sub quo hij Consules fuerunt.

VALENTINIANVS XXXVIII.

Valentinianus & Valens.
Gratianus & Gadalaiphus.
Lubicinus & Iouinus.
Hijs COSS. Gratianus Valẽtiniani filius Ambianis Imperator factus est. Apud Atrebatas lana cœlo pluuiæ mixta defluit.
Valentinianus II. & Valens II.
Valentinianus N.P. & Victor.
Valentinianus IIII. & Valens III.
Gratianus II. & Probus.
Modestus & Arintheus.
Valentinianus III. & Valens IIII.
Hijs COSS. Saxones cæsi. † Deusione in regione Frãcorũ Burgundionum LXXX. ferè millia, quot nunq; antea ad Rhenũ descẽderunt. Clearcus urbi Cõstantinopoli necessariã aquã, & quandiu ciuitas optabat, induxit.

† De Vsone Nepos.

D

Gratianus III. & Equitius.
P.C. Gratiani III. Equitij.
Valens V. & Valentianus.
Hijs COSS. Valentinianus apoplexia Brigitione moritᵉ. Post quẽ Gratianus adsumpto in imperio Valentiniano fratre cũ patruo Valẽte re-
Gratianus IIII. & Merobaudes. (gnat
Hijs COSS. Alemannorum circiter XXX. millia apud Argentariã oppidum Galliarum cæsa. Gothi diffunduntur in Thracia.
Valens VI. & Valentinianus.
Hijs COSS. à Gothis in Thracia Valẽtis trucidatᵉ exercitus. Ipse quoq; Impator incensa domo ubi se occultauerat, igne cõbustus est: cui succesit in oriente Theodosius Theodosij filius, quem sibi in consortium Gratianus asciuit. Gratianus itaq; cũ XIIII. regnasset annis cũ Theodosio regnat an. VI. Sub quibus hij Consules fuerunt.

THEODOSIVS XXXIX.

Ausonius & Olybrius.
Gratianus V. & Theodosius.
Hijs COSS. Ambrosius Episcopus de Christiana fide multa sublimi
Syagrius & Eucherius. (ter scribit.
Hijs COSS. Martinus Episcopus Turorum Galliæ ciuitas clarus habe-
Antonius & Syagrius. (tur.
Hijs COSS. Athanaricus rex Gothorũ Cõstãtinopolim uenit, ibiq; uitam
Merobaudes II. et Saturninus (exegit
Hijs COSS. Arcadius Theodosij imperatoris filius Augustus appellatᵉ.
Ricimer & Clearchus.
Hijs COSS. Gratianus apud Lugdunũ captus occiditᵉ. Residui Valẽtinianus et Theodosius regnant an. VIII. Sub quib. hij Cõsules fuerunt.

VALENTINIANVS ET THEODO-

Arcadius & Bauto. (sius XI.
Hijs COSS. Hieronymus presbyter in Bethleem positus, toto mundo mirabilis habetur.
Honorius † N.P. & Euodius.
Valentinianus II. & Europius.
Theodosius II. & Cyneius.
Timasius & Promotus.
Valentinianus IIII. & Neoterius.
Titianus & Symmachus.
Arcadius II. & Rufinus.
Hijs COSS. Valẽtinianus uitę tędio apud Viennã laqueo perijt. Theodosius cũ iã per XIIII. an. regnasset cũ Arcadio & Honorio regnat an. II. Sub quibus hij cõsules fuerunt.

THEODOSIVS, ARCADIVS & Honorius XLI.

Theodosius III. & Abundantius.
Arcadius III. & Honorius II.
Hijs COSS. Ioannes monachus gratia præditus Theodosiũ cõsulentẽ de cuẽtu belli, ꝙd aduersum Eugenium mouebat, uictorem fore pro-
Olybrius & Probinus. (nunciat.
Hijs COSS. Theodosius Eugenium tyrannum uincit & perimit. Augustinus beati Ambrosij discipulus, multa facundia doctrinaq; excellens, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur.
Hoc tempore Claudianus Poẽta insignis habetur. Theo-

Theodosius Imperator Mediolani moritur. Post quem Arcadius cum iam regnasset annis XII. cum fratre Honorio regnat annis XIII. Sub quibus hij Consules fuerunt.

ARCADIVS XLII.

Arcadius IIII. & Honorius III.
Cæsarius & Atticus.
Honorius IIII. & Eutychianus.
†Macilius & Theodorus.
Stilico & Aurelianus.
Hijs coss. Gothi Halarico & Radagaiso regibus ingrediũtur Italiam.
Vincentius & † Frauita.
Arcadius V. & Honorius V.
Hijs coss. Polentiæ Stiliconem cum exercitu Romano Gothi uictum acie fugauerunt.
Theodosius Aug. I. & †Rumoridus.
Honorius VI. & Aristenetus.
Stilico II. & Anthemius.
Arcadius VI. & Probus.
Hijs coss. Vandali & Alani traiecto Rheno Gallias intrauerunt.
Honorius VII. & Theodosius II.
Bassus & Philippus.
Hijs coss. Arcadius Imperator Cõstantinopoli moritur. Honorius cũ Theodosio fratris filio regnauit an. XX. Sub quo hij Consules fuerunt.

HONORIVS ET THEODOSIVS XLIII.

Honorius VIII. & Theodosius III.
Hijs coss. Vandali Hispanias occupauerunt.
† Varan & Tertullus.
Hijs coss. Roma à Gothis Halarico duce capta est, ubi clementer usi uictoria sunt.
Theodosius Aug. IIII. cos.
Honorius IX. & Theodosius V.
Hijs coss. Gothi rege Ataulpho Gallias intrauerunt.
† Lucius VC. cos.
Hijs coss. Burgundiones partẽ Galliæ Rheno tenuere coniunctam.
Constantius & Constans.
Honorius X. & Theodosius VI.
Theodosius VII. & Palladius.
Hijs coss. Gotthi placati, Constantio Placidam reddiderũt, cuius nuptias promeretur.
Honorius XI. & Constantius II.
Honorius XII. & Theodosius VIII.
Monaxius & Plinta.
Theodosius IX. & Constantius III.
Hijs coss. Constantius ab Honorio in societatem regni recipitur.
Agricola & Eustachius. †Manilius.
Hijs coss. Constantinus Imperator moritur.
Honorius XIII. & Theodosius X.
Hijs coss. exercitus ad Hispanias cõtra Vandalos missus est. †Fabricio.
Marinianus & Asclepiodotus.
Hijs coss. Placidia Augusta à fratre Honorio ob suspicionem inuitatorum hostium cum Honorio & Valentiniano filijs ad orientem mittitur, Honorio moriẽ, & solus Theodosio Romanum imperium tenet annis XXVII. Sub quo hij Consules fuerunt. † Rimoridio.

THEODOSIVS XLIIII.

Castinus & Victor.
Hijs coss. Theodosius Valentinianum consobrinum Cæsarem facit, & cum Augusta matre ad recipiendum occidẽtale mittit imperium.
Theodosius XI. & Valentinianus Cæsar.
Hijs coss. Ioannem Tyrannum Valẽtinianus Imperator extinxit, Hunosq; qui in Italia erant Ioannis Præsidio, per Aetium mira felicitate dimouit.
Theodosius XII. & Valentinianus II. † Flauius Varro Cos.
Hierius & Ardabures.
Hijs coss. Bonifacio Africam tenẽti infauste bellum ingeritur. Gens Vandalorum à Gothis excluſa, de Hispanijs ad Africam transit.
Felix & Taurus.
Hijs coss. Aetius multis Francis cęsis, quã occupauerant propinquã Rheno Partem recipit Galliarum. † Lucianus
Florentius & Dionysius.
Theodosius XIII. & Valẽtinian9 III.
Bassus & Antiochus.
Actius & Valerius.

Theodosius

C Theodosius XIIII. & Maximus.
Aspar & Ariouindus.
Theodosius XV. & Valētinianus IIII.
Hijs coss. pax facta cum Vandalis. data eis ad habitandū Africæ portione. Cundicharium Burgundionum regem Aetius bello subegit, pacēq; ei reddidit supplicanti, quē non multo pòst Huni peremerūt.
Isidorus & Senator.
Aetius II. & Sigisuultus.
Hijs coss. Aug. Valentinianus ad Theodosium Principem Constantinopolim proficiscitur, filiamq; eius in matrimonium accipit.
(Opilio.
Theodosius XVI. & Faustus.
Theodosius XVII. & Festus.
Hijs coss. bellum aduersus Gothos huius auxiliaribus geritur, & Litorius dux Romanus ab eis capitur. Ginsericus de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis inuadit.
Valentinianus Aug. V. & Anatolio
Hijs coss. Ginsericus Siciliam grauiter affligit.
D Cyrus VC. cos.
Hoc cos. Theodosius Imperator bellum contra Vandalos ineffaciter mouit.
Dioscorus & Eudoxius.
Hijs coss. Huni Thracias & Illyricū sæua populatione uastarunt, cum Ginserico ab Aug. Valentiniano pax confirmata, & certis spacijs Africa inter utroscq; diuisa est.
Maximus II. & Paternus.
Bledam. Theodosius XXIII. & Albinus.
Hijs coss. Attila rex Hunorum † Bledam fratrem & consortem in regno suo perimit, eiuscq; populos sibi parere compellit.
Valentinianus VI. & Nonius.
Aetius III. & Symmachus.
† Hiero. † Callepius & Ardabures.
Posthumianus & Zeno.
Asturius & Protogenes.
Valentinianus VII. & Auienus.
Hijs coss. Theodosius moritur. Post quem Martianus adscitus in imperium, qui regnauit annis VII.

Sub quo hij coss. fuerunt.

MARTIANVS XLV.

Martianus Aug. & Adelphius.
Hijs coss. Romani Aetia duce Gothis auxiliaribus cōtra Attilā in cāpis Catalaunicis pugnauerunt, qui uirtute Gothorū superatq; abscelsit
Herculanus & Asporatius.
Hijs coss. Attila redintegratis uiribus Aquileiam magna ui dimicans introiuit, cū quo à Valentiniano Imperatore Papa Leo directus pacē fecit † Opio & Vincomalus.
Hijs coss. Attila in sedib. suis moritur.
Aetius & Studius.
Hijs coss. Aetius Patritius in Palatio manu Valentiniani Imperatoris extinctus est. Boētius uerò Præfectus Prætorio amicis eius circunstantibus interemptus.
Valentinianus VIII. & Anthemius.
Hijs coss. in cāpo Martio ab amicis Aetij Valētiniani occidit. Post quē Maximus inuasit imperiū, qui intra duos mēses à militib. extinctus, in Tiberim proijcitur. Eodē anno per Ginsericū omnibus opibus suis Roma uacuata est. Post Oaximū Auitus in Gallijs sumit imperium.
Ioannes & Varari.
Hijs coss. Placētiæ deposuit Auitus
Constantius & Rufus. (imperium.
Hijs coss. Martiano defuncto Leo oriētis, Maiorianus Italiæ susceptit imperiū. Sub quibus hij coss. fue

LEO. XLVI. (runt.

Leo Aug. & Maiorianus Aug.
Hijs coss. Maiorianus in Africā mo
Ricimer & Patritius. (uit procinctū.
Magnus & Apollonius.
Seuerinus & Dagalaiphus.
Hijs coss. Maiorianus immissione Ricimeris extinguitur, cui Seuerū natione Lucanum Rauennę succedere fecit in regno.
Leo Aug. II. & Seuerus Aug.
Basilius & Vinianus.
Rusticus & Olybrius.
Hijs coss. Rex Halanorum Beorgor axud Pergamum à Patritio Ricimere peremptus.

Arimineric⁹

Arminericus & Basilicus.
Hijs COSS. ut dicitur. Ricimeris fraude Seuerus Romæ in Palatio uenene peremptus est.
Leo Aug. III. COS.
Buseus & Ioannes.
Hijs COSS. Antonius à Leone Imperatore ad Italiam mittitur, qui tertio ab urbe militario in loco Brontotas suscepit imperium.
Anthemius Aug. II. COS.
Hoc COS. in Sicilia Marcellinus occiditur.
Martianus & Zeno.
Hijs COSS. Arabundus imperium tẽtãs, iussu Anthemij exilio deportat.
Seuerus & Iordanes.
Hijs COSS. Romanus Patritius affectans imperium capitaliter est punitus.
Leo Aug. IIII. & Probianus.
Hijs COSS. Constantinopoli affecta tyrannide à Leone principe Aspar occiditur.
Festus Martianus.
Hijs COSS. Patritius Ricimer Romæ facto Imperatore Olybrio, Anthemium contra reuerentiam Principis & ius affinitatis, cum graui clade ciuitatis extinguit, qui non diutius peracto scelere gloriatus, post XL. dies defunctꝰ est, Olybrius autem septimo imperij mense uitam peregit.
Leo Aug. VC. COS.
Hoc COS. Gundibato hortante Glicerius Rauennæ sumpsit imperiũ.
Eodem anno Leo nepotẽ suum Leonem consortem facit imperij.
Leo iunior Aug. COS.
Hoc COS. Imperator Leo senior defunctus est, cui Zeno successit in imperio, qui regnauit annis XVII. Sub quo hij COSS. fuerunt. Eo etiam anno Romæ Glicerio Nepos successit regno.
Post COSS. Leonius Aug. iunioris.

ZENON XLVII.

Eodẽ anno Orestes, Nepote in Dalmatias fugato, filio suo Augustulo dedit imperium.

Basiliscus II. & Armatus.
Hijs COSS. ab † Odouacre Orestes & frater eius Paulus extincti sunt, nomenq; regis Odouacer adsumpsit, cum tamen nec purpura, nec regalibus uteretur insignibus. † Odoacer.
P. C. Basilisci II. & Armati.
Ellus VC. COS.
Meno Aug. II. COS.
Basilius VC. COS.
Placidus VC. COS.
Hoc COS. Odouacer in Dalmatijs Odiuam uincit & perimit.
Seuerinus VC. COS.
Faustus VC. COS.
DN. Theodoricus & Venantius.
Symmachus VC. COS.
Decius & Longinus.
Boëtius VC. COS.
Hoc COS. Odouacer Phœba rege Rugorũ uicto captoq; potitus est.
Dinamius & Sifidius.
Probinus & Eusebius.
Hijs COSS. felicissimus atq; fortissimꝰ DN. Rex Theodericus intrauit Italiam, cui Odouacer ad † Isontiũ pugnã parans, uictus cum tota gente fugatus est. Eodẽ anno repetito cõflictu Veronæ uincitur Odouacer. † Sontium.
Faustus Iun. COS.
Hoc COS. ad Ducam Fluuium Odouacrẽ DN. Theodoricus rex tertio certamine superauit, qui Rauennã fugiens, obsidetur inclusus.
Olybrius Iun. COS.
Hoc COS. Odouacer cum Erubis egressus Rauennam, nocturnis horis ad pontem Candidium à D. nostro rege Theodorico memorabili certamine superatꝰ: Tunc etiã Vandali pace supplicẽ postulata, à Siciliæ solita deprædatione cessarũt.
Eodem anno Zeno occubuit, cui Anastasius in orientali successit imperio.

ANASTASIVS XLVIII.

Anastasius Aug. & Rufus.
Albinus VC. COS.
Hoc COS. DN. rex Theodoricus Rauennam ingressus, Odouacrẽ molientem sibi insidias interimit.

Asterius

C Asterius & Præsidius.
Viator VC. COS.
Paulus VC. COS.
Anastasius Aug. II. COS.
Paulinus & Ioannes:
Ioannes VC. COS.
Patritius & Hypatius.
Hoc anno DN. Rex Theodoricus Romam cunctorum uotis expetitus aduenit, & Senatũ suum mira affabilitate tractans, Romanæ plebi donauit annonas, atq; admirandis mœnibus deputata per annos singulos maxima pecuniæ quantitate subuenit, sub cuius felici imperio plurimæ renouãtur urbes, munitissima castella conduntur, consurgũt admirãda palatia, magnisq; eius operibus antiqua miracula superantur.
Auienus & Pompeius.
Auienus Iun. & Probus.
Hijs COSS. DN. Rex Theodoricus
D aquam Rauẽnam perduxit, cuius formam sumptu proprio instaurauit, quę lõgis ante fuerat ad solum reducta temporibus.
Cætheus VC. COS.
Hoc COS. uirtute DN. regis Theodorici uictis Bulgaribus Syrmium recepit Italia.
Theodorus & Sabinianus.
Messala & Arioninna.
Anastasius Aug. III. & Venantius.
Venantius iunior & Celer.
Hijs COS S. contra Frãcos à Domino nostro destinat exercitus, qui Gallias Francorum deprędatione confusas uictis hostibus ac fugatis suo adquisiuit imperio.
Importunus VC. COS.
Boëtius VC. COS.
Felix & Secundinus.
Paulus & Muschianus.
Probus & Clementinus.
Senator VC. COS.
Me etiam CO S. in uestrorum laude temporum adunato Clero uel populo Romanæ ecclesiæ redijt optata concordia.
Florentinus & Anthemius.
Hijs COSS. DN. Theodoricus filiam suam Dominam Amalasuintã gloriosi uiri DN. Eutharici matrimonio Deo auspice copulauit.
Petrus VC. COS.
Eo anno DN. Eutharicus Cillica mirabili gratia Senatus et plebis ad q̃dẽ dũ exceptus est feliciter Consulatũ.
DN. Eutharicus Cillica & Iustinus Augustus.
Eo anno multa uidit Roma miracula ædition̄ibus singulis, stupẽte etiã Symmacho oriẽtis Legato diuitias. Gothis Romanisq; donatas dignitates cessit in Curia: muneribus Amphitheatralib. diuersi generis feras quas p̄sens ætas pro nouitate miraretur, exhibuit. Cuius spectaculi uoluptates etiam exquisitas Africa sub deuotione transmisit. Cunctis itaq; eximia laude cõpletis, tanto amore ciuibus Romanis insederat, ut eius adhuc præsentiã desiderantibus Rauennam ad gloriosi patris remearet aspectus, ubi iteratis ædition̄ibus tanta Gothis Romanisq; dona largitus est, ut solus potuerit superare quem Romę celebrauerat Consulatum.
Igitur ut effusam annorum seriem auctorum testificatione digestam, sub breuitatis compẽdio redigamus.
Ab Adam usq; ad diluuium, sicut ex Chronicis Eusebij Hieronymi collegimus, anni sunt I I CCXLII.
A` diluuio usq; ad Ninum Assyriorũ regem anni sunt DCCCXCIX.
A` Nino usq; ad Latinum regem anni sunt DCLII.
A` Latino rege usq; ad Romulum anni sunt CCCCLVII.
A` Romulo usq; ad Brutum & Tarquiniũ primos Cõsules anni sũt CCXL.
A` Bruto & Tarquinio usq; ad Cõsulatum uestrum, sicut ex Tito Liuio et Ausidio Basso et Paschali uirorũ clarorum autoritate firmatò collegimus, anni sunt MXXXI.
Ac si totus ordo seculorum usque ad Consulatum uestrum colligitur, anni sunt V DCCXXI.

Rusticus

Rusticus et Vitalis Augg. coss.
Valerius et Iustinianus vvcc.
Symmachus et Boetius vvcc.
Maximus vc.
Opilio et Iustinus Augg. vvcc.
Probus & Philoxenus vvcc.
Olobrius vc.
Maburtius vc.
Iustinianus Aug. II. vc.
Decius vc.
Lampadius et Orestes vvcc.
P.C. Lampadij & Orestis vvcc.
Item P.C. Lampadij & Orestis vvcc.
Iustinianus Aug. III. coss.
Iustinianus Aug. IIII. et Paulinus coss.
* Bilisarius vc.
P.C. Bilisarij vc.
Item P.C. Bilisarij vc.
Ioannes vc.
Appius vc.
Iustinus iunior vc.
Basilius vc.
P.C. Basilij vc.
Item P.C. Basilij vc.
Et item P.C. Basilij vc.
IIII. P.C. Basilij vc.
V. P.C. Basilij vc.
VI. P.C. Basilij vc.
VII. P.C. Basilij vc.
VIII. P.C. Basilij vc.
IX. P.C. Basilij vc.
X. P.C. Basilij vc.
XI. P.C. Basilij vc.
XII. P.C. Basilij vc.
XIII. P.C. Basilij vc.
XIIII. P.C. Basilij vc.
XV. P.C. Basilij vc.
XVI. P.C. Basilij vc.
XVII. P.C. Basilij vc.
XVIII. P.C. Basilij vc.

* Hic coss. Gothis in Italia bellū intulit Iustinianus imperator, neque ullum deinceps Roma cōsulē habuit

MAGNI AVRELII CASSIODORI CHRONICORVM FINIS.

HERMANNI CONTRACTI COMITIS VERINGENSIS. CRONICON.

DE SEX MVNDI AETATIBVS.

Aduerbum ferè sunt ex Beda trã scripta.

Anni mũdi.

PRima est mundi huius ætas ab Adam usque ad Noe, continens annos iuxta hebraicam ueritatem MDCLVI. iuxta LXX. Interpretes ī CCXLII. Generationes iuxta utranq; æditionem numero X. Quæ uniuersali deleta est diluuio, sicut primam cuiusque hominis obliuio demergere consueuit ætatem: Quotus enim quisque est qui suam recordetur infantiam? Secunda ætas à Noe usque ad Abraham generationes iuxta hebraicam ueritatem complexa X. annos autem CCXCII. Porrò iuxta LXX. Interpretes an. MLXXII. generationes uerò XI. Hæc quasi pueritia fuit generis populi Dei, & ideo in lingua inuenta est, id est, Hebræa: A' pueritia nanque homo incipit loqui nosse post infantiam, quæ hinc appellata est, quod fari non potest. Tertia ab Abraham usq; ad Dauid generationes iuxta utranque autoritatem XIIII. annos uerò DCCCXLII. complectens. Hæc quædam uelut adolescentia fuit populi Dei, à qua ætate quia incipit homo posse generare, propterea Matthæus Euangelista generationum ex Abraham sumpsit exordium. Qui etiam pater gentiũ constitutus est, quãdo mutatum nomen accepit. Quarta à Dauid usq; ad transmigrationẽ Babylonis, habens annos iuxta hebraicã ueritatem CCCCLXXIII. Iuxta LXX. translationem XII. amplius. Generationes iuxta utrosq; codices XVII. quas tamen Euangelista Matthæus certi mysterij gratia XIIII. ponit. A' qua uelut iuuenili ętate in populo Dei regum tempora cœperunt: Hæc nanque in hominibus ętas apta gubernando solet existere regno. Quinta quasi senilis ætas à trãsmigratione Babylonis usq; in aduentũ Domini saluatoris est, generationibus & ipsa XIIII. Porrò annis DLXXXIX. extenta. In qua ut graui senectute fessa, malis crebrioríb. plebs Hebræa quassatur. Sexta, q̃ nũc agitur ætas nulla generationum uel temporum serie certa, sed ut ætas decrepita ipsa totius seculi morte consumãda. Has ærũnosas plenasq; laboribus mũdi ætates sancti quiq; felici morte uicerũt, septimam iam sabbati perennis ætate susceptí, octauam beatæ resurrectionis ætatem, in qua semper cum Domino regnent, expectant.

Prima igitur ætate seculi nascentis prima huius die fecit Deus lucẽ, quam appellauit diẽ. Secũda firmamentũ cœli in medio librauit aquarũ, ipsis aquis ac terra cũ cœlo superiore, ac uirtutibus quæ in eo Cõditorem laudarent, ante horum VI. dierum exordiũ creatis. Tertia die congregatis aquis in suũ locum, quæ cuncta contexerant, aridam iussit apparere. Quarta, sidera in firmamento cœli posuit, quæ nunc quãtũ ęquinoctij cõiectura colligimus, XII. Calendarũ Aprilíũ dies uocat. Quinta, natalitia & uolatilia creauit animalia. Sexta, animalia terrestria & ipsum hominẽ formauit Adã, de cuius latere dormiẽtis matrẽ omnium uiuẽtium produxit Euam. Quæ nũc quantũ mihi uideť esse credibile,

A credibile, x. Cal. Aprilium dies appellatur. Vnde merito creditur, si nõ uerior sententia uincit, quod beatus Theophilus cũ cæteris non solũ Palæstinæ, sed & permultis aliarum regionum Episcopis de Pascha di sputans scripsit, eodem x. Cal. Aprilium die Dominum fuisse crucifixum. Decebat enim una eademq; non solum hebdomadis, sed mẽsis die secundum Adam pro generis humani salute uiuifica morte sopitũ, de productis è latere suo sacramẽtis cœlestibus sponsam sibi sanctifica re Ecclesiam: qua uidelicet die primum Adam, patrẽ uidelicet humani generis ipse creauerat, eiq; de latere costam tollens ędificauit mulierẽ, cuius adiutorio genus propagaret humanum. | Anni mũdi.

Adam annorum CXXX. genuit Seth, cui superuixit annis DCCC. Verum LXX. Interpretes ante natum Seth posuere annos CCXXX. postea DCC. Seth interpretatur resurrectio, significãs resurrectionem à mortuis Christi, cuius mortem illatam à Iudæis significat Abel, qui dicitur luctus, à fratre Cain occisus. | 130

Seth annorũ CV. genuit Enos, cui superuixit an. DCCCVII. Porrò LXX. ante natum Enos annos CCV. postea posuere DCCVII. Enos interpretatur homo de q̃ benedicitur: Iste cœpit inuocare nomẽ Dñi. Quod hominũ est, ppriũ, ut suæ fragilitatis memores inuocẽt Cõditoris auxiliũ, eorũ dũtaxat, qui in fide Christi uiuẽtes filij resurrectionis esse lætent. | 235

Enos annorum XC. genuit Cainam, cui superuixit annis DCCCV. Sed | 335
B LXX. ante natum Cainan CXC. annos, postea DCCXV. posuere.

Cainan annorũ LXX. genuit Malaleel, post cuius ortum uixit annos DCCCXL. LXX. ante natum Malaleel CLXX. postea dixere DCCXL. | 395

Malaleel annorum LXV. genuit Iareth, cui superuixit an. DCCCXXX. LXX. ante natum Iareth CXLV, postea posuere annos DCCXXX. | 460

Iareth annorũ CXLII. genuit Enoch, cui superuixit annis DCCC. In hac generatione nusquam utriq; codices discrepãt. Hunc Enoch nõnulla diuina scripsisse Iuda Apostolo attestãte cõperimus. Sed ut beatus Augustinus dicit, Nõ frustra non sunt in eo Canone scripturarum, qui seruabatur in templo Hebræi populi succedentium diligẽtia sacerdotũ, nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt, nec utrũ hæc essent quæ ille scripsisset poterat inueniri: Vnde illa quæ sub ei9 nomine proferuntur, & continẽt illas de Gygãtibus fabulas, quod non habuerint homines patres, recte à prudẽtib. iudicãtur nõ ipsius esse credẽda. | 622

Enoch annorum LXV. genuit Mathusalã, post cuius ortũ ambulauit cũ Deo CCC. annis LXX. ante natũ Mathusalam posuere CLXV. annos, postea CC. Et bene in septima generatione Enoch, q̃ interpretatur dedicatio, tulit à mortalibus Deus, quia ciuitas electorũ in VI. huius seculi pro Deo laborãs ætatibus, in septima sabbati futuri gloriã dedicationis expectat, atq; reprobi sola præsenti sunt felicitate contenti, Cain ciuitatem quam statuit non in septima generatione, sed in primo genito Enoch filio consecrat. | 687

Mathusalam annorum CLXXXVII. genuit Lamech, cui superuixit annis DCCXXXII. id est usq; ad diluuiũ LXX. ante natum Lamech CLXVII. ponunt annos, postea DCCC. & II. Qui numerus, ut lector facilimè uidebit, iuxta Hebraicam ueritatem XX. annis, iuxta ipsorũ uerò autoritatem XIIII. annis diluuij tempora transit. de qua famosissima quæstione doctissimi patres Hieronymus in libro Quæstionum Hebraicarum. Augustinus in libro de Ciuitate Dei XV. plenissimè disputant. | 874

C Lamech annorũ CLXXXII. genuit Noe, cui ſuperuixit annis DXCV. LXX. ante natũ Noe ponunt an. CLXXXVIII, & poſtea DLXV. In hac ſola generatione ſumma uniuerſitatis diſcrepat, quia XX. & IIII. an. plus uixiſſe Lamech in Hebræis, q̃ in LXX. translatorum codicib. inuenit. Anni mũdi. 1056

Noe an. OC. uenit diluuium, menſe ſecundo, XVII. die menſis. Sanè de differentia annorũ inter Hebræã & LXX. interp̃tum autoritatẽ, nequis nos laceret nouas mouiſſe quæſtiones, legat p̃fatorum patrũ memorata opuſcula, & intelliget hanc iã olim notiſsimã fuiſſe diſtantiã. Cuius originẽ diſtantiæ cũ beatus Auguſtinus ſolertiſsimè quæſiſſet, dixit in libro ſupraſcripto capitulo XIII. inter alia ſic: Credibilib. ergo quis dixerit, cũ primo de bibliotheca Ptolemæi deſcribi iſta cœperũt, tunc aliq̃d tale fieri potuiſſe in corde uno, ſed primitus inde deſcripto, unde iã latius emanaret: Vbi potuit quidem accidere etiam ſcriptoris error, ſed hoc in illa quæſtione de uita Mathuſalæ nõ abſurdum eſt ſuſpicari. Et poſt aliquãta: Rectè fieri, inquit, nullo modo dubitauerim, ut cum diuerſum aliquid in utriſq; codicib. inuenitur, quãdoquidem ad fidem rerum geſtarum utrunq; eſſe non poteſt uerum ei linguæ potius credatur, unde eſt in aliam per interpretes facta translatio. 1656

SECVNDA ſeculi ætate prima huius die, quæ eſt XXVII. mẽſis ſecũdi, egreſſus eſt Noe de arca, in qua pauci, id eſt VIII. animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam. Quod memorãs in Epiſtola beatus Apoſtolus Petrus mirificè ſtatim exponere curauit, cũ ſubiunxit: Quod & nos nũc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordiũ, ſed cõſciẽtiæ bonę interrogatio in Deum, per reſurrectionẽ Ieſu Chriſti, q̃ eſt in
D dextera Dei. In aqua diluuij baptiſmum, in arca & hĳs q̃ cõtinebat eccleſiã, & fideles illius, in octonario animarũ numero myſterium dominicæ reſurrectionis, in cuius fide baptizamur, docens eſſe figuratum.

Sem C. an. genuit Arphaxad biennio poſt diluuium. Ab Arphaxad Chaldæos originem duxiſſe Hieronymus ſcribit. Superuixit autẽ Sẽnato Arphaxad D. annis, id eſt uſq; ad L. annum natiuitatis Iacob. 1658

Arphaxad an. XXXV genuit Sale. Hic LXX. Interpretes una generatione pluſq; Hebraica ueritas poſuere, dicentes quod Arphaxad cum eſſet an. CXXXV. genuit Cainan, qui cum CXXX. annorum fuerit, ipſe genuerit Sale. Quorũ translationem Euangeliſta Lucas hoc loco uidetur eſſe ſecutus. Verum Chronographi Græcorum cũ generationũ ſeriẽ ad autoritatem hebraicam caſtigaſſent, ablata una generatione Cainan, nec tamen numerum annorum in generationib, quas eis habuere cõmunes, ad eorũ autoritatẽ caſtigare curaſſent, ppriã ſecuti autoritatẽ dederũt huic ætati annorum ſummã minorem quidem LXX. translatorũ æditione an. LXXX. Sed hebraica ueritate annis DC. L. maiorem, id eſt an. DCCC. & XLII. Vixit autem Arphaxad poſt natum Sale annis CCC. & III: cui tamen LXX. poſt natum Cainan ſcribunt annos CCCCXXX. & Cainan poſt natum Sale CCCCXXXVIII. 1693

Sale annorum XXX. genuit Heber, cui ſuperuixit an. CCCIII. LXX. ante natum Heber poſuere annos CXXX. poſtea CCCXXX. Ab hoc Heber Hebræorum uomen & genus oritur. 1723

Heber an. XXXIII. genuit Phalech, cui ſuperuixit annis CCCCXXX.
†CCLX. LXX. ante natum Phalech annos poſuere CXXXIIII. poſtea †CCLXX. Phalech interpretatur diuiſio, cui propterea tale nomẽ impoſuêre parentes, quod tempore natiuitatis ipſius terra per linguarũ confuſionẽ 1757

diuiſa

a diuisa est. Cuius diuisionis Arnobius Rhetor in oposítione Psalmi CIIII. ita meminit: Sē primogenito Noe pars facta est à Persida, & Bactris usq; in Indiā longe, & usq; Rhinocoluras: Quæ spacia terrarum habēt linguas sermone barbarico XX. & VII. In quib. linguis gentes sunt patriarū CCCC. & VI. & non diuersarū linguarum, sed ut dixi diuersarū patriarum: uerbi gratia, cū una lingua sit Latina, sub una diuersę sunt patrię, Brutiorum, Lucanorum, Apulorum, Calabrorum, Picentum, Tuscorum, & hijs atq; huiusmodi similia si dicamus.

Chā uerò secundus filius Noe à Rhinocoluris usq; Gadira habens linguas sermone Punico à patre Garamantum, Latino à patre Boreę, Barbarico à parte meridiana Aethiopum & Aegyptiorum, ac Barbaris interioribus uario sermone uiginti duab. linguis in patrijs CCCCC. & IIII. Iaphet flumen Tigridem, quod diuidit Mediam & Babyloniā, in patrijs ducentis sermone uario linguis XX. & III. Fiunt ergo omnes simul linguæ LXXII. Patriæ autem generationum M. quæ in tripartito seculo hoc ordine sitæ sunt. Habet autem, ut diximus, Iapheth flumē Tigridem quod diuidit Mediam & Babyloniam. Sem autem Euphraten, Cham uerò Geon, qui uocatur Nilus.

Phalech annorū XXX. genuit Reu, cui superuixit an. CCIX. LX. ante natum Reu CXXX. annos ponunt, postea †CCVIII. Hijs temporib. primum tēpla constructa, & quidā principes gentiū tanquā dij sunt ado

Reu annorum XXXII. genuit Seruch, cui superuixit annis (rati.

b †CCVII. LXX. ante natum Seruch CXXII. ponunt an. postea CCVII. Scytharum regnum dicitur exortum, ubi primus regnauit † Tanaus.

Seruch annorum XXX genuit Nachor, cui superuixit annis CCLXX. Ante natum Nachor ponunt annos CXXX. postea CC. Aegyptiorū dicitur imperium inchoare primo eis regnante Vizoues.

Nachor an. XXIX. genuit Thare, cui superuixit annis CXIX. LXX. ante natum Thare ponunt annos LXXIX. postea CXXXI. Assyriorum Sicyoniorumq; regnum nascitur: hijs primū Belo, illis Aegialeo regnāte.

Thare annorū LXX. genuit Abrahā, cui superuixit CXXXV. an. Hactenus secunda ætas seculi ꝓtenditur, cuius tota serie recēsita, beatus Augustinus in libro de Ciuitate Dei 10. capitulo 10. hoc modo concludit: Fiunt itaq; anni à diluuio usq; ad Abraham M L XXX. secundum uulgatam æditionem, hoc est Interpretum LXX. In Hebræis autem codicibus longè pauciores annos perhibent inueniri, de quibus rationē aut nullam aut difficillimam reddunt.

TERTIA mundi ætas à natiuitate cœpit Abraham Patriarchæ, qui LXXV. an. cum esset, relicta gente patria, ad imperium Dei uenit in terram Chanaan, accipiens promissionem nascituri de suo semine Saluatoris, in quo benedicerentur omnes gentes, simul & seipsum in gētem magnā esse futurum. Quarum una spiritalis, altera est promissio carnalis. Hijs temporib. Ninus & Semiramis Assyrijs regnat.

Abraham annorum LXXXVI. genuit Ismael, à quo Ismaelitæ. Genuit autem Ismael XII. duces, & uixit annis CXXXVII.

Idem Abraham an. C. genuit Isaac, qui primus & solus in tota Testamenti ueteris serie legitur octauo die circuncisus, quod non sine magno mysterio priuilegium est filio promissionis donatum.

Isaac annorum LX. genuit Esau & Iacob Patriarchas Idumeæ & Israelicę gentis. Post quorum ortum uixit an. CXX. Hijs temporibus primus apud Argos regnauit Inachus an. L. cuius filia Io, quam Aegyptij mutato nomine Isidem colunt.

Anni mūdi.	
3787	
	† CCIX.
1787	
1818	† CCXI.
	† Taurus.
1849	
1878	
1948	
2023	
2034	
2048	
2108	

Anni mũdi.

C Iacob CXXX. annorum descendit in Aegyptum in animabus LXX. 2238
Huius temporibus Memphis in Aegypto ab Ape Argiuorũ rege cõ
dita. Sparta quoq; à Sparto filio Phoronæi regis Argiuorum condit.
Habitatio filiorũ Israel, qua manserunt in Aegypto fuit CCCCXXX. 2453
an. quib. expletis eadẽ die egressus est omnis exercitus Dñi de terra
Aegypti, ut scriptura testat Exodi: quorũ tamen summã annorũ Chro
nographi à LXXV. an. natiuitatis Abrahã, quando terrã repmissionis
intrauit cõputant, sequentes ẽditionẽ LXX. Interpretũ, q̃ dicit: Habita
tio autẽ filiorũ Israel, qua habitauerũt in Aegypto, & in terra Chanaã
ipsi & patres eorũ anni CCCCXXX. Quam necessariò sequendã & ipsa
ueritas Hebraica ostendit, q̃ narrat Caath filium Leui, quẽ natum esse
constat in terra Chanaan, uixisse an. CXXXIII. & filiũ eius Amram pa-
trẽ Mosis annos CXXXVII. & ipsum Mosen LXXX. an. fuisse tempore
† Quia. egressionis de Aegypto. † Quã nimirum horum summã annorũ con-
stat CCCC. & XXX. implere nõ posse. Añuit aũt horũ trãslationi & Apo
stolus cũ ait: Abrahæ dictę sunt pmissiones & semini eius. Nõ dicit, et
seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo q̃ est Christ9.
Hoc aũt dico testamentũ cõfirmatũ à Deo, quæ post CCCC. & XXX. an
nos facta est lex, non irritum facit ad euacuandas pmissiones patrũ.
Moses an. XL. eductũ ex Aegypto regit populum Israel in deserto. 2493
Quorum primo an. tabernaculum Domino construit, & VII. mensib.
opus perficiens, mẽse primo an. secundi, prima die mensis erexit. Huc
usq;, ut Eusebius commemorat, v. libri Mosi continent gesta annorũ
IIII DCCXXX. secundum LXX. seniorum interpretationẽ. Quod uerò
an. huius temporis Hebraica ueritas contineat, Iosephus in primo cõ
D tra Appionem Grammaticum libro ita cõmemorat: Neq; igitur innu
mera apud nos habẽtur uolumina inter se inuicẽ discordãtia, sed duo
tantum & uiginti sunt libri, qui omniũ tẽporum seriẽ continent, q̃ &
iustè credũtur diuinitus inspirati: Ex quibus quinq; sunt Mosi cõtinẽ
tes leges uitæ, & successionis humanæ prosapiã, usq; ad ipsi9 Mosi ter
minũ pertendentes, qui paulò minus ad IIII an. continentiam gerunt.
† 2950. Iosue an. XXVI. regit populũ Israel, ut Iosephus docet: Nã scriptura † 2519
sancta quot fuerint anni ducatus illius tacet. Quare uerò Eusebius in
Chronicis XXVII. posuerit infrà dicemus. Primo aũt ducatus sui an. Io
sue primo mense, 10. die mensis, populũ patefacto Iordanis alueo in
terrã repromissionis induxit: q̃ uidelicet an. ut in Chronicis præfati
B. Eusebij reperimus, principiũ erat q̃nquagesimi primi Iubilei secun
dum Hebræos, id est an. II D. erãt ab initio mũdi cõpleti, singulis Iubi
leorũ ordinib. per quinquagenos annos deputatis. At uerò hanc tẽ-
poris huius esse summã nostra inquisitio nequaq; inuenire ualuit: Cõ
stat em̃, quia MDCLVI. ad diluuiũ usq; fuere an. inde ad Abrahã CCXCII:
qui LXXV. erat annorum quãdo pmissionẽ Dei accepit, promissionis
an. CCCCXXX. ducatus Mosi anni XL: Qui profecto numerus nõ II D.
sed VII. minus, id est II CCCC XCIII. ut prænotauimus annos implet.
Othoniel an. XL. de tribu Iuda, primus Israẽli Iudex Domino iubẽte 2559
constituitur. Huius temporib. primis filij Israel seruiere Chusanrasa-
thaim regi Mesopotamiæ VIII. annis.
Aoth annis LXXX. filius Gera, filij Iemini, qui utraq; manu utebat̃ p 2639
† In princi dextera cuius † imprimis seruiuit Israel Eglon regi Moab an. XIX. do-
pijs. nec eũ ipse percussò Eglon liberauit. Hoc tẽpore Cyrene ciuitas cõdi
Delbora annis XL. prophetissa de tribu Ephraim cum (ta est Lybia.
Barach de tribu Nepthalim, cui9 in initio ducat9 oppressit filios Israel 2678

Iabin

A Iabin rex Chanaan XX. annis qui regnabat in Asor, sed occiso ab Israel principe militiæ eius Sysara, humiliatus tandē ac deletus est. Hoc tēpore Gedeon an. XL. ex tribu Manasse. Sub quo seruiuit (Miletus cōdita. Israel Madianitis, & Amalechitis † VIII. an. sed Gedeon pugnāte libera tus est. Tyrus cōdita ante tēplum Hierosolymorum an. CCXL. ut scribit Abimelech annis III. filius Gedeonis, qui regnabat in Sy- (Iosephus. chem. Hercules Ilium uastat.

Thola an. XXIII. filius Phoa patrui Abimelech uir de Isachar, qui ha bitabat in Sanir montis Ephraim. Bellum Lapytarum & Centaurorū, quos scribit Palæphatus primo de Incredibilibus libro nobiles fuisse equites Thessalorum. In Troia post Laomedontē regnauit Priamus.

Iair annis XXII. ex tribu Manasse. Hercules agonē Olympiacū cōsti tuit, à quo usq; ad primā Olympiadem supputantur anni CCCCXXX.

Iepte Galadites an. VI. Philistini & Ammonitæ debellātur ab Iepte. qui in libro Iudicū ab ætate Mosi usq; ad semetipsum ait supputari an.

Abessan de Bethleem annis VII. Agamemnon imperat My- (CCC. cenis annis XXXV. cuius anno XV. Troia capitur.

Achialon Zabulonites annis X. Hic cū annis X. suis in LXX. Interp- tib. nō habet, pro quorū dāno supplēdo Eusebius Iosue filio Nun, Samueli & Sauli, quorū an. scriptura nō dicit, plures annos q̄ in Iosepho legebat annotauit, quatenus ab egressu Israel ex Aegypto usq; ad ædi
B ficationē tēpli † CCCCLXXX. an. summā, quam scriptura prædicat habe

Labdon de tribu Ephraim annis VIII. Huius an. III. Troia capta (ret. est, completis à primo an. Cecropis, qui primus apud Atticā regnauit CCCLXXV. an. A XL. aūt & III. regni Nini Assyriorum regis annis DCCC. XXXVI. Mortuo Labdon seruiuit Israel Philistæis annis X.

Samson de tribu Dan an. XX. Hactenus Iudicū liber tēpora signat, habens an. CCXCIX. Iudices aūt XII. Sicyonijs reges defecerunt, qui ab Egialeo usq; ad Zeuxippū regnauerūt DCCCCLXII. Post quos sacerdo tes carni cōstituti sunt. Latinis, qui posteā Romani nūcupati sunt, post tertium annum captiuitatis Troiæ, siue ut quidā uolunt octauum regnauit Aeneas annis tribus. Post quem Ascanius an. XXXVIII. Ante Aeneam, Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus, in Italia regnauerūt annis circiter CL. Ascanius Aeneæ filius Albam condidit urbem.

Heli sacerdos an. XL. In Hebræorū lib. XL. anni inueniuntur in LXX. aūt interpratione XX. Hectoris filij Iliū receperunt expulsis Antenoris posteris, Heleno sibi subsidiū ferēte. Latinorū tertius Syluius Aeneæ fi lius, regnat annis XXIX, qui quia post mortē patris æditus, ruri fuerat educatus, & Syluij & Posthumi nomē accepit, à quo oēs Albanorū re-

Samuel an. XII. ut docet Iosephus: In scriptura (ges Syluij uocati sunt. enim sancta quamdiu prefuerit minimè patet. Ab hoc tēpora Prophe tarum incipiunt. Latinorum Aeneas quartus Syluius annis XXXI.

Saul primus Hebræorū rex an. XX. & huius, quia in Canonica scriptu ra nō habet, de Antiquitate Iosephi tēpus regni notauimus. In Lacedæ mone regnauit primus Eurystheus annis XLII. Corinthi primus Ale-

QVARTA mundi ætas non solū cum inchoato gentis (this XXXV. Iudææ imperio, sed cum innouata promissione, quę patrib. olim data est imperij Christiani sumit exordiū, iurante Domino Dauid ueritatē: De fructu uentris eius sedere super sedem eius.

Dauid primus ex tribu Iuda rex annis XL. Latinorum quintus Lati nus Syluius annis L. Ephesus condita ab Andronico. Cartha-

Anni mūdi.

2619 † 2709.
2722 † VII.
2724
2763
2780
2790
2798 † CCCI. XXX.
2818
2858
2870
2890
2930

Anni mũdi.

C thago cõdita est, ut quidam uolunt à Carcedone Tyrio: ut uerò alij, à
†CXLIII. Didone filia eius anno †CCXLIII. post Troianum excidium. 3870

Solomon filius Dauid an. XL. Qui quarto regni sui anno, mense se cũdo templũ Domino ædificare cœpit in Hierusalẽ, collectis ab egressu Israeli ex Aegypto an. CCCCLXXX. ut Regum quoq; liber testimonio est. Quod in figura uniuersi tẽporis, q̃ in hoc seculo Christi ædificatur Ecclesia, quę in futuro perficitur, VII. an. perficit, et VII. octaui an. mense dedicauit. Latinorũ sextus Alba Syluius Syluũ Aeneæ filius regnat an. XXXI. Regina Saba uenit audire sapientiam Solomonis.

Roboam filius Solomonis an. XVII. Hieroboã de tribu Ephraim se †2983. parauit X. tribus à domo Dauid, et à Domino in figuram hæreticorũ. qui suos sequaces à Christo & Ecclesia segregant. Huius V. an. Sesac rex Aegypti ueniens Hierosolymam templum spoliauit. Latinorũ septimus rex Aegyptus Syluius Albæ superioris regis filius regnat an. XXIII. Samus condita, & Smyrna in urbis modum ampliata. †2988

Abia filiꝰ Roboã III. Hic pugnantẽ cõtra se Hieroboã superauit, occisis de exercitu eius millib. quingẽtis, eò quod speraſſet in Domino. 2998

Asa filius Abia an. XLI. Ab hoc conductus Benadab rex Syriæ Damasci cõtra Israel, pcussit omnẽ terrã Neptalim, Latinorũ VIII. Capys Syluius Aegypti superioris regis filius regnat an. XXVIII. Asa idola destruit, templum mundat, egredientẽ cõtra se Zara Aethiopẽ cum suo sternit exercitu. Ambri rex Israel emit mõtes Samarię Lasomer duob. talentis argenti, & ædificat eã Achiel de Bethel, Hiericho instaurat. 3038

D Iosaphat filius Asa an. XXV. Helias Thesbites tres semis annos pluuiã cõtinuit, ppter peccata Achab & populi Israel. Et inter cætera magnalia Helisæũ filiũ Saphat, qui erat de Abel in aula, pro se unxit Prophetã. Latinorũ IX. Capetus Syluius supioris filius Capys regis, regnauit an. XIII. Post quem filius eius Tiberinus Syluius an. VIII. à quo & fluuius appellatꝰ est Tiberis, qui priꝰ Albula dicebat. Post quẽ Agrippa Syluius filius eius annis XL. Iosaphat fecit rectũ coram Domino. 3056

Iorã filius Iosaphat annis VIII. Helias curru igneo rapitur, quasi uiq; in cœlũ, & Helisæus hęres Prophetię derelictꝰ, primo miraculo aquas Hiericho sanat. In dieb. Iorã recessit Edõ, ne esset sub Iuda, & cõstituit sibi regẽ. Ambulauit aũt Iorã in uijs domꝰ Achab, filia quippe Achab 3063

Azarias filius Iorã anno uno. Ionadab filius Rechab (erat uxor eiꝰ clarꝰ habet. Azariã cũ filio suo Ioas & nepote Amasia ob enormitatẽ scelerũ, & quia nec patrem filiũmue quispiam eorum bonũ habebat, Euangelista Matthæus à domini Saluatoris genealogia secludit. 3065

Athalia mater Azariæ an. VI. Quæ uidẽs interfectũ ab Hieu rege Is- †3071. rael filiũ suum Azariã, interfecit omnẽ stirpẽ regiam domus Iorã, præter solũ Ioas filiũ Azariæ, quẽ Iosabeth soror Azarię uxor Ioiadę Põtificis furata est de medio filiorũ regis cum interficerent. In LXX. Interpretibus VII. an. regnasse Athalia narratur. Ioas filius Azariæ an. XL. Iste bono principio, & fine usus pessimo, in principijs sui regni tẽplũ innouat, in extremis inter cætera facinora Zachariam quoq; filiũ Ioiadæ tutoris quondã ac regnificatoris sui, inter templũ & altare lapidari præcepit: quẽ ob meritorum gratiã Dominus in Euangelio filiũ Barachiæ, id est, benedicti Dñi cognominat. Latinorũ XII. Aremuluo Syluius Agrippę supioris regis filiꝰ, regnauit annis XIX. Qui p̃sidiũ Albanorũ inter mõtes ubi nũc Roma est, posuit. Huius filius fuit Iulius p auus Iulij Proculi, qui cũ Romulo Romã cõmigrãs fũdauit. Iuliã gẽtẽ †3081

Amasias

Amasias filius Ioas an. XXIX. Helisæus Propheta defunctus sepeli tur in Samaria. Azahel rex Syriæ afflixit Israel. Latinorum XIII. Auẽti nus filius Aremuli superioris regis maior filio regnauit annis XXXVII. atq; in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus, æternũ loco uocabulum dedit. | Anni mũdi. 3140

Azarias, qui & Ozias filius Amasiæ an. LII. Assyriorũ XXXVI. Thonosconcoleros, qui uocat græcè Sardanapalus, Tharsum atq; Anchialem cõdidit, & in prælio uictus ab Arbace Medo semetipsum incẽdio cõcremauit. Vsq; ad id tẽpus fuisse reges Assyriorũ historia refert, & fiunt simul anni MCXCVII. Omnes aũt anni regni Assyriorũ à primo anno Nini supputãtur MCCXL. Latinorum XIIII. Procas Syluius Auẽtini superioris regis filius, regnauit an. XXIII. Post quem XV. Amulius Syluius annis XLIIII. Arbaces Medus Assyriorũ, imperio destructo, regnũ in Medos trãstulit, ubi primus ipse regnauit annis XXVIII. Macedonũ regnum inchoat, primũ habens regem Caranum annis XXVIII. Lacedæmoniorum reges deficiunt, Lydorum incipiunt.

Ioathan filius Oziæ annis XVI. Olympias prima ab Eliensibus cõstituit post annũ Troianæ captiuitatis CCCCV. Romulus & Remus generantur Marte & Ilia. Ioathan inter cætera uirtutum bonarũ opera portã domus Domini sublimissimã ædificauit, quæ in Actibus Apostolorum Speciosa uocat: Omnes siquidẽ portæ tẽpli in terra fuerunt, excepta Speciosa quę pendebat, quæ ab Hebræis porta uocabatur Ioathã. | 3208

Achas filius Ioathã annis XVI. Ab hoc cõductus Theglath Phalasar rex Assyriorũ, Rasin regẽ Syriæ interfecit, & habitatores Damasci trãstulit Cyrenẽ. Roma cõdita in mõte Palatino XI. Cal. Maias à geminis Remo & Romulo filijs Rheæ Syluiæ, q̃ erat filia Numitoris fratris regis Amulij uirgo Vestalis, sed cõstuprata. Consualib. ludis Sabinæ raptæ an. ab urbe cõdita tertio. Remus rastro pastorali à Fabio Romu- | 3224

Ezechias filius Achas annis XXIX. Huius anno se-(li duce occisus. xto Salmanassar rex Assyriorũ capta Samaria trãstulit Israel in Assyrios, cuius regnũ à primo Hieroboã steterat annis CCCLX. Mortuo Romulo qui XX & VII. annis regnauit, per quinos dies Senatores Rẽpub. rexerũt, atq; ita unus expletus est annus. Post quos Numa Pompilius annis XLI. Qui Capitolium à fundamentis ædificauit. | 3253

Manasses filio Ezechiæ annis LV. Hic ob scelera sua catenatus & cõpedito in Babyloniã ducit: sed ob pœnitentiã & preces restituitur in regnũ. Rom. tertius Tullus Hostilius regnauit an. XXXII. Qui primus regum Rom. purpura & fascibus usus est, & adiecto monte Cælio ur | 3308

Amon filius Manassę annis II. In Hebraica uerita-(bem ampliauit. te duobus annis, in LXX. legitur regnasse XII. Histrus ciuitas in Ponto condita. Amon à seruis suis interficitur. | 3310

Iosias filius Amon annis XXXI. Hic mundata Iudæa, & Hierusalẽ tẽplo etiã innouato, post abiectas idololatriæ sordes Pascha Domino celeberrimũ facit XVIII. anno regni sui, & cum Nechaone Aegyptiorũ rege congressus, occiditur in cãpo Maggedo, quæ nunc Maximiano polis uocat. Romanorum quartus Ancus Martius Numæ ex filia nepos, regnauit annis XXIII. Qui Auentinum montẽ & Ianiculum urbi addidit, & supra mare XVI. ab urbe miliario Ostiam cõdidit. Post quẽ Tarquinius Priscus annis XXXVII. Qui circum Romæ ædificauit, numerum Senatorum auxit, Romanos ludos instituit, muros & cloacas | 3341

ædificauit,

Anni mũdi.

C ædificauit, Capitoliũ extruxit. In Hebræo XXXI an. regnasse Iosias, in LXX. Interpretib. XXXII. legitur. Sed Eusebius inter regnũ eius & Ioachim aliũ de suo adiicit annũ propter menses bis ternos, quib. Ioachas uel Ioachim regnauerat. Verũ qd ueritas habeat Hieremias pandit, q se à XIII. anno Iosiæ usq; ad annũ quantũ Ioachim XXIII. annis pphetas se perhibet, & Nabuchodonosor quarto anno Ioachim regnare cœpisse. XIX. autem regni eius anno Hierusalem destructam.

Ioachim filius Iosiæ annis XI. Post Iosiã regnauit Ioachaz filius eius tribus mensibus, quem Nechao uinctũ ducẽs in Aegyptum, Ioachim regem constituit. Huius anno III. à Nabuchodonosor capta Hierusalẽ & plurimis captiuatis, in quib. erant Daniel, Ananias, Azarias & Misael, partem uasorum templi Babyloniam transfert. A IIII. Ioachim an. scriptura regnum Nabuchodonosor computat, quia ex eo non solũ Chaldæis & Iudæis, sed et Asyriis, Aegyptiis, Moabitis, aliisq; innumeris gẽtib. incipit regnare Ioachim, qui & Iechonias filius Ioachim, mẽsibus III. ac diebus X. Hic circũdata à Chaldæis Hierusalem exiit ad regem Babylonis & mater eius, & ductus est in Babylonem cum populo anno VIII regni Nabuchodonosor. 3352

Sedechias qui & Mathias filius Iosiæ annis XI. Huius anno XI. Regis autẽ Babylonis XIX. Iudæa captiuata in Babyloniam, & templũ Domini incẽsum est, anno ex quo fundari cœpit CCCCXXX. Qui aũt reliqui fuerunt Iudæi transfugerunt in Aegyptum, qua post annos V. per cussa à Chaldæis in Babyloniam sunt & ipsi transmigrati. 3363

QVINTA mundi ætas ab exterminio cœpit regni Iudaici, quod iu-

D xta prophetiam Hieremiæ LXX. annis permansit.

Anno XIIII. postq; percussa est ciuitas, qui est XXV. annus trãsmigrationis regis Ioachim, cũ quo & Ezechiel captiuatus est, ipse Ezechiel in uisionib. Dei adductus in terrã Israel, uidit renouationẽ ciuitatis ac tẽpli cęremoniarũq; eius. Romanorũ VI. Seruius regnauit an. XXXIIII. Qui tres montes urbi addidit, Quirinalem, Aesquilinum, Viminalẽ, fossas circum muros duxit, census Romanorũ ciuiũ primus instituit. 3377

Anno XXVI. post euersionem Hierosolymorũ, qui est annus XXXVII. transmigrationis regis Ioachim, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno q̃ regnare cœperat caput Ioachim regis Iudę de carcere, & posuit thronum eius super thronum regum qui erant cum eo in Babylone. Meminit huius tẽporis adhuc futuri Propheta Hieremias ita scribens: Ecce ego mittam & assumam uniuersas cognitiones Aquilonis, ait Dominus, & ad Nabuchodonosor regem Babylonis seruũ meum, & aducã eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes eius quæ in circuitu illius sunt, & interficiã eos, et ponam eos in stuporem & in sibilum, & in solitudines sempiternas, et seruient omnes gẽtes istæ regi Babylonis LXX. annis. Cumq; impleti fuerint anni LXX. uisitabo super regem Babylonis, & super gentem illam in solitudines sempiternas. Et alibi scribẽs ad trãsmigrationẽ, quã transduxerat Nabuchodonosor de Hierusalem in Babylonem cũ Iechonia rege: Cũ cœperint, inquit, impleri in Babylone LXX. anni, uisitabo uos, & suscitabo uos super uerbũ meum bonũ, & reducã uos ad locum istum ait Dominus. Rursum eiusdem temporis iã præteriti uerba dierũ ita recondantur: Si quis euaserat gladiũ ductus in Babylo 3389

nem

a rẽ, seruiuit regi & filius eius, donec imperaret rex Persarum, & cõpleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ, & celebraret terra sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbatũ usq; dum cõplerentur LXX. anni. Anno aũt primo ad explendũ sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarum, &c. Quibus uerbis ostenditur, quia uastata Chaldęi Iudęa, non ut Assyrij in Samariam alios misere colonos, sed desertam reliquere terrã, donec ipsi post annos LXX. in eã rediere Iudæi. Consentit hȳs Iosephus in X. Antiquitatum libro, scribens templum & Hierusalẽ, et omnem Iudæam LXX annis permãsisse desolatũ. Qui rursum enumerando reges Babylonis, si tamen ipse sic scribit, & non codex fallit mẽdosus, c. ferè annos ab euersa Hierusalẽ usq; ad euersionẽ regni Chaldæorũ facit colligi. Scribit enim post Nabuchodonosor, qui teste scriptura sacra, XXV. post euersam Hierusalẽ uixit annis, Euilmerodach filium eius regnasse annis XVIII. Post quem Hegesar filium eius annis XL. cui successisse filium eius Labosordach mensib. IX: hoc defuncto ad Balthassar, qui Naboan nuncupatur transisse imperium. Qui cũ iã X. & VIII. regnauerit annis, captam à Cyro Persarũ, & Dario Medorũ rege Babyloniam exequitur. Darius autẽ Astyagis filius, qui Babyloniorum destruxit imperium, cũ Cyro cognato suo agebat annũ † LXX & II. cum Babylon fuisset inuasa, qui tamen alio nomine uocabatur à b Græcis, quiq; Danielem Prophetam sumens ad se in Mediã duxit, & omni eũ honore celebrauit. Huius Darij ipse Daniel ita meminit: In anno primo Darij filij Asueri de semine Medorum, qui imperauit sup regnum Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris numerũ annorũ, de quo factus est sermo Domini ad Hieremiam Prophetam, ut cõplerentur desolationis Hierusalem LXX. anni. Eusebius in temporum libro, XXX. annos ab euersione Hierusalẽ usq; ad initiũ Cypri regis Persarum: Iulius autem Africanus LXX. computat. Porrò Hieronymus in expositione Prophetæ ita dicit: Tradũt enim Hebræi huiuscemodi fabulam usq; ad LXX. annum, quo Hieremias captiuitatẽ populi Iudęo tum dixerat esse soluendã. De quo & Zacharias in principio uoluminis sui loquitur: Irritã putãs Dei pollicitationẽ Balthassar, falsumq; promissum, uersus in gaudium fecit grande conuiuium, insultans quodã modo spei Iudæorum, & uasis templi Dei. Sed statim ultio secuta est.

Persarũ primus Cyrus regnauit annis XXX. Hic ut impleretur uerbum Domini ex ore Hieremiæ, primo sui regni anno laxata Hebræorum captiuitate L. ferè millia regredi fecit in Iudæã, restituens eis uasa templi Domini aurea et argentea ꝝ CCCC. Qui congregati in Hierusalem mense septimo ædificauerunt altare, & à primo die mensis eiusdẽ cœperunt offerre holocaustum Dño. Anno autẽ secũdo aduentus sui mense secundo templi fundamẽta iecerunt, anno incensionis eius iuxta Africanum LXXII. Iuxta autem Chronica Eusebij XXXII. Sed impedientibus Samaritis intermissum est opus usq; ad annũ Darij secundum, qui etiam Asueri in regno & Artaxerxis scripserunt accusationẽ aduersum Iudæos, & rescripsit Artaxerxes ne ædificaretur Hierusalẽ. Romanorum VII. Tarquinius regnauit annis XXXV, qui causa Tarquinij iunioris filij sui, qui Lucretiã corruperat, à regno expulsus est.

Cambyses

Anni mũdi.

† LXII.

Eusebius Iulius Africanus.

3413

C Cambyses Cyri filius annis VIII. Hic deuicta Aegypto cunctã eius religionem abominatus, cęremonias eius & templa deposuit. Babylonem in Aegypto ædificauit. Hunc aiunt ab Hebræis secundũ Nabuchodonosor uocari, sub quo Iudith historia inscribitur. | Anni mũdi. 3431

Fratres Magi mensibus VII. Iesus sacerdos magnus et princeps gentis, Zorobabel, Aggeus, Zacharias, & Malachias Prophetæ clarescunt. Pythagoras physicus Philosophus clarus habetur. 3432

Darius an. XXXVI. Inter Darium & Cambysen regnasse duos fratres Magos in libris Chronicorũ Eusebij reperimus. Verum Hieronymus in expositione Danielis scribit post Cambysen Smerden magnũ regnasse, qui Panthaptẽ, inquit, filiã Cambysis uxorem duxit, qui cũ à VII. Magis fuisset occisus, & in locũ eius Darius suscepisset imperiũ, eadẽ Panthaptes nupsit Dario, et ex eo Xerxen filium genuit. Secundo anno Darij LXX. captiuitatis Hierusalem annus impletur, ut uult Eusebius, testem adhibens Zachariam Prophetã, apud quem secũdo Darij anno loquitur angelus: Domine exercituum usquequ tu nõ miserebe ris Hierusalem, & urbium Iuda quib. iratus es? Iste LXX. annus est Item IIII. Darij regis anno dicit idem Propheta: Cũ ieiunaretis et plangeretis per hos LXX. annos, nũquid ieiunium ieiunastis mihi? Sexto Darij anno Templi ædificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est XLVI. annus, ex q eius sub Cyro fundamenta sunt iacta. Vnde 3468

D in Euangelio dicunt Iudæi: XL. et VI. annis ædificatũ est tẽplum hoc: Cœperunt aũt ædificare anno secundo Darij, mense VI. die † XXIX: & anno VI. ut dictum est, mense XII. die tertia compleuerunt. Ex quo apparet, opus templi et antea ex parte non parua peractum: annos autem LXX. à destructione illius usq; ad perfectam restaurandi licentiam esse computandos.

† XXIIII.

Pulsis urbe regibus, qui imperauerunt annis CCXLIII. uix usq; ad XV. lapidem Roma tenebat imperium. Romæ post exactos reges primum Consules à Bruto esse cœperunt, deinde Tribuni plebis ac Dictatores, et rursum Consules rempub. obtinuerunt per annos fermè CCCCLXXIIII. usq; ad Iulium Cęsarem, qui primus singulare arripuit imperium, Olympiade CLXXXIII.

Xerxes filius Darij annis XX. Hic Aegyptum quæ à Dario discesserat capit, et aduersus Græciam pugnaturus DCC. millia armatorum de regno, et ✠ cccc. de auxilijs, rostratas etiã naues mille ducentas, onerarias aũt tria millia numero habuisse narrat. Attamẽ uictus patriã refugit. Herodotus historiarum scriptor, Zeuxis pictor agnoscitur. 3488

✠ CCCC habet Beda.

Artabanus menses VII. Socrates nascitur. 3498

Artaxerxes qui et Longimanus, id est μακρόχειρ annis XL. Huius anno VII. prima die mensis primi Esra sacerdotes et Scriba legis Dei ascendit de Babylone cum Epistolis regis, et in prima mensis quinti uenit in Hierusalem cum uiris MDCC. Et inter alia strenuè gesta castigauit filios transmigrationis ab uxorib. alienigenis. Eiusdẽ anno XX. Neemias pincerna de Susis castro aduenies murum Hierusalem LII diebus restituit, et ducatum genti XII. annis præbuit. Huc usque diuina scriptura temporũ seriem cõtinet: quæ uerò post hæc apud Iudæos sũt gesta, de libro Machabæorũ, et Iosephi, atq; Africani scriptis exhibentur, qui deinceps uniuersam historiã usq; ad Romana tẽpora 3529

prosecuti

Anni mũdi.

& prosecuti sunt. Et quidã Africanus in quinto tẽporum uolumine huius tẽporis ita meminit: Mansit itaq; imperfectũ opus usq; ad Neemiam, & uigesimum an. regis Artaxerxis. Quo tẽpore regni Persarum c. & xv. an. fuerũt euoluti: Captiuitatis autem Hierusalem CLXXX. & v. an. erat. Et nunc primum Artaxerxes iussit muros extrui Hierusalem, cui operi pfuit Neemias, & ædificata est platea, & muri circunda ti. Et ex illo tempore si numerare uelis, LXX. an. hebdomadas usq; ad Christum poteris inuenire, Xerxes menses II. Post quem Sogianus menses VII. Plato nascitur. Hippocrates medicus insignis habetur.

Darius cognomẽto Nothus an. XIX. Aegyptus recessit à Persis. Reuersis de captiuitate Iudæis, non reges, sed Põtifices præfuerunt usq; 3548
ad Aristobulum, qui cum dignitate Pontificis etiam regale sibi cœpit usurpare uocabulum.

Artaxerxes qui cognominatus est Memnõ, Darij & Parisatidis filius, an. XL. Sub hoc rege uidetur Hester historia completa: ipse quippe est qui ab Hebræis Asuerus, & à LXX. Interpretib. Artaxerxes uocat. Athenien. XXIIII. literis uti cœperunt, cum antea XVI. tantum literas haberent. Carthaginensium bellum famosum. Galli Senones duce Brenno Romam inuaserunt, excepto Capitolio, & incẽsam VI. mens. uastauerunt. Tribuni militares pro Consulibus esse cœperũt. Aristoles auditor est Platonis, XVIII. ætatis annum agens.

& Artaxerxes q & Ochus an. XXVI. ipse Aegyptum suo iunxit imperio, Nectanebo rege in Aethiopiam pulso, in quo Aegyptiorũ regnũ 3614
destructum est. Demosthenes Orator omniũ rumore celebrat. Rom. Gallos superãt. Plato moritr, post quẽ Academiam Speusipp9 tenuit.

Artaxerxes Ochi filius an. IIII. Iudæorum Pontifex maximus Iaddus clarus habetur, cui9 frater Manasses templum in mõte Garizi cõ- 3618
stituit. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates quarto anno Ochi. Alexander Philippi & Olympiadis filius uigesimum ætatis annum gerens Macedonibus regnare incipit.

Darius Arsami filius an. VI. Alexander aduersum Illyrios & Thracas feliciter dimicãs, subuersis Thebis in Persas arma corripuit, & a- 3623
pud Granicum flumen regijs ducib. oppressis, urbẽ Sardis capit. Idẽ capta Tyro Iudæã inuadit aqua fauorabiliter except9, Deo uictimas immolat, & Pontificẽ tẽpli laddum honorib. plurimis pfequitur, Andromacho locorum custode dimisso, ac VII. regni sui an. Alexandriã in Aegypto condidit. Nec mora Babylonem obtinuit interfecto Dario, in quo Persarum regnum destructum est, q̃ steterat annis CCXXXI. Quo tempore etiam Latini à Romanis perdomiti sunt.

Alexander post mortem Darij an. V. regnauit: nam antea VII. Alexander Hircanos & † Mardos capit, reuertensq; in Hãmone cõdidit 3629 †Medos.
Paretonium. Idẽ Indicum usq; oceanum uictorijs potius quàm bellis peruenit, ac Babylonem reuersus, XXXII. uitæ, regni autem sui XII. an. ueneni hausto perijt. Post quem trãslato in multos imperio Aegyptũ Ptolemæus Lagi tenuit filius. Macedonas Philippus, qui & Arideus, frater Alexandri. Syriam & Babylonẽ, & omnia regna orientis Seleucus Nicanor. Asiæ regnauit Antigonus, qui apud Danielẽ per IIII. hirci, qui arietem contereret, cornua designantur.

C Aegypto primus regnauit Ptolemęus Lagi filius annis XL. Appius Claudius Cæcus clarus habetur, qui aquã Claudiã induxit, & uiã Appiam strauit. Ptolemæus Hierosolymis & Iudæa inditionẽ suam dolo redactis, plurimos captiuorum in Aegyptum transtulit. Iudæorũ Põtifex maximus Onias Iaddi filius clarus habetur XIII. Ptolemæi anno Syriæ, & Babyloni, & superiorib. locis regnare incipit Seleucus Nicanor. A quo tẽpore Machabæorũ Hebræa historia græcorũ supputat regnum, & Edissẽni sua tẽpora cõputãt. Seleucus Seleuciã, Laodiciã, Antiochiam, Apamiam, Edissam Berœam, & Pellã urbes cõdidit. Iudæorum Pont. maximus, religiosissimus ac pñsimus Simõ Oniæ filius clarus habetur. Post quem Eleazarus frater eius suscepit tẽpli ministerium, filio eius Onia paruo admodum derelicto. Seleucus in eas urbes quas extruxerat Iudæos transfert, ius eius ciuium & municipalem ordinem cum Græcis æquali honore concedens.

Anni mũdi.

3669

Ptolemæus Philadelphus annis XXXVIII. Sostratus Gnidius Pharũ in Alexandria cõstruxit. Ptolemæus Iudæos qui in Aegypto erãt liberos esse permisit, & Eleazaro Põtifici multa Hierosolymam, & in templi donaria uasa transmittens: LXX. Interpretes petit, qui scripturã sanctam in Græcũ uerterent eloquium. Aratus cognoscitur. Iudæorũ Põtificatum post Eleazarũ auunculus eius Manasses accepit. Tantæ aũt potentiæ fuisse narratur Ptolemæus iste Philadelphus, ut Ptolemæũ patrem uinceret: Narrant enim historiæ habuisse eum peditum CC. milia, equitum XX. millia, curruum II. millia, elephantos quos primus adD duxit ex Aethiopia CCCC. & cætera hjs similia.

3707

Ptolemæus Euergetes frater superioris regis an. XXVI. Qui inde Euergetes ab Aegyptijs est uocatus: quia capta Syria & Cilicia, & propemodum uniuersa Asia inter innumera argenti põdera ac uasa põciosa quæ cepit, etiam deos eorũ, quos Cambyses capto Aegypto in Persas portauerat, retulit. Iudæorũ Pontifex Onias Simonis Iusti filius clarus habetur. Cuius item filius Simõ nõ minori gloria fulget. Sub quo Iesus filius Syrach Sapientiæ librum componens, quem uocant Panareton, etiam Simonis in eo fecit mentionem.

3733

Ptolemæus Philopator filius Euergetis an. XVII. Antiochus rex Syriæ uicto Philopatore Iudæã sibi sociat. Iudæorũ Pontifex maximus Onias filius Simonis insignis habetur, ad quẽ Lacedæmoniorum rex

3750

Ptolemæus Epiphanes filius Philopatoris (Arius legatos mittit. annis XXIIII. Secundus liber Machabæorum apud Iudæos huius temporis gesta cõtinet. Onias sacerdos assumptis Iudæorũ plurimis fugit in Aegyptũ, et à Ptolemęo honorificè susceptus, accepit eam regionẽ quæ Heliopoleos uocabatur, & concedente rege templum extruxit in Aegypto simile templi Iudæorum, quod permansit usq; ad Imperium Vespasiani annis CCL. Sub occasione igitur Oniæ Pontificis infinita examina Idæorum in Aegyptum confugerunt. Eo tempore & Cyrene eorum multitudine repleta est. Hæc autem uel Oniæ, uel cæteris fuit causa Aegyptum petendi: quia pugnantibus contra se magno Antiocho & ducibus Ptolemæi, posita in medio Iudæa in contraria studia scindebatur, alijs Antiocho, alijs Ptolemæo fauentibus.

3774

Ptolemæus

A Ptolemęus Philometor annis XXXV. Aristobolus natione Iudęus, Peripateticus Philosoph⁹ agnoscitur, qui ad Philometorẽ Ptolemęũ explanationum in Mosen cõmentarios scripsit. Antioch⁹ Epiphanes qui post Seleucum, cognomẽto Philopatorem, annis XI. regnauit in Syria. Iudæorũ legẽ impugnans, omniaq; sordib. idolorum complẽs, in templo Iouis Olympij simulachrum ponit. Sed & in Samaria super uertícẽ mõtis Garizi, Iouis Peregrini delubrũ ædificat, ipsis Samaritanis ut id faceret precantibus. Verũ Mathathias sacerdos leges patrias uindicat, aduersus Antiochi duces arma corripiẽs. Quo mortuo ducatum Iudæorum suscepit filius eius Iudas Machabæus an. CXLVI. regni Græcorum, XX. autẽ Ptolemęi, Olympiade CLV. Qui mox Antiochi duces de Iudæa expellens, & templũ ab idolorũ imagínib. emundãs, patrias leges post trienniũ suis ciuib. reddidit. Vnde post secessum Oniæ sacerdotis in Aegyptum, de q̃ supra diximus, & mortẽ Alchimi, q̃ effugato Onia Pontificatũ indignus inuadere tẽtabat, omniũ fauore Iudæorum Machabęo sacerdotium decernitur, quod post mortem eius frater Ionathas sortitus, & XIX. annis summa ministrauit industria. — Anni mũdi. 3809

Ptolemæus Euergetes annis XXIX. Ionathas dux Iudæorum & Põtifex cum Romanis & Spartiacis amicitias facit. Quo à Triphone interfecto in sacerdotium frater Simon assumitur, an. regis Euergetis VII. quod VIII. an. strenuissime regens, filio Ioanni reliquit: Hic aduersum Hyrcanos bellum gerens, Hyrcani nomẽ accepit, & à Rom. ius amicitiæ postulans, decreto Senatus inter amicos relatus est. Samariam, q̃ nostro tẽpore Sebaste uocat, obsidione captã solo coęquauit, quã postea Herodes instaurãs, Sebastẽ in honorẽ Augusti appellari uoluit. 3838

Ptolemæus Physcon, qui & Soter, annus XVII. Cicero Arpini nascitur matre Heluia, patre Equestris ordinis ex regio Volscorum genere. Hyrcano in Pontificatũ, quod ipse XXVI. an. tenuit, Aristobolus succedit an. unum, qui rex pariter & Põtifex primus apud Iudæos diadematis sumpsit insigne, post CCCCLXXXIII. annos Babyloniæ captiuitatis. Post quẽ regnauit Ianeus, cognomento Alexander, annis XXVII. qui Pontificatum quoq; administrans crudelissimè ciuibus præfuit. 3855

Ptolemæus qui & Alexander annis X. Huius anno VII. Syria in Romanam ditionẽ cessit, capto Philippo à Gabino. Expulsus de regno Ptolemæus Physcon per matrem Cleopatram in Cyprum secedit. 3865

Ptolemæus, qui à matre fuerat eiectus, an. VIII. regressus de fuga regnum obtinuit, quia Alexãdrum qui ante eum fuerat, ob interfectionem matris ciues pepulerant. Sylla Athenienses uastat. 3903

Ptolemæus Dionysius annis XXX. Ab huius anno V. Alexandra uxor Alexãdri Pontificis post mortẽ eius regnauit Iudæis an. IX. Ex quo tempore Iudæos rerum cõfusio, & uarię clades oppresserũt. Post cuius mortẽ Aristobol⁹ & Hyrcan⁹ filij eius cõtra se de imperio dimicãtes, occasionẽ præbuere Romanis, ut Iudæã inuaderẽt. Itaq; Põpeius Hierosolymã ueniẽs, capta urbe & tẽplo reserato usq; ad Sãcta sanctorum accedit, Aristobolum uinctum secum abducit, Põtificatũ cõfirmat Hyrcano. Deinde Antipatrũ Herodis Ascalonitę filiũ Procuratorẽ Palestinæ facit, mansitq; in Pontificatu Hyrcanus annis XXXIIII. Vergilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul à Mantua na- 3925

c scitur, Pompeio & Crasso coss. Pompeius captis Hierosolymis tributarios Iudæos facit. Virgilius Cremonæ studijs eruditꝰ. Cæsar Germanos & Gallos capit, & Britannos q̃q̃, quib. ante eum ne nomẽ quidẽ Rom. cognitum fuerat, uictos obsidibus acceptis stipendiarios facit. | Anni mũdi.

Cleopatra soror Ptolemæi annis XXII. Orto enim bello ciuili inter Cæsarẽ & Põpeium, uictꝰ Põpeius Alexandriam petit, ibiq̃ ab ipso, à quo sperabat auxilia, Ptolemæo percussus interijt. Mox Cæsar Alexandriã uenit, ipsi q̃q̃ Ptolemæus parare insidias uoluit, unde bello ei illato, uictus in Nilo perijt. Cæsar Alexãdria potius, regnũ Cleopatræ dedit, cum qua cõsuetudinẽ stupri habuerat: cuius regni tertio an. ipse primus Rom. singulare obtinuit imperium, à quo Cęsares Rom. Principes appellati. Cleopatra regio comitatu urbem ingressa. | 3873

Cæsar ob insolentiã morũ cõiurantib. in eum LX. uel amplius Senatorib. Equitibusq̃ Rom. in Curia confossus interijt, post annos IIII. & menses VI. q̃ regnare cœperat. Casius Iudæa capta templum spoliat. | 3910

Octauianus Cæsar Augustus Rom. II. regnauit annis LVI. & mensib. VI. à quo Augusti appellati reges Rom. quorum XV. uiuente Cleopatra, XL. & unum postea uiuit annos. XI. Augusti anno deficiente in Iudæa pontificum principatu, Herodes nil ad eum pertinens, utpote Antipatri Ascalonitæ, & matris Cypridis Arabicæ filius, à Rom. Iudæorum suscepit principatum, quod tenet an. XXXVI. Qui ne ignobilis forte & à Iudæorum semine argueretur extraneus, cõbusit libros omnes, quib. nobilitas gentis in templo seruabatur ascripta, ut deficientib. probamentis, et ipse ad hanc pertinere putaretur. Insuper etiam | 3916

d ut suã sobolẽ regio illorum generi cõmisceret, proiecta Doside fœmina Hierosolymitana, quã priuatus acceperat uxorẽ, & nato ex eo filio Antipatro, sociat sibi Mariamnem filiam Alexãdri, neptem Aristoboli fratris Hyrcani, qui ante eum rex erat Iudæorũ. Hęc q̃nq̃ ei filios genuit quorũ duos Alexandrum & Aristobolũ ipse necauit in Samaria. Nec mora post etiã matrẽ illorum qua nil carius nouerat simili scelere peremit. E' quib. Aristobolus Herodem ex Beronice susceperat filiũ quem Actib. Apostolorum ab angelo percussum legimus. Tertio int' Augustum & Antonium orto bello, quod Antonius, qui Asiã & orientem tenebat, repudiata sorore Augusti Cleopatram duxisse uxorẽ, Antonius & Cleopatra uicti semet interficiũt. A' quo tempore quidã primum an. Augusti monarchiæ supputant. Hactenus qui uocabantur Lagidæ in Aegypto regnauerunt annis CCXCV.

Anno Cęsaris Augustiõ XLII. à morte uerõ Cleopatrę & Antonij, quando & Aegyptus in prouinciã uersa est, anno XLVII. Olympiadis 193. anno tertio, ab urbe autem condita DCCLII. anno, id est eo anno quo cõpressis cunctarum per orbẽ terræ gentiũ motibus firmissimã uerissimãq̃ pacẽ ordinatione Dei Cæsar cõposuit, Iesus Christus filius Dei sextam mundi ætatẽ suo cõsecrauit aduentu, anno imperij Augusti XLIIII. Herodes morbo intercutis aquæ, & scatẽtib. toto corpore uermib. miserabiliter & digne moritur. Pro quo substitutus ab Augusto filius eius Archelaus, regnauit annis IX, id est usq̃ ad ipsius Augusti finem: tunc enim non ferẽtib. ultra, sed accusantib. apud Augustũ ferocitatẽ eius Iudæis in Viennã urbẽ Galliæ relegatur, & ad minuendã Iudaici regni potentiã, insolentiãq̃ domãdã, quatuor fratres ei⁹ | 3952

pro eo

A pro eo sunt Tetrarchæ creati, Herodes, Antipater, Lisias & Philippus: quorum Philippus & Herodes, qui Antipas prius nuncupabatur, etiam uiuente Archelao Tetrarchæ fuerant ordinati. | Anni mundi.

Tiberius priuignus Augusti, hoc est Liuiæ uxoris eius filius ex superiore genitus cõiuge, regnauit an. XXIII. Huius anno XII. Pilatus Iudææ Procurator ab eodem dirigitur. Herodes Tetrarcha, qui Iudæorũ principatũ tenet an. XXIIII. in honorẽ Tiberij, & matris eius Liuiæ Tiberia | 3980

Anno XV. imperij Tiberij, Dominus post (dẽ cõdidit, & Libiadẽ. baptismũ q̃d prædicauit Ioannes, mũdo regnũ cœlorũ annũtiat, peractis à mundi principio secundum Hebræos an. ut Eusebius in Chronicis suis signat IIII. millib. anno tãdo quod XVI. an. Tiberij principium fuerit LXXXI Iubilei secundum Hebræos. Quare autẽ nostra supputatio unde uiginti minus ponendos æstimauerit annos, facile qui superiora libelli huius legerit inueniet. Iuxta uerò Chronica eadem quæ ipse Eusebius de utraq; ẽditione, ut sibi uidebatur, composuit, anni sunt V. millia CCXXVIII. | 3981

Anno XVIII. imperij Tiberij Dominus sua passione mundum redemit, & prædicaturi per Iudææ regiones Apostoli, Iacobum fratrẽ Domini Hierosolymis ordinant Episcopum, ordinant & VII. Diaconos. Et lapidato Stephano ecclesia per regiones Iudææ & Samariæ dispergitur. Agrippa cognomẽto Herodes, filius Aristoboli filij Herodis regis, accusator Herodis Tetrarchæ, Romam profectus à Tiberio in uincula conijcitur, ubi plurimos sibi asciuit ad amicitiam, & maximè Germanici filium Caium. | 3984

B Caius cognomento Caligula regnauit annos III. mens. X. dies VIII. Hic Herodẽ Agrippa amicũ suum uinculis liberatum regẽ Iudææ facit, qui permanet in regno an. VII. id est, usq; ad quartũ Claudij an. Quo ab angelo percusso succedit in regnum filius eius Agrippa, & usq; ad exterminiũ Iudæorum XXVI. an. perseuerat. Herodes Tetrarcha & ipse Caij amicitiã petens, cogente Herodiade Rom. uenit, sed accusatus ab Agrippa etiã Tetrarchiã perdidit, fugiensq; in Hispaniã cum Herodiade mœrore periit. Pilatus qui sententiã damnationis in Christũ dixerat, tantis irrogante Caio angoribꝰ coartatus est, ut sua se manu peremerit. Caius in deos se referens, Iudæorum loca sancta sordib. idolorum profanat. Matthæus in Iudæa prędicans Euangelium scripsit. | 3993

Claudius an. XIII. mens. VII. dies XXVIII. Petrus Apostolus cum primis Antiochenam fundasset ecclesiam Rom. pergit, ibiq; XXV. an. cathedram tenet Episcopalem, id est, ad ultimum Neronis an. Marcus Euangelium quod Rom. scripserat, Aegypto Petro mittente prædicat. Quarto Claudij anno fames grauissima, cuius Lucas meminit, facta est. Eodem anno ipse Britanniam adiens, quam neq; ante Iulium Cæsarem, neque post eum quisquam attingere ausus fuerat, sine ullo prælio ac sanguine intra pauciss imos dies plurimam insulæ partem in dedicationem recepit. Orcades etiam insulas Romano adiecit imperio, ac VI. quam profectus erat mense Romam redijt. Nono regni suo anno Iudæos tumultuantes Roma expulit, quod Lucas refert. Sequenti anno fames maxima Romam corripit. | 4007

Nero an. XIII. mens. VII. dies XXVIII. Huius secundo anno Festus Iudeę Procurator succesit Felici, à quo Paulus Romam uinctus mittit, & biennio in libra manens custodia, post hęc ad prędicandũ dimittitur, nec dum Nerone in tãta erumpẽte scelera, quãta de eo narrant historię. Iacobus frater domini cum XXX. annos rexisset Hierosolymorũ ecclesiã VII. Neronis anno lapidatur, à Iudęis, uindicantib. in illo, q̃d Paulũ interficere nequerũt, Festo magistratui Iudeę succedit Albinus, Albino Florus, cuius luxuriam

 | 4002

C & auaritiã, cæteraq; flagitia non ferentes Iudæi, cõtra Rom. rebellauerunt: Aduersum quos Vespasianus magister militiæ trãsmissus, plurimas urbes Iudææ cœpit. Primo uerò super omnia scelera sua etiã Christianos persequitur. Quorum eximios Romæ Petrũ cruce, Paulũ occidit gladio. Hic in remilitari nihil omnino ausus, Britãniã penè amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida illic capta atq; euersa sunt. | Annũ mũdi.

Vespasianus annos IX. menses XI. dies XXII. Hic apud Iudæam Imperator ab exercitu appellatus, & bellũ Tito filio cõmendatus, Romã per Alexandriã proficiscitur, qui secũdo an. Iudææ regnũ subuertit, tẽplumq; solo strauit, post an. primæ ædificationis eius. MLXXXIX. Cõsummatum est bellum an. IIII. duobus Nerone uiuente, & duobus alijs postea. Vespasianus inter alia magnorum operum in priuata adhuc uita in Germaniã, ac deinde in Britanniam à Claudio missus tricies & bis cum hoste conflixit, duas ualidissimas gentes, XX. oppida, insulam Hectam Britanniæ proximo imperio Romano adiecit. Colossus erigitur habens altitudinis pedes CVII. | 4031

Titus annos II. menses II. uir omniũ genere uirtutũ mirabilis, adeo ut amor & deliciæ humani generis diceretur. Hic Amphitheatrũ Romæ ędificat, & in dedicatione eius quinq; millia ferarum occidit. | 4035

Domitianus frater Titi iunior annos XV. menses V. Hic secundus post Neronem Christianos persequitur, sub quo Apostolus Ioãnes in Pathmũ insulã relegatus est, & Flauia Domicilla Flauij Clemẽtis Cõsulis ex sorore neptis in insulã Pontianã ob fidei testimoniũ exiliatur. | 4049

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
D		Anno XLII. Octauiani Augusti Cæsaris, ex quo anno	
		Aegyptio in prouinciã redacta est, & Cleopatra cũ Antonio uicta XXVIII. anno, ab urbe uerò cõdita DCCLII. O-	
		lympiadis CXCII. anno III. Dominus noster Iesus Chri-	
		stus in Bethleem Iuda nascitur, transactis ab initio mun	
		di secundum Hebraicam ueritatem annis trib. millibus	
		DCCCCLII. Secundum LXX. uerò Interpretes quinq;	
	43	millibus CXCIX.	
	44	Augustus Tiberium & Agrippam in filios adoptauit.	
		Herodes infantes occidit.	
	45	Iudas Galilæus ad rebellandum Iudæos cohortatur.	
	46	Asinius Pollio Orator moritur.	
	47	Herodes rex Iudææ cum magno cruciatu moritur, pro	
		quo Archelaus regnauit annis IX.	
	48	Fames magna Romæ facta est.	
	49		
	50	Tiberius Cæsar Dalmatis Sarmatasq; subegit.	
	51		
	52		
	53	Iani portæ 12. annis iam ab Augusto clausę aperiuntur.	
	54	Messala Coruinus Orator moritur.	
	55	Eclypsis solis facta est.	

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
56	Archelaus in Viennã Galliæ urbẽ ab Augusto relegat:	
	& Iuddęa Tetrarchis comittit, et Augustus moritur an. ætatis 76.	
	TIBERIVS II. priuignus Augusti regnauit annis 23.	
1	Herodes Tetrarcha Iudæorum regnum tenuit annis 24.	
2	Mathematici urbe pelluntur.	
3	Liuius Historiographus moritur. Ouidius Poëta in exilio moritur.	
4	Germanicus à Tiberio missus Germanos uicit.	
5	Tredecim urbes terręmotu corruerunt. Germanicus Cęsar moritur.	20
6	Fenestella Historiographus et Poëta moritur.	
7	Tiberius multos reges ad se dolo uocatos nunc remisit.	
8	Pompeij Theatrum incensum est.	
9	Tiberius Drusum cõsortem regni fecit, qui eodem anno	
10	ueneno periit.	
11		
12	Pilatus Præses Iudææ à Tiberio mittitur.	
13		
14		
15	Dominus Iesus Christus à Ioanne baptizatur uicesimo an	30
16	no ętatis suæ secũdũ carnẽ inchoãte, & prædicare cœpit.	
17	Ioannes Baptista ab Herode Tetracha decollatur.	
18	Dominus in Hierosolymis passus est, & resurrexit Eclypsis solis & maximi terræmotus facti sunt.	
19	Iacobus frater Domini Hierosolymorum Episcopus ab Apostolis ordinatur, sedit an. 30. Stephanus lapidatur. Paulus Apostolus de cœlo uocatur. (excitauit.	
20	Pilatus imaginẽ Cæsaris in tẽplo statuẽs seditionẽ Iudæis	
21	Seianus Præfectus Tiberiũ, ut Iudæos deleat cohortatur.	
22	Agrippa Herodem Tetrarcham Romæ accusans à Tiberio in uincula mittitur.	
23	Tiberius populũ Rom. grauiter afflixit, & ipse ueneno periit.	
	CAIVS. Caligula iii. an. + 4. mẽses 10. dies 8, uir scelestissi-	+ 30
1	Herodes Agrippa rex Iudææ à Caio consti. (mus.	
	tutus regnauit annis 7.	
2	Iudæi apud Alexandriã profligãtur, p quibus Philo cla	40
3	rissimus scriptor apud Caiũ interpellans nihil profuit.	
4	Pilatus semetipsum interfecit magnis à Caio calamitatib.	
5	Matthæus Euangeliũ scripsit Hebraicè. (oppressus.	
	Caius occiditur à protectoribus suis.	
1	CLAVDIVS IIII. annos 13. menses 7. dies 28.	
2	Petrus Apostolus Romã uenit, ibiq; p 25. an. prædicans Episco	
3	Herodes Agrippa ab Angelo pcussus expira- (patum tenuit.	

uit, pro quo filius eius Agrippa regnauit annis 26. Marcus Euangelista in Aegypto Christũ annũtiat. Primus Antiochiæ Episcopus Euodius ordinat.

C

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	4	Fames magna facta est. Claudius Britanniam subegit.	
	5	Noua insula xxx. stadiorum in mari apparuit.	
	6	Ciues Romani à Claudio numerati sũt sexagies nouies	
4000	7	Iudæoũ in seditio- (centũ & quadraginta quatuor mili.	50
	8	ne triginta milia necantur in diebus Azymorum.	
	9	Claudius Iudæos expulit urbe.	
	10	Magna fames Romæ facta est.	
	11	Claudius Felicem Procuratorem Iudææ facit.	
	12	His temporib. Simon magus simoniacę hæreseos autor extitit	
	13	Aegyptius quidã Pseudopropheta Iudæorum plures	
		seducens à Felice opprimitur.	
	14	Claudius ueneno mortuus est anno ætatis LXIIII.	
		NERO V. annos 13. menses 7, dies 28. Iste flagitiosus in	

cũctis primã in Christianos persecutionẽ exercuit, in qua Romæ Processus & Martianus, XLVII. à beato Petro baptizati, Torpes, Marcellus & Apuleus: Mediolani, Nazarius & Celsus: Aquileiæ, Hermagoras Episcopus, Fortunatus Diaconus, Felix cum Cõstantia: Rauẽnæ Apollinaris Episcop. pro

	1	Seditio in Cæsarea orta plures (Christo coronantur.	
		Iudæorum perdidit. Festus Felici succesit.	
	2	Paulus Apostolus Romam à Festo Præside mittitur.	
	3	Hucusq; librum Actus Apostolorũ Lucas Euangelista	60
D		perduxit, continentẽ annos à passione Domini XXVII.	
	4	Statius Poëta clarus habetur.	
	5	Nero Agrippinã matrẽ suam, & sororẽ patris interfecit.	
	6	Nero infinita luxuria & lasciuia, ignauiaq; bachatur.	
	7	Iacobus frater Domini à Iudæis lapidatur. Festo Præsidi	
		Albinus in Iudæa succesit.	
	8	Marcus Euangelista apud Alexandriam passus est pro	
		quo Ananias 23. annis. Albino Florus succesit.	
	9	Neronianæ Thermæ à Nerone ædificantur.	
		Persius & Lucanus Poëtæ moriuntur.	
	10	Nero ut similitudinem Troiæ a:dẽtis uideret, magnam partẽ	
	11	Nero Senecã magistrũ suũ interfecit. (Romæ incendit.	
	12	Vespasianus dux exercitus aduersus Iudæos rebellãtes à Nero	
	13	Petrus & Paulus à Nerone ,ppter Simonẽ (ne mittit.	79

magum trucidantur, & pestilẽtia Romæ facta est, Neroq; seipsum interfecit:

		IVLIVS I. à beato Petro Papa, sedit annis 12. Antiochiæ
		secundus Episcopus ordinatur Ignatius.
		GALBA V mens. 7. Otho mens. 3. Vittellius mens. 8
	1	Vespasian9 in Iudæa pugnãs Impator ab exercitu cõsti-
		VESPASIANVS VIII. annos 9. menses 11. dies (tuitur.
		22. uir militari uirtute præcipuus.
		Titus Iudæos inenarrabili fame cruciatos obsedit.
	2	Hierusalem à Tito expugnata destruitur, anno

à passione

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	à passione Domini 42. A prima uerò conditione templi	
3	sub Solomone 1089.	
4		
5	Hoc tempore Iosephus historiographus clarus habetur.	
6		
7	Colossus erectus est, habens altitudinis pedes 107.	
8		
9	Pestilentia Romæ facta est: Et terræmotus tres ciuitates	80
	Cypri subuertit.	
10	Vespasianus pfluuio uetris in uilla circa Sabinos obijt.	
	TITVS VIII. Vespasiani filius annos 2. menses 2.	
	Vir omnium genere uirtutum mirabilis, ita ut delitiæ &	
	amor humani generis diceretur.	
1	Titus Amphiteatrũ Romæ construxit, in cuius dedica	
	tione 5000. ferarum occidit.	
2	Anacletus Papa II. sedit annis 12. Titus in eadem uilla.	
	qua & pater obijt anno ætatis 42.	
	DOMITIANVS IX. frater Titi an. 11. mensibus 5. Hic	
	omnibus infectus iceleribus, secundo prisequitur Chri-	
	stianos, cuius tẽpore passi sunt Romæ Eutyches, Victo-	
	rinus & Maro: apud Amiternam urbem Victorinus	
	Episcopus.	
1	Domitianus Eunuchos fieri prohibuit.	
2	Decreto Senatus Titus inter Deos refertur.	
3	Tres uirgines Vestæ ob stuprum damnantur.	
4	Anianus I. post Marcum Euangelistam Episcopus Ale-	
5	xandriæ post annos 22. obijt, pro quo Abilius II. an. 13.	
6	Domitianus se deum & dominum appellari iussit.	
7		
8	Quintilianus rhetor Romę clarus habetur.	
9	His temporibus hæresis Menandri magi & Hebionita	
	rum & Cerinthiorum & Nicolaitarum exoritur.	
10	Hoc tempore Romani mala plurima à Cæsare & ab ho-	
	stibus pertulerunt.	
11	Domitianus de Dacis & Germanis triumphat.	
12	Clemens Papa III. sedit annis 9. Cornelia uirgo uesta-	
	lis ob stuprum uiua defossa est.	
13	Domitianus multos nobilium occidit.	
14	Hoc tempore Ioannes Apostolus in Pathmos Insulam	
	à Domitiano exilio missus Apocalypsim scripsit.	
15	Domitianus Flauiam Domicillam cum multis alijs in	
	exilium pro fide Christi relegauit.	
16	Domitianus cũ multa mala egisset, crudeliter à suis in-	
	terfectus est, anno ætatis 35.	

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	NERVA X. senex anno 1. mensibus 3. diebus 8. Hic primo edicto suo omnes exules reuocauit.	
4050	1 Sanctus Ioannes Apostolus ab exilio rediens Euangelium scripsit. Nerua confectus morbo obijt.	100
	TRAIANVS XI. genere Hispanus annis 19. mensibus 6. diebus 15. Vir reipublicæ utilis, sed errore deceptus, tertio persequitur Christianos.	
	1 Alexandriæ III. Cerdo Episcopus, sedit annis 12.	
	2 Ioannes Apostolus apud Ephesum dormiuit in pace, an	
	3 no passione Domini 68.	
	4 Euaristus Papa IIII. sedit annis 8. Traianus de Dacis & Scythis triumphat.	
	5 Traianus multas gentes Romano subiecit imperio.	
	6	
	7	
	8 Huius Traiani tempore terræmotu multas urbes subuertit, & aurea domus Neronis incendio periit, & Pan-	
	9 theum fulmine creatum est.	
	10 Hoc tẽpore Simeon Cleophæ filius, Hierosolymæ Episcopus crucifigitur, anno ætatis 120: pro quo Iustus.	110
	Terræmotus factus est.	
	11 Hoc tẽpore Plinius Secundus philosophus clarus pro Christianis Traianũ mittigat. Ignatij Antiochiæ Episcopus Romæ bestijs traditꝰ, pro quo Oron III. cõstituitur.	
	12 Alexander Papa V. sedit annis 10.	
	13 Alexandriæ primus IIII. Episcopus, sedit annis 12.	
	14 Post Iustum Hierosolymæ Episcopum Zachæus IIII.	
	15 sedit: post quem Tobias V. & post hunc Beniamin VI.	
	deinde Ioannes VII. post quem Matathias VIII. cui	
	succedit Philippus IX.	
	16 Traianus Armeniam, Assyriã & Mesopotamiã prouin-	
	17 cias facit. Terræmotus penè totam Antiochiam subruit.	
	18 Iudæi cõmoti magnas cędes hominũ faciunt, sed in Alexandria uicti ac omnibus ubiq; trucidantur.	
	19 Traianus apud Seleuciam profluuio uentris moritur anno ætatis 64.	
	AELIVS ADRIANVS XII. an. 21. Hic per Quadratum discipulum Apostolorum, et Aristidem uirum sapientẽ, libris Apologeticis edoctus, mitis efficitur Christianis.	
	Huius tẽpore passi sunt Romæ Xistus Papa, Getulius, Sabina & Seraphia uirgines, apud Mesenã Eleutherius Episcopus cũ Anthia matre. Parisius Dionysius Ariopagita Episcopus: apud Tiburnã Simphorosa cũ VII. filijs.	
	Adrianus Alexandriam publicis restaurauit expensis.	120

Anni mundi		Regnum Romanorum	Anni domini.	
	2	Adrianus iterum Iudæos profligat. Traianum Senatus inter Deos refert.		
	3	XISTVS Papa VI. sedit annis 10. Adrianus plurima		
	4	tributa relaxat: Terræmotus factus est: Bellum cõtra Sau romatas gestum. (deducit.		
	5	Adrianus in Lybiã quę à Iudęis uastata fuerat Colonias		
	6	Alexandriæ † Iustinus V. Episcopus, sedit annis 11. Adria anus Athenienſibus legem dedit.		† Iustus.
	7	Hierosolymis post Philippum Episcopus Seneca X. & post hunc Iustus XI. deinde Leui XII. post quem Ephres XIII. postea † Iesses XIIII. & post hunc Iudas XV. Epi- scopi præfuerunt.		Ioses.
	8	Hoc tempore Aquila interpres habetur.		
	9	Adrianus Apologeticis nostrorum acceptis literas pro		
	10	Christianis misit.	130	
	11	His temporibus Saturninus & Basilides & Carpacra- tes hæresim condiderunt.		
	12	Adrianus Pater patriæ primus appellatur. THELLES- PHORVS Papa VII. sedit annis 11.		
	13	Antiochiæ constituitur Cornelius Episcopus. Nicopho		
	14	lis & Cæsarea terræmotu corruerunt. Templum Romæ & Veneris Romæ factum est.		
	15	Adrianus Athenas ampliauit ædificijs plurimis.		
	16	Iudæi in arma uerti Palæstinam depopulantur.		
	17	Alexandriæ Eumenes VI. Episcopus, sedit annis 13.		
	18	Iudæi iterum cõmoti, magnis ubiq; cędibus enecantur.		
	19	Hierusalem ab Helio Adriano reparata est, & ex eius no mine Helia nũcupata, & Iudęis ne introirent interdicta.		
	20	Primus ex Gentibus Hierosolymis Episcopus Marcus ordinatur, cũ iam XV. de Iudaica gente fuissent. (tio.		
	21	Adrianꝰ morbo intercutis aquę moritꝫ, maior sexagena	140	
		ANTONINVS XIII. cognomento Pius, annis 22. mens. 3. Iste per Apologeticũ Iustini Christiani philo- sophi, & postea martyris edoctus, clemẽs efficitꝫ nostris.		
	1	HYGINVS Papa VIII. sedit annis III.		
	2	Antoninus Pater patriæ appellatur.		
	3	Valẽtinus & Cerdo, & post hos Marcion & Marcus ec- clesiam hæresi impugnant. (tonino scripsit.		
	4	Iustinus Philosophus pro Christianis Apologeticon An		
	5	PIVS Papa IX. sedit 15. Sub hoc Hermes li- brum Pastoris scripsit.		
	6	Antiochiæ constituitur Episcopus Heros V.		
	7			
	8			

	Anni mundi	Regnum Romanorum.	Anni domini.
C	9	Alexandriæ Marcus VII. sedit annis 10.	
	4100 10		
	11		
	12		
	13	Apollonius & Basilides philosophi illustres habentur.	
	14		
	15		
	16		
	17	Crescens Cynicꝰ philosophꝰ Iustino nostro philosopho	
	18	persecutionē cōmouit, in qua ille pro Christo occubuit.	
	19	Alexandriæ Celadion VIII. Episcopus, sedit annis 14.	160
	20	ANICETVS Papa X. sedit annis 11.	
	21	Hierosolymis post Marcum factus est Episcopus Cassia	
	22	nus XVII. Publius XVIII. Maximus XIX. Iulianus	
		XX. Gaianus XXI. Symmachus XXII. Caius XXIII.	
		Iulianus XXIIII. Capito XXV.	
	23	Antoninus Pius apud Lorium obijt anno ætatis † 77.	
472.		MARCVS ANTONINVS VERVS, cum fratre Lucio	
		Aurelio Commodo annis 19. mense 1.	
	1	Hij primum æquo iure administrauerunt imperium.	
D	2	Lucio Cæsari Athenis sacrificanti ignis ab Oriente ad	
		Occidentem in cœlo ferri uisus est.	
	3	Vologesus rex Parthorum prouincias populatur Ro-	
		manas quasdam.	
	4	Fronto orator insignis habetur. Seleucia à Romanis ca-	
	5	Cæsarea Parthis triumphant. (pta est.	
	6	Sub his principib. quarta persecutio orta apud Asiam	
		Polycarpum Smyrnæ Episcopū cum plurimis, & in Gal-	
		lia multos sanctorū coronauit, in qua passi sunt Romæ	
		Anicetus Papa, Victor Papa, Symmetrius Pater, Feli-	
		citas cum VII. filijs, Iulius & Antoninus, Eusebius &	
		Pontianus, Peregrinus & Vincentius: Apud Sebasten	
		Armeniæ XL. martyres. Sub Agricolao Iudice: Apud Spo-	
		letū, Concordius, Germanicus & Pionius: Apud Apa-	
		miā Alexāder & Gaius: Apud Cretā Philippus Episco-	
		pus, Apud Bergamū Carpus Episcopus, Papyrius Dia-	
		conus: Lugduni Galliæ Irenæus Episcopus cum multis.	
		Photinus quoq; urbis eiusdem Episcopus, & Blandina	
		cum alijs 48. Epipodius & Alexander, Linsiria, Victor	
		& Corona. Mediolani Faustus. † Cabillone Marcellus.	
†Auinione		Item Valerianus Alexandriæ Ptolemęus & Lucius.	
	7	Hoc tempore lues maxima multas uastauit prouincias,	170
		& exercitum Romanum penè deleuit.	
	8	SOTER Papa XI. sedit annis 8. Antiochiæ Theophi-	

Anni mundi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
9	Ius VI. Episcopus uir sapiens ordinatur.	
10	Alexandriæ Agrippinus Episcopus sedit annis 10. Lucius Cæsar Apoplexia extinctus est.	
11	Cataphrygarum hæresis oritur.	
12		
13	His temporibus Episcopus, Dionysius, Corinthi Episcopus, Modestus, Melisso, Pynetus Cretæ Episcopus, Theophilus Antiochiæ Episcopus: Apollinaris & alij plurimi doctores clari habentur.	
14	Antonius Imperator multa prælia per se & per duces suos contra Romanos inimicos exegit Antiochiæ VII. Episcopus † Maximus constituitur.	† Maximinus.
15	Hoc tempore Tatianus hæresim Encratitarum condit.	† XV.
16	ELEVTHERIVS Papa XII. sedit annis † 13. Antoninus Commodum filium consortem regni fecit.	
17	Imperatores de hostibus triumphant, & debita plebi relaxant.	180
18	Lucius Britanniæ rex ab Eleutherio Papa ut Christianus efficiatur impetrat.	
19	Antoninus in Pannonia moritur. L. ANTONINVS COMMODVS XV. post mortem patris annos 13. regnauit. Hic Germanos feliciter uicit. Cæterum obscœnus & prauus fuit.	
1	Alexandriæ Iulianus X. Episcopus, sedit annis 10. Commodus de Germanis triumphat.	
2	Templum Serapis Alexandriæ incensum est.	
3	Hoc tempore Parthenus & Clemens Alexandriæ clari habentur.	
4	Hierosolymis Maximus XXVI. Episcopus ordinatur, post quem Antoninus XXVII. Valens XXVIII. † Dulcianus XXIX. Narcissus XXX. † Dius XXXI. Germanio XXXII. Gordius XXXIII. & Narcissus XXXIIII.	† Dulychianus. † Aelius.
5	Commodianæ Thermæ Romæ factæ sunt.	
6	Origenes apud Alexandriam nascitur.	
7	Hoc tempore Montanus quidam Cataphrygarum hæresim condit.	
8	Irenæus Lugdunensis Episcopus, & alij doctores claruerunt.	
9	Capitolium Romæ & bibliotheca fulmine cremantur.	
10	Commodus Colossi capite sublato, suæ imaginis caput iussit imponi. VICTOR Papa XIII. sedit annis 13.	
	Alexandriæ Demetrius XI. Episcopus annis 43.	

C

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	11	Magna quæstio de Pasca oritur, & in dominica die celebrari iubetur.	
	12	Serapion Antiochiæ Episcopus VIII. ordinatur. Commodus multos nobilium interfecit.	
	13	Commodus cunctis incommodus, in domo Vestiliani strangulatur.	
		AELIVS PERTINAX XVI. mensibus 6. Hunc	
	1	Iulianus iurisperitus occidens, regnauit mensibus 7.	
		SEVERVS genere Afer annis 17. Hic Iulianus ciuili bello uicit, & se Pertinacem appellauit.	
	2		
	3	Hoc tempore Narcissus Hierosolymitanus Episcopus,	
4150	4	& Theophilus Cæsarienſis, Polycarpus quoq; & Bachylus Asiani, & alij Episcopi insignes habentur.	200
	5	Iudaicum & Samariticum bellum motum est.	
	6	Seuerus Parthos & Adiabenos Arabasq; superauit &	
	7	subiecit.	
	8	Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam factæ sunt.	
	9	ZEPHERINVS Papa XIII. sedit annis 18.	
D	10	Seuerus V. persecutione plurimos sanctorum coronauit, inter quos pater Origenis Leonides cum multis	
	11	aliis martyrizatur.	
	12	Perpetua & Felicitas hac persecutione apud Carthaginem bestijs deputantur.	
	13	Hoc tempore Symmachus & Theodotion interpretes habentur.	
	14	Seuerus uallum apud Britannos per 132. passuum millia	210
	15	à mari ad mare fecit.	
	16	Tertullianus Afer clarus habetur.	
	17	Seuerus in Britannia moritur.	
		ANTONINVS CARACALLA XVIII. annis 7.	
	1	Antiochiæ IX. Episcopus Asclepiades constituitur.	
	2	† Hoc tẽpore Alexander XXXV. Episcopus Cappadociæ à Narcisso Hierosolymitano Episcopo constituitur.	
	3	Antonin⁹ Caracalla propter genus uestis quod Romæ	
	4	erogabat cognominatur.	
	5	Antoninus Romæ Thermas sui nominis ædificauit.	
	6	Antoninus impatiẽtia libidinis nouercam suam Iuliam duxit uxorem.	
	7	Antoninus interficitur anno uitæ † 43.	220
		OPILVS MACRINVS XIX. annum 1. regnauit.	
	1	Macrinus cum filio Diadumeno occiditur. Antiochiæ	
		X. Philetus Episcopus constituitur.	

† Secus aliquanto Eusebius habet.

† 44.

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.	
	M. AVRELIVS ANTONINVS XX. annis 4.		
1	CALLISTVS Papa XV. sedit annis 5.		
2	Hippolytus Episcopus clarus habetur. Heliogabalum templum Romæ ædificatur.		
3	In Palæstina Nicopolis, quæ prius Emmaus uocabatur, condita est.		
4	Aurelius tumultu militari Romæ occiditur. Huius tempore coronantur Romæ Callistus Papa, Vrbanus Papa, Cecilia uirgo, Tiburtius & Valerianus, Calepodius presbyter, Palmarius Consul cum uxore & filijs, & Simplicius Senator.		
	AVRELIVS ALEXANDER XXI. annis 13. Hic in matrem suam unicè pius fuit, & cunctis charus.		
1	Alexander Xerxen regem Persarum uicit.		
2	VRBANVS Papa XVI. sedit annis + 8. Hic multos nobilium ad Christi fidem conuertit.		+ IX.
3			
4	Vlpianus iurisconsultus insignis habetur.		
5	Neronianæ thermæ Alexandrinæ uocantur.	230	
6	Geminus presbyter, & Hippolytus & Beryllus Episcopi & Bostrenus clari habentur.		
7	Antiochiæ Episcopus XI. Zebennus constituitur.		
8	Mammea mater Alexandri Origenē celeberrimum doctorem ad se uocatum audire curauit.		
9			
10	PONTIANVS Papa XVII. sedit annis + 6.		+ V.
11	Alexandriæ Heraclas XII. Episcopus uir sapiens, sedit		
12	annis + 13.		+ XVI.
13	Alexander tumultu militari occiditur.		
	MAXIMINVS XXII. annis 3. Iste Christianos & maximè rectores ecclesiæ VI. post Neronem persequitur. Sub quo apud Cæsaream Palæstinam Pamphilus & Maximus presbyteri coronantur.		
1	Pontianus Papa & successor eius Antherus XVIII. Papa post primū mensem Pontificatus martyrio coronant.	240	
2			
3	FABIANVS Papa XIX. sedit annis 14. Maximinus Aquileiæ occiditur.		
	GORDIANVS XXIII. annis 6.		
1			
2	Cupienus & Albinus qui imperium arripuerant in palatio occisi sunt.		
3	Hoc tēpore Iulius Africanus chronographus clarus habetur.		Iulius Africanus.
4	Hac tempestate Origenes Theodorum & Athenodorum fratres, postea nobiles Episcopos diuina imbuit philosophia.		

C Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	5		
	6	Gordianus cũ uictor à Parthis reuerteretur, haud longè à Romano solo interficitur.	
		PHILIPPVS cum filio Philippo annis VII. Hic primus omnium Imperatorum Christianus fuit.	
	1	Philippus Philippum filium suum cõsortem regni fecit.	
	2		
4200	3	Alexandriæ XIII. Dionisius Episcopus clarus doctor,	250
†17.		sedit annis †19.	
	4	Millesimus annus ab urbe condita festiue celebratur.	
	5	Origenes presbyter his tẽporibus tanta scripsit, ut Hieronymus quodam loco quinq; millia librorum eius se legisse dicat.	
	6		
	7	Philippus senior Veronæ, iunior, uerò Romæ occiditur.	
		DECIVS XXV. anno 1. mensibus 3. Iste septimam in Christianos persecutionem excitauit.	
	1	Hac & sequẽti persecutione passi sunt Romæ Fabianus Papa, Xistus papa, Laurẽtius, Felicissimus, & Agapitus Diaconus, Abdo & Sennes, Hippolytus & Concordia, Irenæus & Habũdius, Cornelius Papa, Victoria uirgo,	
D		Miniates. Antiochiæ † Babillus Episc. : Apolloniæ ciui	
† Babylas.		tatis Leacus, Tirsus & Gallinicus: Hierosolymis Alexander Episcopus, Nazanzo, Trypho: In Aegypto ciuitate Tanais, Phileas Episc. Philoromus: Babyloniæ etiam Ctesiphontes Episcopus: Pamphilię Nestor Episcopus. In Corduba Parmenius presbyter cũ alijs. In Cyriẽsi colonia Marianus & Iacob. In Tyro Anatholia & Audax. In Africa Nemesianus, Felix, Rogãtianus presbyter, Felicissimus cum alijs: Antiochiæ Asclepiades Episcopus: Alexandriæ Agatho, Serapion, Arsenius, Dioscorus cũ alijs: Itẽ Romæ Stephanus Papa, Eugenia, Iouinus, Basilius, Lucius Papa, Basilla, Rufina, & Secunda uirgines, Tertullianus, Protus, Hyacinthus, Xistus Papa, Valerianus, Nemesius, Symphorianus & Olympius: In Hispania Teragone: Veronæ Zenon Episcopus, Fructuosus Episcopus, Augurius, & Eulogius Diaconi: Cæsareæ Marinę & Artemisię: In Africa Maxima, Donatilla, & Secunda uirgines: In uico Mitanẽsi Priuatus Episcopus, Theodorus cognomẽto Gregorius Põti Episcopus. Sub Claudio uerò & Aureliano Probo & Caro Imperatoribus passi sunt Romæ Felix Papa, Marius & Martha cõiunx eius cum filijs, XLVII. milites qui baptizati sunt à Dionysio Papa, Cyrilla uirgo: In Campania	

Felix

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.	
	Felix presbyter & Eusebius: Romæ itẽ Eutychianus Papa Theodora, Basilides, Tripos & Mandalio: Lingonis sancti gemini: Loonio ciuitate Conon: Cæsarea Cappadocię Mammes: Apud præneste Agapit⁹: In ciuitate Salona Anastasius: Augustoduno Simphorianus: In territorio Viuariẽsi Andeolus Subdiacon⁹, Andochius presbyter, Thyrsus Diaconus, & Felix: In castro Duuone Benignus presbyter: itẽ Romæ Chrysant⁹ & Daria, Claudius & Hilaria uxor eius cum filijs Iasone & Mauro, & LXX. militibus. Fabianus martyrizatur, pro quo CORNELIVS XX. sedit annis 3.		
	Decius cum filio suo in Thracia à Gothis occiditur. Antonius monachus in Aegypto nascitur.		
	GALLVS XXVI. cũ Volusiano filio an. 2. mensibus 4.		
1	Origenes anno ætatis 70. moritᷣ, Nouatus presbyter hæresæos autor extitit: Maxima pestilentia facta est. Antiochiæ † Demetrius XIIII. ordinatur Episcopus.		† Demetrium.
2	Gallus & Volusianus interfecti sunt Interamne.		
	VALERIANVS XXVII. cum Gallieno annis 15. Iste quartam persecutionem in Christianos exercuit.		
1	Cornelius Papa martyr efficitur.		
	LVCIVS Papa XXI. sedit mensibus 8. & martyr efficitᷣ.		
2	STEPHANVS Papa XXI. sedit annis 2.		
3	Cyprianus doctor eximius Carthaginensis Episcopus martyrio coronatur.	260	
4	XISTVS Papa XXIII. sedit annis † 11. Valerianus commota persecutione à Sapore rege Persarũ captus, & oculis priuatus in seruitute miserabili consenescit, & Gallienus tertius pacem Christicolis reddidit.		† VIII.
5			
6			
	Antiochiæ XV. Paulus Samosatenus, postea hæreticus.		
7	Episcopus constituitur.		
8	Germani Italiã, Alemanni Gallias & Italiã populantur.		
9	Græcia, Macedonia, Põtus, Asia depopulanᷣ p Gothos,		
10	& alias plures prouincias Barbarorũ quassauit irruptio.		
11	Alexandriæ Maximus XIIII. Episcopus sedit annis 18.		
12	Hoc tẽpore Theodorus qui & Gregorius Neocæsariæ Episcopus uirtutibus claruit.		
13	Hierosolymæ ᵛ XXVII. Episcopus Hymeneus cõstituitᷣ.	270	
14	DIONYSIVS Papa XXIII. sedit an. 8. Paulo Samosateno hęretico deposito Dominus XVI. Antiochię Episcopus ordinatur.		
15	Galienus Mediolani occiditur.		
	CLAVDIVS XXVIII. an. 1. mẽsibus 9. Iste Gothos iam per annos 15. Illyricũ Macedoniamq; uastantes superat.		

Paulus

	Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
C		1	Paulus de Samosata Antiochenus Episcopus hæreticus esse conuincitur.	
		2	Claudius Sirmio moritur, pro quo frater Quintilius regnauit dies 17. Aquileiæ occiditur.	
			AVRELIANVS XXIX. annis 5. mensibus 6. Hic reipublicæ utilis, primo clemens Christianus, posita persecutor fuit. Antiochiæ Episcopus XVII. Timæus efficitur.	
		2	Zenobia regina orientis uincitur.	
		3	Aurelianum Romæ triũphantem Tetricus & Zenobia captiui præcesserunt.	
		4	Aurelianus tẽplum Soli ædificat, & nouã persecutionẽ in Christianos excitat.	
		5	Aurelianus diuino fulmine territus inter Bizantium & Heracleam à militibus occiditur.	
			TACITVS XXX. mens. 6. Quo apud Pontum occiso Florianus regnauit dies 88, & apud Tharsum occidit.	
		1	FELIX Papa XXV. sedit annis 5.	
			PROBVS XXXI. annis 6. mensibus 4.	
		1	Galliæ à Barbaris uastatæ à Probo Rom. restituuntur imperio.	
		2	Antholius Laodiciæ Episcopus clarus habetur.	
		3	Manes quidam genere Persa insanam Manichæorũ hæresim condit.	
D		4	Antiochiæ Episcopus XVIII. Cyrillus constituitur.	
		5	EVTYCHIANVS Papa XXVI. sedit mensibus 10.	
		6	GAIVS Papa XXVII. an. 15. Alexãdriæ Theonas Episcopus XV. an. 18. Probus apud Sirmiũ tumultu militũ occiditur.	
			CARVS XXXII. cũ filijs Carino & Numeriano an. 2.	
		1	Carus uictor de Parthis sup Tigridem fulmine ictus interijt.	
		2	Numerianus occiditur. Carinus apud Margum à Diocletiano interficitur.	
			Hucusq; ab incarnatione Domini supputantur secundum Dionysium anni CCXXXIIII.	
			DIOCLETIANVS XXXIII. annis 20.	
		1	Ab hoc anno Græci paschales circulus inchoabant.	
		2	Diocletianus Herculium Maximianum in consortiũ regni assumit.	
		3	Maximianus in Gallia Amandũ cum rusticis uicit. Carus sumpta purpura Britannias occupat.	
		4	Hoc tempore Carausius Britannias, Narseus rex Persarum orientem, Aegyptum Achilles. Quinquegentiani Africam uastauerunt.	
		5		
		6	Diocletianus Constantiũ Costantini patrem Cæsarem facit, qui regnauit annis XVI.	290
		7	Diocletianus Galerium Maximianum Cæsarem facit.	

Hoc

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	8	Hoc tempore Phierius presbyter, & Achillas & Melitij	9
		Alexandrinus claruerunt.	
	9	His temporibus diuersis & multis prælijs hostes diuersi	
	10	uincuntur.	
	11	Diocletianus se ut Deum adorari iussit.	
4250	12		
	13	Gaio Papa martyrizato Marcellinus XXVIII. succesit.	
	14	Diocletianus victo Achilleo Alexandriã Aegyptumq;	
		recepit.	
	15	Constantius LX. Alemannorum occiditur. Hierosoly-	
		mis Episcopus Labdas ordinatur XXXVIII.	
	16	Alexandriæ XVI. Petrus Episcopus sedit annis XII.	300
		Galerius Maximianus à Narseo uictus est.	
	17	Galerius Maximianus Naseum superauit, & uxorem	
		ac liberos ac sorores captiuauit.	
	18	Antiochiæ XIX. Tiramnus Episcopus cõstituit Diocle	
		tianus & Maximianus insigni põpa de hostib. triũphãt.	
	19	Diocletianus in oriẽte, & Herculius Maximian9 in occi	
		dẽte ecclesias subuertũt, libros diuinos incendũt, & Chri	
		stianos decima persecutione post Neronẽ cruciauerunt.	
	20	Marcellino Papa martyrizato Eusebius XXIX. succesit	
		mensibus 8. Quo itẽ passo, XXX. Miltiades sedit annis	
		IIII. Diocletianus Nicomediæ, & Maximian9 Mediolani	
		purpuras et regnũ ob senectutis defectũ spõte deponũt.	
		In persecutione Diocletiani, Maximiani, Constantij, Se-	
		ueri, Galerij & Maximiani, passi sunt Romæ Caius Pa-	
		pa, Ciriacus Diaconus, Largus, Smaragdus, Apronia-	
		nus, Papis, Maurus, Claudius, & Prepedigma cum fi-	
		lijs, Gabinus presbyter, Castulus, Pancratius, Artemius,	
		cum uxore & filia, Sebastianus, Marcus, Marcellianus,	
		Marcellinus presbyter. Petrus exorcista, Tranquillinus,	
		Nicostratus, Zoë uxor eius, Primus, Felicianus, Clau-	
		dius, Castorius, Victorinus, Simphorianus, Basiliscus,	
		Faustinus, Simplicius, Beatrix, Tiburtius, filius Troma-	
		cij, Susanna uirgo, Ioannes, Crispus, Genesius, Felix,	
		& Adauctus, Lucia & Gemianus, Sergius & Bachus,	
		Chrysogonus, Saturninus & Sisinnus, Quatuor corona	
		ti, Theodorus, Potianus, Prætextatus, & Thraso: Apud	
		Spoletũ Gregorius presbyter, Sabinus Episcop. Exu-	
		perantius & Marcellinus Diaconus: Apud insulas Par-	
		marias Anastasia: Antiochiæ Iulianus & Basilissa: In Hi-	
		spania ciuitate Cæsaraugustana Vincẽtius Diaconus: In	
		Barcinona Eulalia uirgo, Oucufas: Apud Gerẽdanam	

Anni mundi	Regnum Romanorum.	Anni Domini.
	Felix: In Cucumis Iuliana uirgo: Apud Tyrum Tiranno, Syluanus, Peneleus & Linus Episcopi, cum innumera multitudine: Apud Sirmiũ Sirenus. Nicomediæ, Petrus, Lucianus presbyter Antiochenus. Antimus Episcopus, Pantaleon, Ioannes, Adrianus, Dorotheus, & Gorgonius, Eleutherius: Smyrnæ Irenæus Episcopus: In Palæstina ciuitate Gaza, Syluanus: Mediolanis Victor: In ciuitate Suscia Quirinꝰ Episcopus: Apud Tharsum Bonifacius: In Aquileia Felix & Fortunatus: Apud Ciliciã Vitus & Modestus, cũ Crescentia, Lucia uirgine: In Britannia Albanus: In Missilia Victor: Apud Augustã Afra in Rhetia prouincia: Nicæa Bithyniæ Theodata cũ filijs: In ciuitate Compluto Iustinus & Hastar fratres: In Sicilia Euplus Diaconus: Pergamis Alexander: In Chalcedone Eufœmia: In Neapoli Campanię Ianuarius Episcopus Beneuẽtanus, Sosius Diaconus: Mesenate ciuitate Faustus & Desiderius: In Palæstina Peleus & Nilus Episcopi: In Cizico Suasta & Eulasius: Agauno Mauritius cũ socijs Antiochiæ: Cyprianus Episcopus cũ apud Aegeã ciuitatẽ Cosmas & Damianus. (lustina.	
D	In castro Solodoro Victor: Apud Coloniam Agrippinam Gereon cũ socijs: Apud Tharsum Carracus, Probus & Andronicus. In Venusia Felix Episcopus, Audax, Ianuarius presbyter: Suessionis ciuitate Crispinianus & Crispinus: Apud Sidonẽ Cenobius presbyter: In territorio Augauẽsi Tiberius, Modestus, & Florentia: In Scythia Mennas: Antiochiæ Romanus: Alexandriæ Petrus Episcopus: In Africa Crispina uirgo: In Tuscia Barbara uirgo: In Hispania Leocadia: Emerita ciuitate Eulalia & Iulia uirgines.	
	GALERIVS & Constantius Augusti. Maximinus persecutor Christianorum & Seuerus Cæsares eliguntur.	
1	Constantius Augustus uir mansuetus in Britannia Eboraci obijt.	
	CONSTANTINVS Constantij XXXIIII. ex concubina Helena filius, annis 30. mensibus 10. Hic primus Imperator excepto Philippo Christianus fuit, & ab hoc Christiani Imperatores cœperunt.	
1	Maxẽtius Maximini Herculij filius Augustus appellat.	
2	Maximianus Herculius apud Massiliam turpiter interficitur.	
3	Quirinus Episcopus pro Christo passus est. Occiso Seuero Licinius Cæsar efficit. Galerius Maximianus Christianorum	

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	stianorũ persecutor, diuina ultione tactus parcere Chri	
	stianis iussit, & ipse moritur.	
4	Maximus Cæsar persecutionẽ restaurat, & ipse moritur.	
	Melciade Papa passo, SYLVESTER XXXI. sedit an. 22.	
5	Petrus Alexandriæ Episcopus martyrio coronatur, pro	310
	quo Achillas XVI. sedit. Magna fames & lues in persecu	
	tores facta est.	
6	Cõstantinus Maxentiũ ciuili prælio Deo iuuante apud	
	pontem Miluium uicit.	
7	Persecutio tandem post X. annos finita est.	
8	Hierosolymitanus Episcopus Macharius XXXIX. cõsti-	
9	Diocletianus moritur, & inter deos refertur. (tuitur	
10	Plurimi persecutorum & magorum trucidantur.	
11	Crispus & Constantinus filij Constantini, & Licinius	
12	Cæsares appellantur. Lactantius clarus habetur.	
13		
14	Licinius Christianos de palatio suo expellit & eos perse	
	quitur.	
15	Alexandriæ Alexander XVIII. Episcopus ordinatur à	320
16	quo Arius presbyter de ecclesia eiectus, multos errori	
	suo sociat, & ecclesiam hæresi impugnat.	
17	Concilium in Nicea congregatur CCCXVIII. Episcopo	
	rum sub Iulio Papa, in quo Arius condemnatur.	
18	Constantinus filius Constantini Cæsare efficitur. Licini	
	us occiditur.	
19	Hoc tempore crux dominica ab Helena Cõstantini ma	
20	tre in Hierosolymis reperitur, sub Machario eiusdem ur-	
	bis Episcopo.	
21	Vicennalia Constantini Romæ acta.	
22	Antiochiæ post Tiramnum Vitalis XX. Episcopus ordi	
23	natur, pro quo † Philogimius XXI, & post hunc Pau-	† Philogo-
	linus XXII. cui successit Eustathius XXIII. Quo ob fi-	nius.
	dem catholicam in exilium misso, Ariani Episcopi XI. nu	
	mero ecclesiam illam unus post alium occupauerunt.	
	Constantinus uxorem suam Bausiam interfecit.	
	Donatus quidam Donatistarum hæresim condidit.	
24	Constantinus Bizantium urbem reparauit, & ex suo no	
	mine Constantinopolim appellauit, & sedem Romani	
	regni eam esse uoluit.	
25	Alexandriæ Athanasius XIX. Episcopus ordinatur. Ro	330
	mæ MARCVS XXXII. Papa sedit mensibus 8. pro quo	
	IVLIVS XXXIII. annis 16. mensibus 9. Porphyrius mis-	
	so ad Constantinum uolumine exilio liberatur. Templa	
	idolorum destruuntur.	

	Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
C		27	Constans filius Constantini Cæsar efficitur.	
		28	Antonius monachus clarus habetur.	
		29	Constantia Constantini soror, uxor Licinij moriens, Arianum quendam presbyterum fratri commendat.	
		30	Dalmatius Cæsar efficitur. Constantinus in Arianum dogma labitur, ab Eusebio Nicomediense baptizatus.	
		31	Constantinus dum bellum in Persas pararet apud Nicomediam obijt, anno uitæ 66.	
			CONSTANTIVS XXXV. filius Constantini cum Constantino & Constante fratribus, annis 24. mensibus 5. diebus 13. regnauerunt.	
		1	Constantius Ariana hæresi per Arianum presbyterum & Eusebium Nicomediensem polluitur, & catholicos persequitur.	
		2	Iacobus Nisibinus Episcopus uirtutibus claruit. Dalmatius Cæsar occiditur. Sapor rex Persarũ Mesopotamiã uastat, & Christianos persequitur.	
		3	Constantinus bellum fratri Constantio inferens, iuxta Aquileiam occiditur.	
		4	Terræmotus multas urbes obruit. Audeus Syrius Audeanam hæresim condit.	340
D		5	Franci à Constante perdomiti, in pacem recepti sunt.	
		6	Constãtinopoli eiecto ab Arianis Paulo Episcopo, Macedonius Hereſiarches in locum eius substituitur.	
		7	Hoc tempore Maximinus Treuirorum Episcopus clarus habetur, à quo Athanasius Alexandriæ Episcopus	
		8	à Constantio profugus honorificè susceptus est.	
		9	Athanasius Episcopus ad Constantis literas Alexandriam regreditur.	
	4300	13	Eclypsis solis facta est, & terræmotus hoc tempore multas urbes subuertit.	
		11	Bellum contra Persas graui Rõmanorũ damno geritur. Maximus XL. post Macharium Hierosolymitanũ Episcopum moritur, post quem Cyrillus expulso Heraclio & cæteri Ariani Episcopi ecclesiam illam occupant.	
		12	Romæ LIBERIVS XXXIIII. Papa ordinatur. Quo ab Arianis eiecto, Felix locum eius occupat annũ unũ, sed Liberius hæresi subscribens redijt & Felix ejcitur. Constans haud lõge ab † Hyspen interficitur anno ætatis 30	
† Hispania.		13	Magnentius qui Constantem occiderat, & alij rempublicam turbant.	
		14	Magnẽtio graui ciuili prælio uicto, Gallus Cæsar efficit.	350
		15	Gallus multos Iudæorum deleuit, & ciuitatem eorum subuertit.	

Magnen-

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	16	Magnentius seipsum occidit,& Decentius frater eius laqueo uitam finiuit.	
	17	Gallus Cęsar à Constantio patrueli suo ob suspicionem occiditur. Victorinus rhetor,& Donatus Grammaticus Romæ insignes habentur.	
	18	Iulianus frater Galli Cæsar efficitur à Constantio. Antonius monachus CV. ætatis anno obijt.	
	19	Liberius Papa & multi catholicorum Episcopi ab Arianis expulsi sunt. Magnæ Alemannorum copiæ apud Argentarium deletæ sunt.	
	20	Ossa Andręæ Apostoli,& Lucæ Euangelistæ,& Timothęi Constantinopolim allata sunt. Iulianus Rhenо Germanos uicit.	
	21	Paulinus Treuirorum Episcopus in exilio obijt. Hoc tempore Hilarius Pictauiensis Episcopus,& Athanasius Alexãdrinus & omnes catholici Episcopi multa ab Arianis mala passi sunt.	
	22	Apud Ariminum Synodus Arianorum contra fidem facta est.	
	23	Iulianus bellorum successibus elatus, Augusti nomen usurpat. Constantius in Parthos bellum parat.	
	24	Constantius Parthico bello dimisso contra Iulianum arma sumens moritur anno ætatis 46.	360
		IVLIANVS XXXVI. Apostata anno uno, mensibus 8.	
		Hic ex Christiano lectore paganus factus persequitur Christianos.	
	1	Alexandriæ Georgio Ariano Episcopo à populo incenso, Athanasius ad sedem suam reuertitur, in parte catholicorũ Antiochiæ Episcopus fit. Pagani apud Sebasten sepulchrum sancti Ioannis Baptistæ inuadunt.	
	2	Iulianus ad bellum Parthicum profectus,& Christianorum sanguinem dijs suis uouens, Dei iudicio à quodam hoste occisus interijt, anno ætatis 32.	
		IOVIANVS XXXVII. mensibus 8. Iste iterũ cum omni exercitu ad Christianitatem redit.	
	1	Iouianus in noua domo recubãs, suffocanus odore prunarũ & Calcis moritur. Synodus hæresiaca Antiochiæ facta est.	
		VALENTINIANVS XXXVIII. regnauit annis 11.	
		Hic ob fidem Christi tribunatu militum à Iuliano priuatus fuit.	
	1	Valentinianus Valenti fratri suo Orientis imperium dedit.	

C Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	2	Romæ DAMASVS XXXV. Papa ordinatur. Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo seductus & baptizatus, post mortem fratris orthodoxos persequitur. Terræmotus per totum orbem factus est.	
	3	Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator efficitur. Vera lana pluuiæ mixta de nubibus fluxit:	
	4	Athanaricus rex Gothorũ Christianos in sua gente persequitur. Hilarius Pictauis Episcopus obijt.	
	5	Eusebius Vercellensis Episcopus moritur. Laodiciæ Apollinaris Episcopus plura scripsit, sed postea hæresim condit.	
	6	Magna fames in Phrygia. Lucifer Caralitanus Episcopus uir ualde catholicus obijt.	
† Maximus	7	†Maximinus Præfectus †Rom. multos nobiliũ occidit.	370
† Annonæ.	8	Valentinus Saxones in regione Francorum cæde perdomuit.	
	9	Alexandriæ Petrus XX. Episcopus post Athanasium ordinatur. Burgundiorum LXXX. ferè milia iuxta Rhenum consederunt. Eunomius hæresiarcha extitit.	
D		Didymus cœcus clarus habetur.	
	10	Magnentia quę & Tecla Romanorum nobilissima Hierosolymam ueniens, uirtutibus & humilitate claruit. Post Auxentium Arianum Ambrosio Mediolani Episcopo ordinato, Italia ad rectam fidem reuertitur.	
	11	Valentinianus bellum in Sarmatas parans, apoplexia obijt. Multi monachorum martyrio coronantur. VALENS XXXIX. post mortem fratris cum Gratiano & Valentiniano annis 4. regnauit.	
	1	Photinus hæreticus moritur. Theodosius Theodosij post ea imperatoris pater, & multi nobiles à Valente occisi.	
	2	Gratianus 30. M. Alemannorum deleuit. Gothi depulsi ab Hunis diffundũtur in Thraciam. Valens legem dedit, ut monachi militarent, nolentes fustibus iussit interfici. Gothi datis à Valente hæreticis doctoribus Ariani efficiuntur.	
	3	Gothi fame compulsi rebellant.	
	4	Valens à Gothis occiso exercitu fugiens in domo quadam uiuus crematur.	
		Huc usque Chronicam Eusebij Hieronymus perduxit.	

GRA

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	GRATIANVS XL. cum Valentiniano fratre post mortem Patrui annis 6. regnauit.	
1	Gratianus Theodosium genere Hispanum, Orientis Imperatorem fecit. Priscillianus Episcopus hæresim condit.	
2	Ab hoc anno Theophilus paschales circulos inchoat.	380
3	Synodus secunda CL. Episcoporũ Constantinopoli aduersus Macedonium congregatur sub Damaso Papa.	
4	Hoc tempore Theodosius multis prælijs Gothos, Hunos Alanosq; superauit. Athanaricus rex Gothorum moritur.	
5	Arcadius Theodosij filius Imperator efficitur.	
6	Maximus regnum sibi usurpans. Valentinianum Italia depulit Gratianus Lugduno occiditur.	
	Romæ post Damasum VRSINVS XXXVI. Papa sedit annis 14.	
	THEODOSIVS XLI. cum Valentiniano post mortem Gratiani annis XI. regnauit.	
1	Theodosius uir omnibus uirtutibus plenus Valentinianum benignè suscepit. Priscillianus & alij hæretici sequaces eius ab Euodio præfecto gladio addicti sunt.	
2	Ambrosius Mediolanensis Episcopus, & sanctus Martinus Turonensis Episcopus, & Hieronymus presbyter Bethlehemites clarissimi habentur.	
3		
4	Maximus tyrannus à Theodosio uictus & captus, capite plectitur, & Victor filius eius ab Arbogaste interficitur, & Valentinianus regno restituitur.	
5	Ithacius & Vriacius Episcopi necem Priscilliani quem accusauerant ecclesiæ communione priuantur.	
6		390
7		
8	Valentinianus dolo Arbogastis suspendio periit.	
	Hieronymus usque huc librum de illustribus uiris ecclesiæ perduxit.	
9	Arbogastes Eugenium tyrannum Imperatorem constituit.	
10	Iohannes heremita Theodosium uictorem fore contra Eugenium prophetat.	
11	Augustinus doctor facundissimus, Hippone regione Africæ Episcopus ordinatur.	
	Claudius poëta clarus habetur.	

C Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
		Theodosius Eugenio tyrannum superauit, & ipse Mediolani in pace obijt.	
		Huc usq; ecclesiasticam historiam Eusebij Rufinus perduxit.	
		ARCADIVS XLII. filius Theodosij cum fratre Honorio annis 13.	
4350	1	Gildo Comes Africam sibi usurpare audet. Ioannes heremita obijt.	
	2	Concilium Carthaginense colligitur. Sanctus Martinus Turonorum Episcopus post multas uirtutes migrauit ad Dominum anno ætatis 81. Episcopatus uerò 26.	
	3	Romæ ANASTASIVS XXXVII. Papa ordinatur. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, doctor sapientissimus, migrauit ad Dominum.	
	4	Templa idolorum destruunt, et ludi gladiatorũ tollunt.	
† Mazelser		† Mascezil Gildonem fratrem deo iuuante superauit,	
	5	Gothi Halarico & Radagaiso regibus Italiam ingrediuntur.	400
	6	Ioannes Constantinopolitanus & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi sibi inuicem discordissimi habentur. Hoc tempore corpora prophetarũ Abacuc & Micheæ à Domino reuelantur.	
D	7	Romæ INNOCENTIVS XXXVIII. Papa sedit annis 14. Gothi Stiliconem cum Romano exercitu uictum fugauerunt.	
	8	Carthaginense Concilium contra Donatistas habetur. His temporibus Orosius presbyter clarus habetur.	
	9		
	10	Hoc tempore Radagaisus hostis crudelissimus cum cc. milibus Gothorum Deo donante sine bello perijt. His diebus Innocentius Papa dedicauit Basilicam Geruasij & Prothasij martyrum.	
	11	Vandali & Alani transito Rheno Gallias intrauerunt.	
	12	Constantinus tyrannus Gallias occupat. Pelagius Brito Dei gratiam impugnat.	
	13	Arcadius Orientis Imperator Constantinopoli moriẽ. Stilico cum filio Eucherio ab Honorio occiditur.	
		HONORIVS XLIII. cum Theodosio fratris sui filio annis 15.	
	1	Attalus rex Imperator factus, qui mox priuatus regno Gothis cohæsit. Vandali Hispanias occupauerunt.	

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
2	Roma irrupta est à Gothis Halarico rege, anno à condi	410
	tione eius MLXIIII. Sed quia Christianus rex erat clementer victoria usus est.	
3	Constãtinus tyrannus victus & captus est, pro quo Maximus tyrannidem inuasit.	
	Athaulphus Placidiã sororem Honorij accepit uxorẽ.	
	Constantius dux constituitur.	
4	Gothi rege Athaulpho Gallias intrant.	
5	Purgundiones partem Galliæ Rheno coniunctam tenuerunt.	
6	Attalus in Gallijs tyrannidem exercet.	
7	Corpora Stephani protomartyris, Gamalielis & Nicodemi, Luciano presbytero reuelantur.	
8	Romæ ZOSIMVS XXXIX. Papa sedit annis 3.	
	Gothi placati Constantio Placidiam reddiderunt, cuius ille nuptias promeruit.	
9	Honorius Attalum tyrannum exilio damnauit.	
	Quæstio de huius anni Pascha sub Zosimo Papa oritur.	
10	Synodus Carthaginensis congregatur CCXVII. Episcoporum contra Pelagium & cæteros hereticos sub	
	Zosimo Papa. Eclypsis solis facta est 14. Calẽdas Augusti, & Cometa usq; ad mensem Septembrem uisa est.	
11	Honorius Constantium in regni consortium sumpsit.	
	Romæ BONIFACIVS XL. Papa annis 4.	
12	Hieronymus presbyter Bethlehemites, incomparabilis	420
	doctor obijt anno uitæ 91.	
13	Constantius Imperator moritur.	
14	Exercitus contra Vandalos ad Hispanias mittitur.	
15	Placidia à fratre Honorico cum filijs ad Orientem mitti	
	tur, & Honorius moritur.	
	Romæ CELESTINVS Papa XLI. annis 9. sedit.	
	THEODOSIVS XLIIII. minor Arcadij filius. annis 26.	
1	Theodosius Valentinianum Placidiæ filium consobrinum suum Cæsarem facit, & cum matre ad Occidentis	
	imperium misit.	
2	Valentinianus Ioannem tyrannum extinxit, Hunosq;	
	per Aëtium Patritium superauit.	
3	Patroclus Arelatensis Episcopus à Tribuno quodam	
	innocens occiditur.	
4	Gens Vandalorum à Gothis excluſa de Hispanijs ad	
	Africam transit.	
5	Nestorius Constantinopolitanus Episcopus hæresim	

C Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
		condit, sanctam Mariam Theotocon regnans, cui Cyrillus Alexandrinus Episcopus, & Celestinus Papa multum resistunt.	
		Aëtius multis Francis cæsis, partem Galliæ quam possederant recepit.	
	6		
	7	Sanctus Augustinus Hipponẽsis Episcopus & doctor facundissimus in ciuitate sua à Barbaris obsessus, obijt anno ætatis 76. Episcopatus uerà sui 40.	430
	8	Palladius Episcopus à Celestino Papa ad Scotos credẽtes Christo mittur.	
		Romæ XISTVS XLII. Papa sedit annis 8.	
		Hoc tempore tertia Synodus uniuersalis in Epheso congregatur c. Episcoporum contra Nestorum sub Ce-	
	9	lestino Papa.	
	10		
	11		
	12	Pax cum Vandalis facta, data eis Africæ portione.	
		Aëtius Gundicarum Burgundionũ regẽ uicit, quem Huni post peremerunt.	
	13	Gothi pacem turbant, & per Litorium ducem Romanum pelluntur.	
	14	Ginsericus rex Vandalorum Arianus catholicos in Africa persequitur. Valẽtinianus filiam Theodosij in matrimonium accipit.	
	15		
	16	Iulianus Athesensis Episcopus Pelagianista iactantissimus, ecclesiam multa arte insequitur, sed à Xisto Papa damnatur. Bellum aduersus Gothos Hunis auxiliatoribus geritur, & Litorius dux Romanus ab eis capitur.	
		Ginsericus dolo Carthaginem cepit.	
	17	Ginsericus Siciliam grauiter afflixit.	440
		Romæ LEO XLIIII. Papa constituitur.	
	18	Theodosius Imperator bellum contra Vandalos ineffi-	
		caciter mouit.	
	19	Huni Thracias & Illyricum uastauerunt.	
		Pax cum Ginserico facta est.	
	20	Leo Papa multos in urbe Manichæos inueniens publicauit & correxit. Et sanctus Briccius Turonensis Epi-	
		scopus obijt, cui sanctus Eustathius succesit.	
	21	Attila rex Hunorum + Bledlam fratrem interfecit, & e-	
+ Bledam.		ius populum sibi subiecit.	

De huius

Anni mundi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
	De huius anni Pascha Proterius & Paschasinus Leoni.	
	Papæ scribunt.	
	22	
4400	23 Britãni contra Scotos & Pictauos auxiliũ ab Aëtio &	
	Romanis petunt, nec impetrant.	
	24 Eutyches Constantinopolitanus hæresim cõdidit, & suf	
	fragante Theodosio Imperatore & Dioscoro Alexan-	
	drino Episcopo, Flauianum Constantinopolitanũ Epi-	
	scopum catholicum multis iniurijs affecit.	
	25 Theodosius Leonem Papã pro Eutychete ad se uocat,	
	26 qui à populo Romano uenire prohibitus nũtios mittit.	
	Theodosius Imperator orientis moritur.	
	MARTIANVS XLV. cum Valentiniano annis 7.	
	1 Aëtius cum Romanis, Gothis auxiliatoribus, Attilam	450
	superauit.	
	2 Attila Aquileiam ui magna cepit, cum quo Valentinia	
	nus pacem fecit.	
	3 Attila Hunorum rex moritur.	
	Hoc tempore quarta Synodus DCXXX. Episcopo-	
	rum in Chalcedone congregatur sub Leone Papa con-	
	tra Eutychen.	
	4 Valentinianus Aëtium patritiũ reipublicæ utilem ma-	
	nu sua occidit.	
	Valentinianus ab amicis Aëtij in campo Martio occidi-	
	tur: Pro quo Maximus menses duos regnauit, & à mili	
	tibus occiditur. Post quem Auitus sumpsit imperium.	
	Eodem anno Ginsericus Romam opibus cunctis ex-	
	poliat.	
	Hucusq; Prosper Chronicam suam perduxit.	
	6 Auitus imperium Placentiæ deposuit: Pro quo Maio-	
	rianus regnauit.	
	7 Martianus orientis Imperator ubijt.	
	Ab hoc anno Victorius Paschalem circulum, sed men-	
	dosum inchoat, iubente Papa Hilario.	
	LEO XLVI. annis 17. Orienti imperat.	
	1 Maiorianus Imperator occidentis in Africam mouit	
	2 procinctum.	
	3 Hoc tempore † Theodorus Cyriæ Episcopus clarus ha	† Theodo-
	betur.	retus.
	4 Ricimer Maioriano occiso Seuerum constituit.	460
	5 HILARIVS Papa XLIIII. sedit annis sex, mensibus 3.	
	6 diebus 10.	

C Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	7	Rex Alanorum Beorgor à Ricimere patritio uictus in	
		teritt.	
	8	Seuerus fraude, ut aiunt. Ricimeris ueneno periit.	
	9		
	10	Anthemius Imperator occidentis à Leone mittitur.	
	11	Marcellinus in Sicilia occiditur.	
		SIMPLICIVS XLV. Papa sedit annis XV. mense 1.	
		diebus 7.	
† Seruãdus	12	† Arabundus imperium tentans ab Anthemio in exili-	
		um mittitur.	
	13	Romanus imperium affectans decollatur.	
	14	Aspar affectata tyrannide Constantinopoli à Leone oc	470
		ciditur.	
		Sanctus Remigius Remorum Archiepiscopus ordina-	
		tur anno ætatis 22.	
	15	Ricimer Anthemium Imperatorẽ cum graui clade ur-	
		bis occidit, & Olybrium constituit, ipseq; periit.	
	16	Olybrius Imperator septimo mense moritur: Pro quo	
		† Clyterius. Leo Leonem consortem regni fecit.	
† Lycerius	17	Leo senior obiit: Pro quo iunior Leo paucis mensibus	
D		regnauit.	
		Romæ Clyterio Nepos successit.	
		ZENON XLVII. annis 17. Orientem rexit.	
	1	Orestes Nepotem fugauit, & filio suo Augustulo impe	
		rium dedit.	
	2	Odoacer rex † Torcilingorum & Rugorũ cum multis	
† Turcillin gorum.		Barbarorũ auxiliis Italiam ueniens, Orestem & Paulũ	
		fratres occidit, Augustulum exilio damnauit, & Romã	
		obtinuit anno à conditione eius MCCXXIX.	
	3	Odoacer Romæ inuito Zenone regnauit.	
	4	Hoc tempore corpus Barnabæ Apostoli, & Euange-	
		lium Matthæi stylo eius scriptum ipso reuelante repe-	
	5	ritur.	
	6		
	7	Odoacer in Dalmatiis Odiciam uicit & peremit.	480
	8		
† Theodi- merus.	9	Theodericus † Theotmari filius rex Ostrogothorum,	
		Zenoni Augusto familiaris efficitur.	
		FELIX XLVI. Papa sedit annis 8. mensibus 11. die-	
		bus 18.	
	10	Zenon Theodericum Consulem & Magistrum mili-	
		tum fecit.	

Hoc

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	11	Hoc tempore Honorius rex Vandalorum plus quàm CCCXXXIII. Episcopis exulatis catholicos Ariana impietate persequitur.	
	12		
	13	Odoacer Phœbam regem Rugorum uicit & cepit.	
	14		
	15	Theodericus permittẽte Zenone Italiam uenit, & Odoacrum duobus prælijs superauit.	
	16	Theodericus Odoacrum tertio certamine uictum apud Rauennam obsedit.	
	17	Odoacer nocte egressus quarto prælio uincitur à Theoderico. Vandali pacem fecerunt: Et Zenon obijt.	490
		ANASTASIVS XLVIII. annis 28.	
	1	GELASIVS XLVII. Papa sedit annis 4. mensibus 8. diebus 18.	
	2	Theodericus Odoacrum insidias sibi molientem interemit, & ipse occidentis regnum 30. annis tenuit.	
	3		
	4	Hoc tempore Thrasamundus rex Vandalorum catholicas ecclesias clausit, & CCXX. Episcopos exilio in Sardiniam misit, quos Symmachus Papa sanctissimus inibi aluit. Et mortuo rege Francorum Childerico filius eius Clodoueus, qui & Ludouicus, rex magnus successit.	
	5	ANASTASIVS Papa sedit anno 1. mensibus 11. die-	
4450	6	bus 24.	
	7	SYMMACHVS Papa sedit annis 15. mensibus 7. diebus 24.	
		His temporibus Boëtius Consul Romæ plurima ingenij sui monimenta conscripsit.	
	8	Isauri occiso Lilinge duce eorum ab Anastasio uicti trucidantur. Ludouicus rex Syagrium Aegidij filium Principem Romanorum bello uicit & peremit.	
	9	Theodericus Romam uenit, multaq; miranda ædificia	
	10	construxit.	500
	11	Theodericus aquam Rauennam perduxit.	
	12	Italiam Sirmiũ recepit, uictis à Theoderico Bulgarijs.	
	13		
	14		
	15	Fulgentius clarus Episcopus his temporibus habetur.	
	16	Theodericus uictis Francis Gallias acquisiuit.	
	17		
	18	Ludouicus rex Alemannos diuinum inuocans auxiliũ bello uicit, atque subiecit.	

Ludouicus

Ann; mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	19 Ludouicus rex, quem Clodoueum dicunt, cum gente Francorum à sancto Remigio Remensi Archiepiscopo fide Christi imbuitur & baptizatur.	
	20	510
	21 Sub hoc Anastasio diuersis ubique bellis respublica fatigatur.	
	22 Vitalianus cum Scythis aduersus Anastasium seruus rebellat.	
	HORMISDA Papa L. sedit annis 9. diebus 17.	
	23 Clerus & populus Romæ pacificantur.	
	24 Theodericus filiã suam Amalsuintã Eutharico dedit.	
	25	
	26 Vitalianus sæpe milites Anastasij uincẽs ipsum irridens	
	27 spreuit.	
	28 Anastasius hæresi fauens Eutychetis, & catholicos persequens diuino fulmine perijt, maior octogenario.	
	IVSTINVS maior XLIX. annis 8.	
	1 Iustinus plurimos regno suo inhiantes occidit, & cum Vitaliano fœdus percusit, quem tamen postea occidit.	
	2	520
	3 Ioannes Papa Constantinopolim ueniens cœcum illuminat, sedens annis 2. mensibus 9. diebus 16.	
	4 Theodoricus sanctũ Ioannem Papam carceris afflictione perimit, & Symmachum patritium occidit.	
	5 Theodericus subitanea morte Rauennæ perijt: pro quo Athalaricus nepos eius regnauit annis 8.	
	FELIX Papa LII. sedit annis 4. mensibus 2. diebus 14.	
	Clodoueus, qui & Ludouicus, rex Francorum tricesimo regni anno moritur, & Parisijs sepelitur.	
	6 Hoc tempore Heldericus rex Vandalorum Episcopus ab exilio reuerti iubet.	
	7 His temporibus sanctus Benedictus Abbas uirtutum gloria claruit.	
	8 Iustinus Iustinianum regni consortem & successorem faciens obijt.	
	IVSTINIANVS L. Iustini ex sorore nepos annis 38.	
	1 Iustinianus Parthos bellum mouentes misso exercitu superat: Et BONIFACIVS Papa LIII. sedit annis 2. diebus 26.	
	2 Hoc tempore Athalaricus matre Amalsuinta se regente Italiæ regnauit.	

Parthi

Anni mundi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
	3 Parthi Romanum exercitum ſabbato Paſchæ uincunt.	
	MERCVRIVS Papa qui & IOANNES LIIII. ſedit annis 2. menſibus 4. diebus 6.	
	4 Mortuo Athalarico Amalſuinta Theodohadum conſortem regni fecit.	530
	5 Amalſuinta Theodohado iubente occiſa eſt.	
	AGAPITVS LV. Papa ſedit menſibus 11. diebus 18.	
	6 Ab hoc anno Dionyſius Romanus Abbas paſchalem circulum magnum inchoat, incipiens ab anno domini cæ in carnationis DLXXXII. qui eſt annus Diocletiani CCXLII.	
	SYLVERIVS Papa ſedit anno 1. menſibus 5. diebus 11.	
	7 Hoc tempore Biliſarius à Iuſtiniano miſſus Vandalos in Africa deleuit.	
	VIGILIVS Papa ſedit annis 18. menſibus 6.	
	8 Carthago à Biliſario patritio recepta eſt anno exceſsionis ſuæ XXVI.	
	9	
	10	
	11 Hoc tempore Biliſarius Conſul iterum Africam extinctis tyrannis liberat.	
	12	
	13 His temporibus Biliſarius in Italia Vitigiſo, qui Theo-	
	14 dohadum occiderat, ſuperato, & Francis cum Theode-	540
	15 berto rege deuictis, Romanam rempublicam uiriliter fe-	
	16 liciterq; reparauit.	
	17 Huius principis tẽpore corpus ſancti Antonij monachi repertum Alexandriæ ſepelitur.	
	18 Arator ſubdiaconus librum ſuum publicè coram Vigilio Papa legit, & ſanctus Remigius Remenſis Archiepiſcopus, & gentis Francorum Apoſtolus, Idibus ianuarijs migrauit ad Dominũ, anno Epiſcopatus ſui 74.	
	19	
4500	20 Hoc tempore quinta Synodus uniuerſalis in Conſtantinopoli congregatur, contra Theodorũ & omnes hæreticos ſub Vigilio Papa: Et eodem anno Theodericus rex filius Clodouei 25. regni anno moritur, & Metis ſepelitur.	
	21	
	22 Hac tempeſtate Totila Gothorum rex in Italia tyran-	
	23 nidem exercet.	
	24 Victor Capuanus de huius anni Paſcha ſcribens Victorij arguit errores.	550

Hus

	Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
C		25	Hucusq; Iordanis Episcopus Chronicam suam scribẽs	
		26	de gestis Romanorum perduxit: Et PELAGIVS Papa	
		27	sedit annis 11. mensibus 10. diebus 18.	
		28		
		29		
		30		
		31	Bridius rex Pictis regnare cœpit.	
		32		
		33		
		34	Theodebertus filius Theodeberti rex fortis moritur, an	560
			nos regnans 14.	
		35		
		36		
		37	IOANNES Papa LIX. sedit annis 12. mensibus 11. die-	
			bus XXVI. Hildebertus rex filius Clodouei Magni an-	
			nis regnans 40. moritur, & Parisius ad sanctum Vincen	
			tium sepelitur.	
		38	Iustus Imperator obijt.	
			IVSTINVS minor LI. annis 11.	
D		1	Sanctus Columba presbyter & Abbas de Hibernia ue-	
		2	niens Britannis uerbum dei prædicat.	
		3	Hoc tempore Narses patritius Totilam Gothorum uic-	
		4	tum occidit, Gothosq; Italia expulit, & eodem anno	
			Theobaldus rex filius Theodoberti anno regni VII.	
			moritur.	
		5	Narses patritius qui Gothos expulit, à Iustino offensus	
			Langobardos in Italiam uenire fecit.	
		6	Sanctus Vedastus obijt.	570
		7		
		8	Hoc tempore Ioannes Papa ecclesiam Philippi & Iaco	
			bi Apostolorum, quam prædecessor eius Pelagius cœ-	
			pit, perfecit & dedicauit.	
		9		
		10	Lotharius rex filius Clodouei Magni annis regnans LI.	
			morit̃, & Suessionis ad sanctum Medardum sepelitur.	
		11	Iustinus Imperator obijt.	
			TIBERIVS Constantinus LII. annis 7.	
		1	BENEDICTVS Papa LX. sedit an. 4. mense 1. diebus 20.	
		2	Hoc tempore Gregorius tunc Apocrisarius moralia	
		3	Iob scripsit, & Eutychum Constantinopolitanum Epi-	
		4	scopum Tiberio præsente in fide resurrectionis errasse	580
			conuicit.	

Hoc

Anni mundi		Regnum Romanorum	Anni domini
	5	Hoc tempore gens Langobardorum comitante fame & peste Italiã uastat. ET PELAGIVS Papa sedit annis 10. mensibus 11. diebus 10.	
	6		
	7	Tiberius Imperator obijt.	
		MAVRITIVS LIII. annis 21.	
	1	Hoc tempore Leuigildus Gothorum rex Arianus Hirminigildum filium ob fidem catholicam securi iussit occidi.	
	2		
	3		
	4	Hoc tẽpore Richardus rex Hirminigildi fratre per Leandrum Hispolitanum Episcopum cum tota gente Gothorum ad catholicam fidem conuertitur.	
	5		
	6		
	7	Sigibertus filius Lotharij rex toris insidijs perimitur,	590
	8	anno regni 14. & Remis sepelitur.	
	9	Magna inundatio facta est & mortalitas in Italia.	
	10	Sanctus GREGORIVS LXII. ad pontificatum Romanæ ecclesiç eligitur, in qua sedit annis 13. mensibus 6. diebus 10.	
	11	Edilfridus rex cum Edilberto rege Anglis imperat.	
	12		
	13	Gregorius Papa Synodum XXIII. Episcoporum ad corpus beati Petri Apostoli congregat, Indictione decima tertia.	
		Sanctus Columba Abbas in insula Hu obijt anno ætatis septuagesimo septimo.	
4550	14	Hoc tempore Gregorius Papa missis doctoribus Augustino, Mellito & Ioanne, alijsq; pluribus Anglos ad Christum conuertit.	
	15	Helpericus rex filius Lotharij interijt, anno regni XXIII.	
	16	& Suessionis sepelitur.	
	17		
	18	Gregorius Lõdunæ & Eboraci Episcopos misso pallio	600
	19	Metropolitanos esse decernit, Indictione quarta.	
	20		
	21	Mauritius sceler[illegible] suorum pœnas in hoc seculo ut ipse orauit exoluens, à Phoca turpiter interficitur.	
		PHOCAS XIIII. annis 8.	
	1	Edilfridus rex Edan Scotorum regem forti prælio uicit.	
	2	Gregorius Papa sanctissimus migrauit ad Dominum,	
	3	Indictione octaua. SABINIANVS LXIII. Papa sedit	
		anno 1. mensibus 5. diebus 9.	
	4	Hoc tempore Phocas Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum caput esse constituit: Nam Constantinopolitana primam se esse scripsit.	

BONIFA

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	BONIFACIVS LXIIII. Papa sedit mẽsibus 8. dieb. 22.	
	Guntrãmus filius Lotharij Burgundiæ rex pius obijt, annos regnans 33.	
5	BONIFACIVS Papa sedit annis 6. mẽsibus 8. diebus 13.	
6	Hoc tempore Phocas Pantheum, id est, domũ omnium idolorum ecclesiæ dedit, rogante Papa Bonifacio.	
7	His temporibus Persæ multas prouincias Romanis auferunt, Hierosolymam quoq; & crucem dominicam abstulerunt.	
8	Phocas moritur. Hildebertus XXXIII. rex fortis filius Sigeberti moritur, annis regnans 23.	
	HERACLIVS LV. annis 26.	
1		
2		
3	Hoc tempore Anastasius Persa monachus nobile pro Christo martyrium à Chosdroë rege Persarum patitur.	
4	DEVSDEDIT LXV. Papa sedit annis 3. diebus 13.	
5	Edilbertus primus Anglorum regum Christianus, anno regni quinquagesimo sexto obijt, pro quo Phatald regnauit annis 24.	
6	Eduinus occiso Edilfrido Anglorum rex efficitur, Indictione quinta, & regnauit annis 17.	
7	BONIFACIVS Papa sedit annis 5.	
8	His temporibus Heraclius Chosdroëm regem Persarum, qui se ut Deum coli iussit superauit, & lignum dominicæ crucis Hierosolymam reduxit.	
9	Sanctus Laurentius Archiepiscopus obijt, pro quo Mel	620
10	litus.	
11		
12	HONORIVS Papa LXV. sedit an. 12. mensibus 11. diebus 17.	
13	His temporibus Isidorus Hispalensis Episcopus clarus habetur. Sanctus Melitus Archiepiscopus obijt, pro quo Iustus.	
14	Sãctus Paulinus à Iusto Archiepiscopo Anglis doctor	
15	& Episcopus ordinatur.	
16	Sãctus Colũbanus à Brunnihilde & Theodorico rege Luxouio pulsus, Eustasiũ sibi Abbatem reliquit. Eduinus rex Anglorum in Britannia à Paulino Episcopo ad fidem Christi conuertit, In dictione decima quinta, anno aduentus Anglorum in Britanniam circiter 230.	
17	Theodebertus rex filius Hildeberti à fratre Theodorico uictus & detonsus, cum filijs trucidatur anno regni 17.	

Theode-

A Anni mundi.		Regnum Romanorum	Anni domini.
	18	Theodericus rex filius Hildeberti machinante auia sua Brunnihilde ueneno interijt, annos regnans 18.	
	19	His temporibus hæresis de Paſcha & Pelagiana Britanniam turbat.	630
	20	Sancto Columbano Italiam petente à Brigantio, sanctus Gallus nobiscum remansit, & cellam suam con-	
	21	struere cœpit.	
	22	His temporibus Heraclius, ut aiunt, à Sergio Episcopo Constãtinopolitano, sed hęretico decipitur Sigebertus rex filius Theoderici à Lothario rege pugna uictus, cũ Brunihilde proauia & tota stirpe trucidatur. Eduinus rex Anglorum à Ceadualda & Penda uictus	
	23	pugna occiditur.	
	24	Osualdus filius Edilfridi uicto per Dei auxiliũ Ceadualda tyranno regnauit super Anglos annis 9.	
	25	SEVERINVS LXVII. Papa, menses 2. dies 4.	
	26	Heraclius Imperator obijt. IOANNES LXVIII. Papa, sedit anno uno, mensibus 9. diebus 19.	
		HERACLONAS LVI. cum matre Martina annis 2.	
B	1	Cyrus Alexandrinus, Sergius & Pyrrhus Constantinopolitani Acephalorum hæresim instaurant.	
		THEODORVS LXIX. Papa, sedit an. 6. mens. 5. dieb. 18.	
	2	Heraclonas moritur occisus.	
		CONSTANTINVS LVII. filius Heraclij mensibus 6.	
	1	Paulus Constantinopolitanus Pyrrhi successor apperte catholicos persequitur. Earbaldus rex Canthuariorum obijt, pro quo Erchanbertus filius regnauit annis 25.	640
		CONSTANTINVS LVIII. filius Constantini an. 28.	
	1	Hic deceptus à Paulo hæretico persequitur Christianos.	
	2	Sanctus Osualdus rex Anglorum pro patria pugnans, à Penda rege Merciorum occiditur, pro quo Osui frater	
	3	eius regnauit annis 28.	
	4	Sanctus Paulinus Anglorum Episcopus, uicesimo Episcopatus anno obijt 6. Idus Octobris.	
	5	MARTINVS LXX. Papa, sedit annis 6. mense uno,	
4600	6	diebus 26.	
	7		
	8		
	9	MARTINVS Papa, Synodum c. Episcoporum congregans. Cyrum, Sergium, Pyrrhum & Paulum condemnat, In dictione 8.	
	10	EVGENIVS LXXI. Papa, sedit annis 2. mensibus 9. diebus 24. Hoc tempore Martinus Papa à Constanti-	650

C | Anni mundi. | Regnum Romanorum. | Anni domini.

7 no Cherſonam exilio miſſus, ad Dominum migrauit.
Heribertus rex filius Lotharij annos regnãs 9. moritur.
11 Oſuinus rex bonus proditus, ab Oſui rege occidi iuſſus
12 eſt, & ſanctus Atdã Epiſcopus obijt pridie Cal. Septẽb.
13 VITALIANVS LXXII. Papa, ſedit annis 14. menſibus 6. pro quo DEVSDEDIT annis 10.
Honorius Anglorum Archiepiſcopus obijt.
14 Mediterranei Angli Chriſtiani effecti.
15 Penda rex ab Oſui rege pugna uictus interijt, & gens
16 Merciorum Chriſtiana efficitur.
17
18 Dagobertus rex magnus filius Lotharij annis regnans
XVI. moritur, & ad ſanctum Dionyſium ſepelitur.
19 Vulfhere filius Pendani rex Merciorũ effectus, regna- 660
20 uit annis 17.
21
22
23 Conſtantinus Romã uenit, & beato Petro palliũ auro
D textile obtulit, toto exercitu cum cereis eccleſiã intrante
24 Eclypſis ſolis facta eſt quaſi hora decima, v. Nonas Maias, Indictione 7. Inter Anglos & Scotos quæſtio de
Paſcha uentilata, & Scoti à Vilfrido presbytero uicti
ſunt. Sæua lues & peſtilentia Britanniam uaſtat.
Deuſdedit Archiepiſcopus obijt. Ceadda & Vilfridus
Nordam Vmbrorum Epiſcopi ordinantur.
25 Herchanberto rege Canthuariorum mortuo, filius eius
26 Egbertus regnauit annis 9.
27 ADEODATVS LXIII. Papa, ſedit annis 4. menſibus 2. diebus 5.
28 Conſtantinus poſt multas deprecationea prouincijs factas, occiſus in balneo perijt Indictione 12.
Theodorus Anglis Archiepiſcopus ordinatur à Vitaliano Papa, & ad Britanniã cum Adriano Abbate mittitur.
CONSTANTINVS filius Conſtantini annis 17.
1 670
2
3 Hoc tẽpore Saraceni Siciliam deprædantes cum magna
præda Alexandriã redeunt. DONVS LXXIIII. Papa,
ſedit anno uno, menſibus 5. diebus 10. Oſui rex Anglorum obijt, pro quo Egfridus regnauit annis 15.
4 AGATHO LXXV. Papa, ſedit annis 2. menſibus 6.
diebus 4.
5 Sub hoc principe ſexta Synodus uniuerſalis Conſtan-
tinopoli

Anni mundi.	Regnum Romanorum	
	tinopoli congregatur sub Agathone Papa.	
	Egbertus rex Cathuariorum obijt, pro quo frater Lutherius regnauit annis 11. mensibus 4.	
	Theodorus Archiepiscopus Anglorũ Synodũ collegit.	
6	LEO LXXVI. Papa sedit mensibus 10. diebus 17.	
	Ludouicus rex filio Dagoberti frater Sigiberti moritur,	
	anno regni 16.	
7	BENEDICTVS LXXVII. Papa sedit mensibus 10.	
	diebus 12. Volfherus rex Merciorum obijt, pro quo	
	frater Edilredus annos 25.	
8	IOANNES LXXVIII. Papa sedit anno uno, diebus 9.	
	Edilredus rex Cantiam uastauit.	
9	CANON LXXIX. Papa sedit mensibus 11.	
10	SERGIVS LXXX. Papa sedit an. 13. mensibus 8. dieb. 21.	
	Lotharius filius Ludouici, anno regni 4. moritur.	
	Vuilfridus Episcopus ab Egfrido rege sede sua pulsus,	
11	multos ad Dominum prædicando conuertit.	
12	Theodorus Archiepiscopus Anglorum iterũ Synodũ	680
13	colligit tempore Agathonis Papæ.	
14		
15	Egfridus rex Hiberniam multo exercitu immeritã uastat.	
	Sanctus Cudbertus Lindisfarnensis ecclesię Episcopus	
	ordinatur.	
16	Egfridus rex cum Pictos incautè peteret, ab ipsis per-	
	emptus interijt, pro quo Alfridus annis 19.	
17	Constantinus Imperator obijt. Lutherus rex Canthua-	
	riorum interijt.	
	IVSTINIANVS minor LX. filius Constantini an. 10.	
1	Hic hæresi pollutus, catholicos persequitur, & cum Sa-	
	racenis pacem fecit. Sanctus Ioannes Hagustaldensis	
	ecclesiæ Episcopus ordinatur.	
2	SERGIVS Papa annis sedit 13. mensibus 9.	
3	Pippinus filius Ansgisi maior Dominus, & dux Frãcorũ	
	regnauit annis 27. cum Ludouico, Hiltiberto & Daga-	
	berto regibus. Ceadualus rex Occidentalium Saxo-	
	num Romam uenit, & à Sergio Papa baptizatus, in Al	
4	bis obijt, & ibi sepelitur.	
5	Theodorus Anglorum Archiepiscopus obijt anno	690
	ætatis 88.	
6	Hoc tempore Villibrordus qui & Clemens à Sergio	
	Papa Episcopus ordinatus, Fresonum gentem ad Chri-	
	stum conuertit. Iustinianus ob culpam perfidiæ regno	
	priuatus, exul in Pontum secessit. Ludouicus puer	

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni dominic.
	7	filius Theoderici anno regni v. moritur.	
	8	Theodericus rex filius Ludouici annis regnãs 19. moritᵉ.	
	9	Hoc tempore duo Angli presbyteri niger & albus Heualdus Saxonibus prædicantes martyrio coronantur,	
	10	& à Pipino Coloniæ sepeliuntur.	
		LEO LXI. annos 3.	
4650	1	Hoc tempore Sergius Papa capsam cum portione dominicæ crucis inuenit.	
	2	Sanctus Cudbertus ex Anachoreta Episcopus sub hoc principe obijt. Ostrich regina à suis perempta est.	
	3	Leo regnum dimisit.	
		TIBERIVS LXII. annis 7.	
	1	Hoc tempore Synodus Aquileiæ congregatur sub Sergio Papa.	
	2	Romæ IOANNES Papa sedit annis 3. mensibus 2.	700
	3	Hijs temporibus Gisulphus dux Langobardorũ Beneuenti Campaniam uastat.	
	4		
	5	Beda uenerabilis Anglorum presbyter, Chronicam minoris libri de temporibus hoc usq; perduxit.	
D	6	Edilredus rex Merciorum, Conredo regnum dedit & se monachum fecit.	
		IOANNES Papa annis 2. mensibus 8.	
	7	Iustinianus auxilio Terbelli Bulgarorũ regis regressus, Leonem & Tiberium cum multis qui eum expulerant occidit. Aidfridus rex Normannorum obijt, pro quo filius Ofredus annis 11. regnauit.	
		Sãctus Heddius Episcopus Occidẽtaliũ Saxonũ obijt, pro quo Daniel & Althelmus Episcopi præfuerunt.	
		IVSTINIANVS LXIII. secundum cum filio Tiberio annos 6.	
	1	SISINNIVS Papa diebus 20. Constantinus Papa annis 7, diebus 15.	
	2	Hoc tempore Iustinianus de peccatis suis pœnitentiam agens, Constantinum Papam summo honore habuit.	
	3	Althelmus Episcopus uir doctus & eloquens obijt.	
	4	Conredus rex Merciorum Romam uenit ad Constantinum Papam, & cum illo Offa filius Sigiberti regis, ibiq; monachi facti, in seruitio Dei uitam finierunt.	
	5	Hildebertus rex filius Theoderici anno regi 17. moritᵉ	710
		Vuilfridus uenerabilis Episcopus, anno Episcopatus 45 post multos labores obijt, pro quo Arca Hagustaldẽsis ecclesiæ Episcopus ordinatur. Adrianus Abbas uenerabilis cooperator Theodori Archiepiscopi obijt anno	

à quo

Annis mundi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
	à quo Vitaliano missus est.	
6	Philippicus ab exercitu Imperator factus Iustinianum occidit.	
	PHILIPPICVS LXIIII. anno uno, mensibus 6.	
1	Philippicus hæresi pollutus, Catholicis infestus fuit. Mors Hereberti regis Langobardorum.	
2	Anastasius Philippicũ oculis priuauit, regnoq; expulit.	
	ANASTASIVS XLV. annis 3.	
1	GREGORIVS II. Papa XLVI. sedit annis 15. mensibus 8. diebus 23. Pippinus maior domus obijt, pro quo Carolus annis 27. Mors Dagoberti regis.	
3	Egbertus uir sanctus Scotos legitime Pascha celebrare docuit. Osredus rex occiditur, pro quo Conradus regnauit annis 41.	
	THEODOSIVS annum unum. Hic Anastasium prælio uicit, eumq; presbyterum ordinari fecit.	
1	Carolus Hilpericum regem & Reginfridum uicit. Tiberis fluuius alueum suum egressus, multa Romæ subuertit ædificia.	
B	LEO XLVII. annos 9.	
	Carolus Lotharium sibi regem constituit.	
2	Hoc tempore Saraceni triennio Constantinopolim obsidentes, & multas prouincias deuastantes, fame, peste, ferreo, naufragioq; repelluntur. Sanctus Vinfridus qui & Bonifacius à Gregorio Papa Moguntiæ Archiepiscopus constituitur. Sanctus Othmarus in cella sancti Galli Abbas efficitur.	
3		720
4	Mortuo Hilperico Theodericus filius Theodeberti rex efficitur à Carolo. Sanctus Ioannes Haguſtaldensis Episcopus, post multas uirtutes migrauit ad Dominum.	
5		
6	Hoc tempore corpus sancti Augustini Episcopi de Sardinia in Ticinum à Liudbrando translatum est.	
7	Sanctus Priminus ad Augiam Insulam uenit.	
8	Saraceni ab Eudone duce contra Carolum euocati, Gallias uastant.	
9	Huc usq; Beda uenerabilis presbyter Chronicã suam in maiori de temporibus libro perduxit, continentẽ ab initio mũdi secundũ hebraicã ueritatẽ annos quatuor millia sexingentos octoginta.	
	Carolus de Saracenis occiso rege eorum triumphat.	
	HVC usq; regnũ Romanorũ, ex hinc Francorũ supputat,	

C Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	CAROLVS Pippini filius, cum iam principatum maior domus 12. annis teneret, post hęc eundem principatum tenet annis 15. regibus tamen in Frācia, sed parua dignitate regnantibus.	
	13 Sanctus Pirminius à Thietbaldo Gotifridi filio expulsus, Etonem Abbatē cōstituit, & ipse in Alsatiam uenit.	
	14	
	15 Carolus Fresiam uastat, Poppone duce eius occiso.	
	Sanctus Egbertus presbyter obijt anno ætatis 20. VIII. Calendas Apriles, id est, paschatis die.	
	16 Landfridus moritur. Saraceni item Gallias uastant.	730
	17 Beda uenerabilis Anglorū presbyt obijt Indictione 14.	
	GREGORIVS III. Papa XCII. annis 10. mensibus 8. diebus 24.	
	18 Carolus contra Saracenos pugnat die sabbati.	
	19 Carolus item Saracenos cum rege suo deleuit.	
	20 Carolus maior domus Fresiam uastat. Etho Argentinæ Episcopus promouetur.	
	21 Carolus Vuasconiam inuadit.	
	22 Audonius Episcopus obijt. Ernfridus Augiæ Abbas, & Constantiæ Episcopus ordinatur.	
D	23 Carolus contra Saracenos in Gothia pugnat.	
	24 Carolus Saxoniam intrat.	
	25 Carolus prouinciam subijcit.	
	26	740
	27 Carolus moritur Indictione 9. & apud sanctum Dionysium sepelitur. ZACHARIAS XCIII. Papa annis 10. mensibus 4. diebus 4.	
	PHILIPPVS filius Caroli cum fratre Carlomanno maior domus annos 11. regnauit.	
	1 Carlomannus Vuasconiam & Alemanniam petit.	
	2 Carlomannus Alemanniam uastat.	
	3 Carlomannus pacem cum Saxonibus facit. Fuldēse cœ	
	4 nobium in sylua Buchonia à sancto Bonifacio cœptum.	
4700	5 Carlomannus maior domus Alemanniam ingreditur.	
	6 Carlomannus diuino amore succensus Romam pergit, & se monachum in monte Soracte fecit. Sanctus Burchardus Vurceburgensi: Et sanctus Vuillibaldus Eistettensi ecclesiæ Episcopi primi à sancto Bonifacio ordinantur.	
	7 Sidonius Abbas Augiæ & Constantiæ Episcopus constituitur.	
	8 Pippinus Tassilonem sororis suæ filium, Baioariæ du-	
	9 cem post Odilonem fecit.	

Lantfridus

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
10	Lantfridus moritur. Zacharia Papa defuncto, STEPHANVS II. Papa XCIIII. annis 6.	
11	Audogarius primus Campidonæ Abbas efficitur. PIPPINVS I. autoritate Stephani Papæ depoſito ac detonſo rege Hilderico, rex Francorum factus regnauit annis 15.	
1	Hildigarius Epiſcopus Coloniæ à Saxonibus interimitur. Griphó frater Pippini occiditur.	
2	Sanctus Bonifacius Archiepiſcopus à Freſonibus martyrio coronatur: Poſt quem Lullus Mogontiæ Archiepiſcopus ſedit annis 32. Pippinus Langobardos in Italia cum exercitu petit.	
4	Haiſtolphus rex Langobardorum moritur.	
5	PAVLVS Papa XCV. annis 10. menſe 1.	
6	Pippinus Saxoniam bello petit.	
7	Pippinus Vaſconiam inuadit.	
8	Sanctus Othmarus Abbas à Vuarino & Rudhardo in inſulã Rheniſtein nomine relegatus migrauit ad Dñm. Eclypſia ſolis facta eſt XVIII. Calendas Septembres hora quaſi nona.	760
9	Sidonio Epiſcopo miſerè mortuo, Ioannes Epiſcopus	
10	& Abbas ſucceſsit.	
11	Pippinus aliquot comitatus filij ſuis dedit.	
12	Hyems ualida hoc anno facta eſt: Et eclypſis ſolis pridie Nonas Iunias hora ſexta.	
13	Corpora ſanctorum Gorganij, Naboris, & Nazarij in Franciam deferuntur.	
14	Corpus ſancti Nazarij ad Loreſſam oblatum eſt.	
15	Pippinus rex Pariſius moritur, indictione 6. Paulus Papa obijt. STEPHANVS III. Papa XCVI. annis 4. menſibus 6.	
	CAROLVS MAGNVS II. Pippini filius cum fratre	
1	Carlomanno annis 4. poſtea ſolus 42.	
2	Corpus ſancti Othmari poſt 10. annos in inſula qua obijt incorruptũ reperitur, & in Baſilica ſancti Galli ſepelitur.	
3	Carolus filiam Deſiderij regis Langobardorũ uxorem duxit, & ſtatim repudiauit.	770
4	Carlomannus rex frater Caroli moritur. Carolus Synodum colligit.	
5	Carolus rex Saxoniam bello petit.	
	ADRIANVS XCVII. Papa ordinatus ſedit annis 23. diebus 16.	
6	Carolus Italiam inuadit, & Deſiderium regem uſcit.	

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Annī dominī.
	7	Carolus Langobardos cum Italia subiecit, anno ex quo intrauerant CCV. ipseq; cum triumpho Romam uenit. Corpora sanctorum Gordiani & Epimachi martyrum de Roma in Alemanniam allata sunt.	
	8	Carolus item Saxoniam.	
	9	Carolus item in Italia Ruttaisum occidit.	
	10	Carolus item in Saxonam pergit.	
	11	Carolus Hispaniam inuadens cepit.	
	12	Carolus item Saxoniam sæpius rebellantem inuadit. Fames & mortalitas Franciam uastat.	
	13	Carolus tandem Saxonicū bellum, ut putabatur, subiectis Saxonibus consummat.	780
	14	Carolus iterum Romam uenit: Et Pipinus filius eius baptizatur ab Adriano Papa.	
	15	Carolus conuentum in Saxonia habuit. Ioannes Episcopus & Abbas obijt: pro quo Egino Episcopus, & Petrus Abbas.	
	16	Hildegarta regina uxor Caroli obijt pridie Calendas Maias: Et Peretha obijt.	
	17	Carolus Saxones rebelles plaga magna occidit, & Chri	
D	18	stianos fecit.	
	19	Eclypsis solis facta est XV. Calendas Octobres, hora quasi secunda. Carolus iterum Romam perrexit. Et cruces in uestibus apparuerunt.	
	20	Carolus per Alemanniam ad fines Baioariæ rebellātes cum exercitu uenit. Vualdo Abbas Augiæ efficitur. Lullo Archiepiscopo Richolphus succesit.	
	21	Tassilo duce Baioariæ iubente Carolus in Franciam uenit & Baioaria Carolo subijcitur.	
	22	Carolus Sclauos, qui Vuilzi dicuntur, bello petit,	
	23	Carolus hunc annum sine bello Vuormatiæ sedit.	790
	24	Carolus Pannoniam regnum Hunnorum uastat.	
	25	Saxones fidem Christi relinquentes iterum rebellant.	
	26	Alcuinus, qui & Albinus, his temporibus clarus habetur.	
	27	Fanstrada regina. Carolus Synodum magnam congregat.	
	28	Carolus Soxones petit & tertiam partem uirorum obsides accepit.	
4750	29	Huni munera mittentes Carolo subijciuntur.	
	•	Adriano Papæ LEO III. Papa, XCIX. succesit, & sedit annis 20, mensibus 5. diebus 10.	
	30		

Constantinus

Anni mundi.	Regnum Romanorum.	Anni domini.
	Constantinus Imperator à Græcis excæcatur.	
31	Romani Leonem Papã in lætania maiore excęcant, & linguam eius amputant.	
	Geroldus pijssimus Signifer Caroli in pugna occiditur.	
32	ab Hunis.	
33	Liutcarda regina obijt pridie Nonas Iunias.	800
34	Carolus imperiali benedictione sublimatus, Augustus & Cæsar Romano more appellatur.	
35	Græci cum Carolo pacem firmant.	
36	Terræmotus factus, & mortalitas subsecuta est.	
37	Carolus Saxonum rebellantium multitudinem in Fran	
38	ciam transfert.	
39	Vualdoni Abbas †Hatto Episcopus Basileæ succesit.	† Alias Haito.
40	Eclypsis solis facta est III. Idus Februarias hora quasi- sexta.	
41	Hoc tempore Gotafridus Normannorum rex superbè Carolo minatur.	
42	Carolus Synodum magnam congregat. Egino Constantiæ Episcopus obijt.	
43	Eclypsis solis facta est v II. Idus Iunias. hora quasi se- cunda. Item in eodem anno eclypsis solis pridie Calen das Decembres hora quasi tertia. Pippinus rex Caroli filius obijt.	810
44	Carolus thesauros inter episcopia & ecclesias diuidit.	
	Carolus rex filius Caroli obijt. Hatto Episcopus ab im- peratore Constantinopolim mittitur.	
	Bernhardus rex à Carolo efficitur.	
46	Carolus febre & pleuresi pulsatus obijt, Indictione septi ma, v. Calendas Februarias anno ætatis 71.	
	LVDOVICVS III. Caroli magni filius, annis 27.	
1		
2		
3	Leo Papa obijt, & Ludouicus Imperator à Stephano Papa factus est. STEPHANVS IIII. Papa XCIX.	
	mensibus 7.	
4	PASCHALIS Papa C. effectus, sedit annis 7. diebus 18.	
5	Bernhardus rex Ludouico rebellat.	
6	Bernhardus rex interijt. Ludouicus rebellat.	
7	Exercitus contra Ludouicum congregatur.	820
8	Item exercitus contra eundem Ludouicũ congregatur.	
9	Nix magna à X. Calendas Octobres usq; in pridie Idus Apriles permansit.	
10	EVGENIVS Papa C1. annis 3.	

C | Anni mundi. | | Regnum Romanorum. | Anni domini.

	11	Vuetti Augiensis monachus in spiritu raptus admirabi-	
	12	lem uidit uisionem.	
	13		
	14	VALENTINVS Papa CII. diebus XL. GREGO-	
	15	RIVS II. Papa CIII. annis 16.	
	16		
	17	Corpora sanctorum Valentis & Synesij in Augiam in-	830
	18	sulam deferuntur.	
	19	Ludouicus Imperator magnum conuentum in Nouio-	
	20	mago habuit.	
	21		
	22	Dedicatio Basilicæ sancti Galli.	
	23	Hatto Episcopus Basiliensis obijt.	
	24		
	25	Puto Diaconus Palatij in Iudaismum lapsus est.	
	26		
	27	Eclypsis solis facta est IIII. Nonas Maias hora ante no-	840
		nam. Et Ludouicus Imperator obijt XXII. Cal. Iulias.	
		LVDOVICVS IIII. Ludouici filius, cum fratribus	
		Lothario, Carolo & Pipino annis 36.	
D	1	Bellum inter fratres de participatione regni excanduit.	
	2	Ludouicus Germaniam, Lotharius cum Imperatoris	
		nomine Italiam, Carolus Gallias regnum diuidentes ac	
		cipiunt.	
	3	Iudith Imperatrix uxor Ludouici prioris obijt.	
	4	SERGIVS II. Papa CIIII. annis 3.	
	5	Hincmarus uir doctus Remorum Archiepiscopus or-	
4800	6	dinatur.	
	7	LEO IIII. Papa CV. sedit annis 9. mensibus 3. diebus 6.	
	8		
	9	Vualafridus Strabo Abbas Augiensis uir doctus obijt.	
	10		850
	11		
	12	Translatio sancti Remigij Remorũ Archiepiscopi ab	
		Hincmaro eiusdem urbis Archiepiscopo facta est Calen	
		dis Octobribus.	
	13	Corpus sancti Martini de tumulo leuatur.	
	14		
	15		
	16	BENEDICTVS III. Papa CVI. annis 2. mensibus 6.	
		diebus 9. Leo Papa, Trogo & Rabanus, Hiligart re-	
		gina obierunt, Lotharius Imperator obijt: quo filius	
		eius Ludouicus imperauit cum fratre Lothario annis 19	

Benedictus

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	17	Benedictus Papa obijt.	domini.
	18	NICOLAVS Papa CVII. doctus annis 9. diebus 9.	
	19		
	20		860
	21	Meginradus heremita martyrizatur.	
	22		
	23	Huni Christianitatis nomen aggressi sunt.	
	24	Translatio sancti Otmari in Basilicam sancti Galli.	
	25		
	26		
	27	Nicolaus Papa obijt: Pro quo ADRIANVS II. Papa CVIII. sedit annis 5.	
	28	Terræmotus factus est, & cometa uisa est.	
	29	Lotharius rex frater Ludouici Imperatoris obijt, & Carolus Galliarum rex regnum eius inuasit.	
	30	Ludouicus Imperator cecidit de solario.	870
	31	Ludouicus & Carolus cum patre pacificantur. Solomon Constantiensis Episcopus obijt. Iso magister obijt in cœnobio sancti Galli.	
	32	Vuormatium fulminis ictu crematur. Grimaldus Abbas obijt, cui Hartmutus succ esit.	
	33	IOANNES VIII. Papa CIX. annis 10.	
	34	Ratolphus Veronensis Episcopus obijt.	
	35	Ludouicus Imperator obijt, & Carolus rex Galliarum Romam peruenit.	
		Ludouicus rex Germaniæ obijt v. Calendas Septembris.	
		Bellum in Ribuaria inter Ludouicum & Carolum committitur.	
		CAROLVS V. iunior filius Ludouici cum fratribus	
	1	Carlomanno & Ludouico annis 11.	
	2	Carolus Galliarum rex obijt. Papa Ioannes in Franciam uenit.	
	3	Ludouicus Balbus filius Caroli obijt. Eclypsis solis facta est.	
	4	Ludouicus uiuente fratre suo Carlomanno Baioariam ingreditur, & Carlomannus moritur.	880
	5	Carolus iunior cum uxore sua Richgarta imperiali benedictione sublimatur.	
	6	Ludouicus rex Francorum Caroli Imperatoris frater obijt.	
	7	Petitione Harmuti Bernardus Abbas efficitur.	
		MARINVS Papa CX. anno 1. mensibus 4.	

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	8	ADRIANVS III. Papa CXI. anno 1. mensibus 6.	
	9		
	10	STEPHANVS V. Papa CXII. sedit annis 6. diebus 13.	
	11	Carolus Imperator regno priuatur.	
		ARNOLPHVS VI. annis 12. filius Carlomanni.	
	1	Carolus iunior Imperator obijt.	
	2	Luitpertus Archiepiscopus obijt: pro quo Sinderoldus	
	3	Arnolphus rex exercitum Normannorum prorsus dele-	890
		uit. Solomon Abbas in cœnobio sancti Galli efficitur.	
	4	Ratispona Baioariæ urbs incẽdio flagrat. Sinderoldus à	
		Normannis occiditur: Pro quo Harto. Solomon Con-	
		stantiensis Episcopus ordinatur.	
	5	FORMOSVS, Papa CXIII. annis 4. mensibus 7. die-	
	6	bus 18.	
	7	Arnolphus Italiam Burgundiamq; suo regno subijcit.	
	8		
4850	9	Arnolphus rex Romam ueniens Imperator efficitur.	
		Magna fames homines se inuicem comedere persuasit.	
	10	Post Bonifacium VI. Papam CXIIII. decimo quinto die	
		necatum, STEPHANVS VI. Papa CXV. anno I. men-	
D		se 1. diebus 19.	
	11	ROMANVS Papa CXVI. mensibus 4. diebus 20.	
		THEODORVS II. CXVII. diebus 20.	
	12	Arnolphus Imperator moritur. Gentes Pannonicæ,	
		quas Hungaros dicimus. Italiam depopulantur.	
		IOANNES IX. Papa CXVIII annis 2.	
		LVDOVICVS VII. filius Arnolphi admodum puer an-	
		nis 12. regnauit.	
	1	Hungari Baioariã ingrediuntur, & plus quàm mille ex	900
		eis occidunt. Zũdebaldus rex filius Arnolphi occidit.	
	2	Hungari Carentaniam inuadunt, & in sabbato cõmissa	
		pugna occiduntur.	
		CHRISTOPHORVS Papa CXIX. mensibus 6.	
		Eodẽ anno Moimarius & Isauricus cũ rege pacificãtur.	
	3	Hungari à Marijs occiduntur. Beringerus, Riginol-	
	4	tus, & Gerardus germani fratres occiduntur. BENEDI-	
	5	CTVS IIII. Papa CXX. annis 4. mensibus 6. die-	
	6	bus 34.	
	7	Pugna inter Adelbertum & Conradum committitur,	
		in qua Conradus occiditur. SERGIVS III. Papa	
		CXXI. annis 7. mensibus 3. diebus 23.	
	8	Adelbertus perfidia Hattonis Archiepiscopi, & cuiusdã	
		Luibaldi deceptus, Ludouico iubente decollatur.	

Anni mundi.	Regnum Romanorum	Anni domini.
	Baioarij ab Hungaris interficiuntur.	
9	Hungari Saxoniam & Thuringam uastant.	
	Luidpaldus occiditur.	
10	Hungari Alemanniam petunt. Bellum Francorum cum	
	Hungaris. Adalbero uenerabilis Augustensis Episco-	
11	pus obijt.	910
12	Ludouicus rex moritur, & Burchardus dux occiditur.	
	CONRADVS VIII. filius Conradi in regnum eleuatus	
	regnauit annis 7.	
1	Hungari à Baioarijs & Alemannis iuxta fluuium Inum	
	occiduntur. Magister Notkerus obijt. Opertus Episco-	
	pus occiditur. Cometæ uidentur. Rodolphus rex obijt.	
2	Hungari Alemanniam depopulantur. Hatto Archie-	
	piscopus moritur, Herigerus successit.	
	ANASTASIVS II. Papa CXXII. annis 2. men-	
	se uno, diebus 22.	
3	Solomon Episcopus captus est.	
4	LANDO CXXIII. Papa mensibus 4. diebus 22.	
B	LEO VI. Papa CXXIIII. mense uno, diebus 26.	
	IOANNES X. Papa CXXV. annis 14. mensib. 2. dieb. 7.	
5	Hungari totam Alemanniam igne & gladio uastant.	
	Vuiborada inclusa est.	
6	Erchangerus dux & Bertholdus germani fratres decol-	
	lantur XII. Calendas Februarias.	
	BASILAEA ab Hungaris destruitur.	
7	Hungari per Alemanniam, Alsathiã & regnũ Lotharij	
	inuadunt, Burchardus dux constituitur.	
	Cõradus rex moritur. In hoc defecit progenies Caroli.	
	HENRICVS IX. Comes, rex efficitur, regnans an-	
	nis 18.	
1	Solomon Episcopus obijt. Burchardus dux Aleman-	
	niæ, Rodolphum regem apud Vuinterturũ pugna uicit	
2	Carolus rex Galliæ in Franciam uenit.	920
	Rachilta inclusa est.	
3	Hermannus Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli.	
4		
5	Sanguis Domini in Augiam Insulam defertur.	
6	Engelbertus Abbas efficitur in cœnobio sancti Galli.	
	Sanctus Vdalricus Augustensis Episcopus ordinatur.	
7	Vuiborada ab Hungaris martyrizata est.	
8	Hungari totam Franciã, Aliathiam atq; Alemanniam	
	gladio & igne uastant. Burchardus dux occiditur.	
	Hermanno Alemannia comittitur.	

C | Anni mundi. | | Regnum Romanorum. | Anni domini.

	9	Herigerus Archiepiſcopus obiit, pro quo Hiltibertus.
	10	•
	11	STEPHANVS VII. Papa CXXVI. annis 2. menſe uno, diebus 12.
	12	Henricus rex Boëmiam petit.
	13	Henricus regem Abroditarum & Nordmannorū Chriſtianum effecit. IOANNES XI. Papa CXXVII. annis 4. menſibus 10.
	14	Henricus Hungaros in Suirbia interfecit.
	15	Thieto Abbas efficitur in cœnobio ſancti Galli.
	16	Notingus Conſtantienſis Epiſcopus obiit, pro quo Conradus.
	17	LEO VII. Papa CXXVIII. annis 3. menſibus 6.
	18	Henricus rex obiit.
		OTHO MAGNVS X. Henrici filius, annis 37.
	1	Hungari Franciam, Alemanniam, Galliam, uſq; Oceanum & Burgundiam deuaſtantes, per Italiam redierunt. Monaſteria ſancti Galli & ſancti Bonifacij cremantur.
		Arnolphus Noricorū dux, & Rodolphus rex obierūt.
	2	Henricꝰ frater Othonis ab Eberhardo cōprehenſus eſt.
		STEPHANVS VIII. Papa CXXIX. annis 3.
D		menſibus 4.
	3	Gilſelbertus & Adelbertus occiſi, & Epiſcopi in fugam lapſi ſunt.
	4	Hyems ualida, & mortalitas animalium facta Otho	640
	5	rex Gallias petit.
	6	Otho rex & Ludouicus pacificantur. Cometæ 12. noctes apparent, & mortalitas animalium facta eſt.
		MARINVS II. Papa CXXX. annis 3. menſibus 2.
	7	Hungari cum Baioarijs pugnant & uincuntur.
	8	Terræmotus factus eſt XVI. Calendas Maias.
	9	Otho rex Galliam intrauit. AGAPITVS II. Papa
		CXXXI. annis 9. menſibus 7. diebus 23.
4900	10	Rachilta incluſa obiit.
	11	Bertholphus Baioariorū dux obiit, cui Henricus Othonis frater ſucceſſit.
	12	Herimannus Alemannorum dux obiit, pro quo Liutolphus Othonis filius regnauit. Synodus XXX. Epiſcoporum apud Engelinheim coram Othone & Ludouico regibus congregatur. Lindaugia concremata eſt.
	13	
	14	Otho rex Italiam petit, eamq; ſibi ſubiecit, & Beringe-	650
		rum regem expulit.

Beringe-

A Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	15	Beringerus apud Augustam in cõuentu Othonis ad deditionem uenit. Ignitus lapis quasi massa candentis ferri ab Occidente uolitans uenit, & draco uisus est. Synodus XXV. Episcoporum apud Augustam Vindelicam coram Othone rege colligitur.	
	16	Otho rex unà cum filio Italiam intrat, ac nuptiæ regales Papiæ factæ sunt.	
	17	Liutholphus dux Othoni patri suo rebellat. Adelbertus Comes occiditur.	
	18	Hungari Noricam, Franciam, Italiamq; petunt. Fridericus Mogontiensis Archiepiscopus obijt.	
	19	Hungari totam Baioariam depopulantes, iuxta Augustam Alemanniæ urbem, Deo iuuãte, ab Othone rege pugna uicti, immensa cæde necantur. IIII. Idus Augusti Henricus dux Baioariæ obijt, IOANNES XII. Papa CXXXII. annis 8. mensibus 4.	
	20	Lutolphus dux hostiliter Italiam inuasit.	
	21	Lutolphus dux Adalbertum bello uicit, & ipse eodem anno moritur, pro quo Burchardus.	
	22	Cruces in uestibus apparuerunt. Alauicus Abbas obijt,	
	23	cui successit Eggehardus.	
B	24		960
	25	Signum in Sole apparuit. Otho rex Romam ueniens Imperator efficitur.	
	26	Otho rex ab Octauiano, Ioanne Papa, Imperator ordinatur.	
	27	Otho Imperator natalem Domini Papiæ moratur. Fugato Ioanne, LEO VIII, Papa CXXXIII. ordinatus, & post unum annum expulsus, atq; imperatore restitutus, sedit annis 16. mensibus 3.	
	28	Item Otho Imperator natalẽ Domini Romæ moratur.	
	29	Otho Imperator de Italia redit, & Burchardus dux in	
	30	Italia rebelles Cæsari uicit.	
	31		
	32	Eclypsis solis XI. Calendas Decembres.	
	33		
	34		970
	35	Signum quoddam igneí coloris in cœlo apparuit.	
	36	Eggehardo Abbati Rutmannus successit. Synodus apud Ingelinheim, propter Adalberonem sancti Vdalrici nepotem colligitur.	
	37	Sanctus Vdalricus Augustensis Episcopus anno 83. Episcopatus uerò quinquagesimo, IIII. Nonas Iulias,	

Anni mundi.	Regnum Romanorum	Annō dominī.
	feria VI. migrauit ad Dominū. Eodem quoq; anno,	
	sed prius, Otho Imperator Nonis Maijs subitanea	
	morte apud Parthenopolim obijt & sepelitur. Burchar	
	dus dux obijt, pro quo Otho Liutolphi filius regnauit.	
	OTHO XI. secundus, Othonis Magni filius regna-	
	uit annis 9.	
1	Conradus Episcopus obijt VI. Calendas Decembres,	
	pro quo Gaminolphus.	
2	Dissensio inter Othonem Imperatorem & Henricum	
	ducem Baioariæ oritur. Hymno Abbas efficitur ad	
3	sanctum Gallum.	
4	Henricus & Aequiuocus eius duces. Et Henricus Au-	
	gustensis Episcopus rapti sunt, & in exilium missi.	
	Otho Imperator cōtra Lotharīū regem Gallias inuadit.	
5	Gaminolphus Episcopus obijt, pro quo Gebehardus.	
	BENEDICTVS V. Papa CXXXIIII. dies. 2.	
6	IOANNES VIII. Papa CXXXV. annis 7.	980
7	Otho Imperator Neapolim uenit.	
8	Otho Imperator apud Calabriam occiso à Græcis & Sa	
	racenis, exercitu de naui exiliens natando aufugit.	
	Otho dux obijt.	
D 9	Otho Imperator Romæ VI. Idus Decembres moritur,	
	& ibi sepelitur.	
	OTHO XII. tertius, Othonis secundi filius admodum	
1	puer annos 18. (cessit.	
2	Rudmānus Augiensis Abbas obijt, cui Vuitegouo suc	
3	BENEDICTVS VI. Papa CXXXVI. post primum	
	annum à Crescentio relegatus & strangulatus est.	
4	Fames facta est magna. BONIFACIO CXXXVII.	
	Papa, post primum mensem fugato, BENEDICTVS.	
	VII. Papa CXXXVIII. sedit mensibus 9.	
5	IOANNES XIIII. Papa CXXXIX. qui & Petrus	
	Papiæ Episcopus post 8. menses à Bonifacio reuerso	
	comprehensus & necatus est.	
6	BONIFACIVS VII. Papa CXL. interijt, &	
	IOANNES XV. Papa CXLI. successit.	
7	Theophanagræca imperatrix mater Othonis regis no-	990
	no anno uiduitatis obijt. Eaillanus Scotus obijt. Vdal	
8	ricus Abbas, & Eggehardus magister in cœnobio san-	
9	cti Galli obijt.	
10		
11	Conrado rege Burgundiæ mortuo, Roodolphus filius	
	eius ignauus successit.	

Gebehardus

Anni mundi.		Regnum Romanorum	Anni domini.
	12	Gebehardus Constantiensis Episcopus obijt, pro quo	
		Lampertus, Henricus dux Baioariæ filius Henrici du-	
4950	13	cis obijt.	
	14	Conradus dux obijt, pro quo Herimannus. Vuitegouo	
		obijt, Aleuicus succesit. BRVNO, qui & Gregorius	
		v. Papa CXLII. Romæ ordinatus, sedit annis 2. men-	
	15	sibus 9. & Otho Imperator efficitur.	
	16	GERBERTVS, qui & Syluester II. Papa CXLIII. an. 5.	
	17	Aleuicus Abbas Episcopus Argentinæ promouetur, et	1000
		Vuerinherus Abbas efficitur.	
	18	Otho Imperator in Italia x. Calendas Februarias obijt,	1001
		& inteſtina eius Augustæ, reliquum corpus Aquisgrani	
		sepelitur. Gerhardus Abbas obijt, Burchardus suc-	
		ceſsit ad sanctum Gallum.	
		HENRICVS XIII. dux Baioariæ rex efficitur regnans	
	1	annis 13. mensibus 5.	1002
	2	Henricus rex Henricum Marchionem & alios sibi resi-	1003
B		stentes cum exercitu petit.	
	3	Henricus rex Italiam & Boëmiam, & Bolizlaum ducẽ	1004
		Flauorum cum prima gente sua subiugauit. Herimãnus	
		dux obijt, pro quo filius eius puer Herimannus.	
	4	Fames magna facta est. IOANNES XVI. Papa	1005
		CXLIIII. anno uno.	
	5	Vuerinherus Abbas obijt, pro quo Hymmo, monasterij	1006
		destructor & fratrum expulsor, constituitur. IOANNES	
		XVII. qui & Phasanus, Papa CXLV. ordinatur.	
	6	Episcop. Babenbergensis ab Henrico rege cõstituitur.	1007
		Et Eberhardus ibi Episcopus ordinatur.	
	7	Bernhardus Augię Abbas uir doctissimus ordinatur, lo	1008
		cum eundem penè destructum recollectis fratribus re-	
		creat. Liutolphus Treuirensis Archiepiscopus obijt,	
		& Episcopatũ eius Adalbero frater reginæ sibi usurpare.	
		quibusdam cõtra regem fauentibus molitur, sed à rege	
	8	conuicti, Megingaudo Episcopatum reliquerunt.	1009
	9	Vuolueradus Comes obijt 4. Nonas Martias	1010
	10	Vuilligisus Mogontiẽsis Archiepiscopus obijt, pro quo	1011
		Erchanbãdus & Theoderico dux à Lotharijs captus est.	
	11	Conradus dux filius Othonis obijt. Herimannus dux	1012
		iunior obijt.	
	12	SERGIO IIII. Papa mortuo, BENEDICTVS VIII.	1013
		Papa CXLVI. sedit annis 11. diebus 12.	
	13	Henricus rex Romæ imperiali benedictione coronatur	1014
		à Benedicto Papa.	

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni dominī.
	14	Ernustus dux in uenatu ab Adaberone Comite sagittā occiditur, & Megingaudus Treuirorum Archiepiscopus obijt, pro quo Popo.	1015
	15		1016
	16	Conradus dux Gerhardum uicit.	1017
	17	Lampertus Episcopus obijt, pro quo Ruthardus.	1018
	18	Conradus puer auxiliante patruele suo Cōrado postea Imperator Adelberonem ducem pugna uincens fugauit, & Benedictus Papa Babenbergam ueniens ecclesiam sancti Stephani dedicauit.	1019
	19	Vuerinharius Argentinæ Episcopus cum Alemannis contra Burgundiones pugnauit & uicit.	1020
	20	Terræmotus magnus factus est 4. Idus Maias, feria VI. Herebertus Colonienſis Archiepiscopus obijt, pro quo Piligrinus.	1021
	21	Henricus Imperator nouam Troiam cepit & magna in exercitu mortalitas facta est. Ruthardus Episcopus obijt pro quo Heimo. Notgerus obijt.	1022
	22	Gebehardus Ratisponenſis Episcopus obijt, pro quo item Gebehardus.	1023
	23	Henricus Imperator III. Idus Iulias obijt, & in Babenbergenſi Episcop. à se facto in monasterio sancti Petri sepelitur. Benedictus Papa obijt. IOANNES XVIII. Papa CXLVII. annos 9. CONRADVS XXIIII. annos ferè 15. regnauit.	1024
	1	Magna dissensio in regno cōtra Conradū regē efficitur.	1025
	2	Conradus rex filiū suum Henricum regem fecit, & ipse Romā pergens Imperator efficitur, Heimo Episcopus obijt, pro quo Vuarmannus. Bruno Augustēlis Episcopus, & Vuelfus Comes prędas & incēdia inter se faciūt	1026
	3		1027
	4	Ernustus dux & Vestus Comes, Conrado Imperatori ad dedicationem ueniunt. (dus.	1028
	5	Bruno Augustenſis Episcopus obijt, pro quo Eberhar	1029
	6	Conradus Imperator Stephanū Pannoniæ regē cum exercitu petit, & interea in Alemānia dux & Vuerinherus Comes cū alijs multis occidūtur, XVI. Cal. Septembris.	1030
	7	Stephanus rex missis legatis cum Imperatore Conrado pacificatus est.	1031
	8	Rodolphus rex Burgundiæ moriens, diadema suum Conrado misit.	1032
	9	Conradus hyeme Burgundiam petit. Eclypsis solis III. Calendas Iulias quasi hora sexta. Cōradus occidentalē Franciam contra Othonem petit. BENEDICTVS IX. Papa CXLVIII, qui & Theophilactus, sedit an. 12. mēs. 8.	1033

Conradus

Anni mundi.		Regnum Romanorum.	Anni domini.
	10	Conradus item Burgundiam uastat. Pagani Saxoniæ confinia petunt. Vuarmannus Episcopus obijt, pro q̃ Eberhardus. Conradus ex castro suo Limpurgo inter Nemetẽ & Vangiones sito monasteriũ fecit, quod in honorẽ S. Crucis, & diui Ioãnis Euãgelistæ dedicari iussit.	1034
	11	Pagani qui Luitici dicuntur Virbinam castellum in confinio Saxoniæ multis Christianis occisis & captis obtinent quos Conradus Imperator cum exercitu petit.	1035
4950	12	Italiam ciuium discordia laborat. Gebehardus Ratisponensis Episcopus obijt, pro quo item Gebehardus. Nuptiæ Henrici regis. Pagani supradicti Conrado Imperatori uectigales facti. Piligrinus Agrippinẽsis Archiepiscopus obijt, pro quo Herimannus.	1036
	13	Conradus Imperator Italiam cum exercitu petit: Et Mediolanensem Archiepiscopum in custodiam misit, qui fuga lapsus cum multis alijs eidem Imperatori rebellat. Otho princeps Carlingoram à Gozzelone duce pugnauictus fugiensq̃ à quodam milite occiditur.	1037
	14	Eliphdruda, quæ & Cunegundis, regina, uxor Henrici regis, xv. Calẽdas Augusti, & Herimãnus dux v. Calendas Augusti in Italia cum multis alijs obierunt. Stephanus Hũgarorum rex bonę memoriæ obijt, qui seipsum cum tota gẽte sua ad fidẽ Christi rex gẽtili errore conuertit, pro quo Petrus regnauit.	1038
	15	Conradus Imperator II. Nonas Iunij obijt, & apud urbem quæ Spira uocatur sepelitur. Conradus dux & Adalbero dux obierunt. Eclypsis solis xi. Calendas Septembris. Reginbaldus Spirensis Episcopus III. Idus Octobris bonæ memoriæ obijt. HENRICVS XV. filius Conradi, annis 17. mensibus 7.	1039
		Henricus rex Boëmiæ ducẽ bello petit, sed multis procerib. & militib. in præstructione syluæ citra & ultra occisis uel captis, nihil dignum efficere potuit. Petrus quoq̃ Hungarorum rex eidẽ duci contra Henricum regem auxilia mittit.	1040
		Hungari quendam Ouonẽ regem sibi eligẽtes Petrum regem suũ expellunt. Qui profugus & exul Henrici regis, cui priori an. rebellauerat, gratiã quærit, & inuenit. Henricus rex Boëmiam cum exercitu ingressus, igne prædaq̃ cuncta deuastat, & rebellẽ ducẽ obsides dare, & ipsum post se Ratisponã ad deditionẽ humiliter uenire, sibiq̃ iureiurando fidelitatem seruitiumq̃ confirmare, coartat.	1041
		Ouo rex Hungarorũ ob susceptũ ab Henrico rege Petrũ à se expulsum,	1042

C sum, fines Baioariæ prædis, & incendijs depopulatur. Sed magna pars exercitus eius q̃ à septentrionali Danubij parte prædas factura uenerat, ab Adalberto Marchione inita pugna penitus deleta est. Anni domini

Henricus q̃q; rex sui ulturus iniuriam Pannoniã cum exercitu in autumno ingressus, magnã prouinciæ partẽ uastauit, duas populissimas ciuitates euertit, plures deditione subiecit. Sed cũ Petrũ regẽ suũ, quẽ secum ducebat, nulla ratione Prouinciales recipere consentirent, alium quendam quem petebãt ducem eis constituit: quem tamen statim post discessum eius Ouo rex de prouincia sua in Boëmiam depulit. Poppo Aquileiæ Patriarcha obijt, pro quo Eberhardus.

Gisla Imperatrix, mater Henrici regis, xvi. Calẽdas Martias obijt, 1043
& apud urbẽ Spirã sepelitur. Totũ tẽpus æstiuũ in tempestates pluuiasq; hyemalis penè cõuersum, magnã frugũ & uindemiarũ penuriam effecit. Henricus rex iterum Pannonias cũ exercitu petens, satisfactionem, obsides, munera, pacis per iusiurandum confirmationẽ, Hungaris uix impetrantib. accipiens discessit. Qui inde reuersus cõstantiensis Synodo affuit: ubi primo cunctis sibi aliquid debẽtib. omne dimisit debitũ. Deinde omnes Sueuiæ Principes, memoresq; p sonas cunctis inimicitijs destructis pacificari fecit, & pacẽ hactenus inauditã, tã in hac, quàm in alijs regni sui prouincijs regia censura p edictum confirmauit. Deinde Agnetẽ Vuilhelmi Pictauiensis principis filiã reginam apud Mogunciã urbem ungi faciens, regalib. sibi nuptijs eã apud Ingelenheim uillã regalem copulauit. Vnde infinitam histrionum & ioculatorũ multitudinẽ ad laudis suæ cumulũ ua
D cuã & inanẽ, sine cibo & munerib. mœrentem abire permisit. Liutpaldus Marchio, Adelberti Marchionis filius, bonę indolis iuuenis, & maxima Hungarorum clades immaturè obijt.

Maxima pestis pecudũ, & hyems satis dura & niuosa magnã uinearũ partem frigore perdidit, & frugũ sterilitas famem nõ modicam effecit. Gozzilo dux Lotharienſiũ moriens Gozziloni filio, quamuis ignauo, Ducatũ suũ à rege Henrico promissum relinquere disposuit. Sed alter filius eius Gotefridus iam dudum dux, cũ Ducatũ fratri debitum contra fas à rege sibi obtinere nequiuisset, iusiurandũ fidemq; postponens rebellare pio regi præsumpsit. 1044

Ouo rex cum iusiurandum pactumq; infregisset, Henricus rex cũ perpaucis copijs Pãonias petijt: Quem Ouo, qui maximũ paraue rat exercitum, in tãtum despexit, ut eum quasi facile occidendũ, seu capiendũ prouinciam ingredi sineret. Sed Henricus cum parte copiarum Rabam fluuiũ festine in diuino cõfisus auxilio trãsuadauit: pugnam cunctis militib. passim festinantib. inijt, & in prima congregatione innumerabilẽ Hungarorũ exercitũ fugauit atq; prostrauit: & pauciſsimis suorũ amissis, in semet fortissime pugnans glorioſisſimam uictoriam adeptus est iii. Nonas Iulias. Et Ouone rege uix fuga elapso, omnes Hungari ad deditionẽ Hẽrico regi cateruatim cõcurrerunt, subiectionẽ seruitiumq; promittunt. Ipse uerò ut erat per omnia pijssimus, Petrũ regẽ dudum expulsum regno suo restituit,

Hungaros

A Hungaros petentes lege Baioarica donauit, ipsecꝫ cum triumpho in regnum suum rediit. Nec multo post idem Quo à Petro rege cõprehensus, scelerum suorum pœnas capite plexus persoluit. *Anni domini*

Eodem an. Ludouicus Comes Reginoldum Principem reginæ Agnetis auunculum, sed regi Henrico inimicum, dum quodam castellum eius quod Monspeligardæ dicitur, magna cum manu expugnare pararet, cum parua militum suorum copia pugnam iniens uicit, multisꝫ cæsis reliquos fugauit.

Romani Benedictum CL. Papã multis cirminatũ sede sua pellũt, & Syluestrum III. quendam in locum suum statuunt: Quẽ tamen postea, Benedictus quibusdam sibi fauentib. excommunicatum depulit, sediꝫ suæ redditus seipsum postea priuauit, & aliũ pro se ob auaritiam contra Canones ordinauit. Herebertus Mediolani Episcopꝰ obiit. Beggelenheim castellum Gotefridi à rege captum.

Reginoldus et Geroldus Burgũdiones regi apud Solodorã ad deditionẽ uenerũt. Otho Palatinus Comes paschali hebdomada dux Alemannię apud Goslare à rege cõstituitur. Petrus rex Henricũ regẽ in festiuitate Pentecostes ad se inuitatũ magno paratu suscepit, & maximis munerib. donauit, eiꝫ regnum Pãnoniarum, principib. Hungarorum fidelitatem illi & successorib. eius iuramento firmãtibus, reddidit. Quod tamẽ ab eo ipse dũ uiueret possidendũ recepit. In quo uidelicet itinere rex quoddam uetus solariũ ascendẽs cũ multis aliis ędificio cadẽte corruit, ipsoꝫ Deo protegente illæso. Bruno Vuirciburgẽsis Episcopus lethaliter cum aliis collapsus post unam hebdomadam, id est, VII. Calendas Iunias obiit, & ad sedem suam reportatus, ibiꝫ sepultus, Adelberonem successorem suscepit. 1045

B Gotefridus dux rebellioni suæ desperãs, regiꝫ ad deditionẽ ueniens in custodiam mittitur. Vuido Mediolani Episcopus constituit: Sclaui qui & Liutici dicuntur, Saxoniæ terminos inquietantes, regi illo cum copiis militum uenienti se tradunt, & solitum censum promittunt. Autumnali tempore Guntharius heremita ad Christum migrauit, & in Praga Boĕmiæ urbe sepultus.

Per idem tempus regale colloquium apud Tribura condictum grauis regis infirmitas præpediuit. Quo etiam tempore Agnes regina filiam regi peperit. Rex natalem Domini in Saxonia apud Goslare celebrauit. Magna mortalitas multos passim extinxit. Eggehardus Marchio ditissimus subito moriens prædiorum suorum regem reliquit hæredem. Rex paschale festum apud Traiectum Frestæ urbem egit, & subsecutis diebus nauali expeditione in Phladirtingã fretum trajiciens, pagum quendam quem Theodoricus Marchio sibi usurpauerat, ab eo eripuit: Vnde idem postea rebellionis causam sumpsit. Sanctum autem Pentecostes Aquisgrani faciens, Gotefrido duce è custodia relaxato, sibiꝫ procedenti terratenus prostrato, ducatum suum misertus reddidit. Quibus etiam diebus Vuidgerũ, qui Rauennæ præsulatum iam biennio ineptè & crudeliter nondũ consecratus tenebat, ad se uocatum Episcopatu priuauit. 1046

Sequente

Anni mundi.

C Sequẽte tempore rex in Italiam expeditionẽ parat. Fridericus frater Henrici ducis Baioariæ, dux Lotharingorũ, p Gotefridi fratre ignauo Gozzilone cõstituitur. Subsecuto autumno Hungari pristinæ per fidæ suæ memores, Andream quẽdam regem sibi statuunt, Petrũ regẽ, multis aduenarum qui pro eo pugnauerant occisis, uarijs cũ coniuge sua iniurijs affectum postremo oculis priuant, & in quendã locum cum eadem coniuge sua alẽdũ deputant, multis etiã per idem tempus peregrinis inibi expoliatis, exulatis, atq; necatis.

Quo comperto rex Henricus, qui iã ualido exercitu cõgregato in Italiã iter cœperat, nimis indoluit, sed tamen cœptam expeditionem nõ deseruit. Itaq; coadunato exercitu Papiæ Synodũ celebrauit: Inde Placentiam ueniens Gratianum CL. quem expulsis prioribus Romani Papã statuerant, ad se uenientẽ honorificè suscepit: Sicq; cunctis prospere cedẽtib. iuxta natalem Domini non longè ab urbe Roma apud Sutriam Synodo item acta, causaq; erroneorum Pontificũ diligentius uentilata, Gratianum Papam conuictũ baculo pastorali priuauit: Dein omnium tam Rom. quàm aliorum consensu Suidegerum Episcopum, qui post Eberhardum primum secundus Babinbergensem sexto iam anno regebat ecclesiam, nimium reluctantem summum Rom. ecclesiæ elegit Pontificem, sicq; circa uigilias natalis Domini ipsam ingrediuntur urbem. Eadem nocte bonę memoriæ Eberhardus Constantiensis ecclesiæ Episcopus, inibi in porticu sancti Petri sepeliendus, obijt XIII. Episcopatus sui anno.

In ipsa natalis Domini die pfatus Suidegerus, natione Saxo, Apo 1047
D stolicæ sedi CLI. Papa ex more consecratus, & nomine auctus Clemens II. uocatus est. Qui mox ipsa die Henricum regem, & coniugem eius Agnetẽ Imperiali benedictione sublimauit: peractisq; Missarum solennijs, ipse Dominus Papa & Imperator cũ Imperatrice ita ut erat coronatus ad Lateranense Palatium cũ ingenti gloria proficiscuntur, cunctis ciuibus Rom. mirantibus honoremq; singulis quibusq; pro facultate obiter impendentibus: Cõpletisq; Romę cũ summa pace aliquot dieb. Imperator magnam exercitus partem patriã redire permittens, ipse cum reliquo ad ulteriora contendit. Circa idẽ tempus Imperator Præsules nonnullos constituit: Inter quos Rauẽnati ecclesiæ Hunfridum Cãcellarium suum in Italia, Constantiensi Theodericum, per alias prouincias Cãcellarium suum & Archicapellanum, & Aquisgrani Præpositum, Argentinæ Herrandum, Spiræ præpositum, pro Villihelmo autumnali tempore defuncto: Viridunensi Theodoricum, Basileæ Præpositũ & Capellanũ suum Pontifices præfecit. Imperator uerò Roma egressus, nõnulla castella sibi rebellantia cepit, prouincias illas prout uidebatur disposuit, duces Nordmannis, qui in illis partibus, cõmorantur, & alijs eo loco urbibus constituit. Sed Socru Imperatoris de monte Gargano Beneuentum reuersa, orto tumultu Beneuentani ciues quibusdam eam iniurijs afficiunt. Vnde sęuam ab Imperatore uindictam metuentes, eiq; se subdere non præsumentes, rebellionem ineunt. Sed Imperator,

qui

A qui magna, ut dictum est, ex parte exercitum iam remiserat, & ad ali- Anni
am occupato animo patriam tendebat, tentam tunc temporis ciuita mundi.
tem expugnatū aggredi distulit, interimq; eo infecto negocio, sed ali
às uniuersa Italia parente pacataq;, redire disposuit. Interea Impe-
ratrix Agnes, quæ Romæ ab Imperatore digressa fuerat, in Rauen-
nati territorio filiam peperit. Imperator uerò cœpto redeundi itinere
Mantuæ paschale festum in grauissima decumbēs ægritudine cōmo
ratur. Postea conualescens corpus beati Vuidonis Pomposæ mona-
sterij Abbatis, in magna sanctitate ante non integrum an. defuncti
plurimis glorificatum miraculis, de Parmēsi ubi sepultū fuit ciuitate,
ad urbem Spiram transferendū magnū secum cum honore de Italia
rediens deuexit. In quo itinere Augustam Vindelicam in lętanijs an
te Ascensionē Domini ueniens, Gebehardo urbis eiusdē Episcopo
in aduentu eius defuncto, Henricū Capellanum suum successorē cō
stituit. Actoq; inibi eodē festo, Pentecostes solēnia Spiræ celebrauit:
ibiq; colloquium cum regni Principib. habuit, & corpus præfati Ab
batis in incepta quadam extra urbem Basilica tumulari fecit. Quo tē
pore Vuelffum Comitem Sueuigenam Vuelfi dudum Comitis filiū
Carentani ducem promouit. Auunculum quoq; eius Adalberonem
ducem uidelicet Henrici & Friderici fratrem, Metēsis ecclesiæ episco
pum, post Theodoricum nuper defunctum constituit. Item Popone
B Archiepiscopo hijs dieb. defuncto, Treuirēsi urbi Eberhardū Vuor
matiæ Præpositum Archipræsulem præfecit. Per idem tempus cum
expeditionem in Pānonias ad Petrum ulciscendū disponeret, Gote-
fridus dux cum Balduino de Flandris, & alijs nonnullis rebellionem
innouasse, bellumq; copijs collectis paruisse: Theodericus quoq; de
Phladirtinga Marchio rebellauisse, & Episcopatus sibi contiguos ad
iniuriam Imperatoris populatus esse nuntiatur. Præterea Andreas, q
regnum Petri obtinuit, iam crebro legatos supplices miserat, regnū
se ab Hungaris coactū suscepisse confirmans, de Petri sese iniurijs ex
cusans: quiq; aduersus eū coniurauerāt partim à se trucidatos, partim
Imperatori tradendos denuncias, suamq; Imperatori subiectionē, an
nuum censum, et deuotam seruitutem, si regnū se habere permitteret
mandans. Quibus ex causis dilata expeditione illa, cum Gotefridus
quoq; dux rebellionem suam callidis legationibus dissimularet, au-
tumnali tempore nauali exercitu collecto cōtra Theodericū in Phla
dirtingam arma commouit. Interea Otho Sueuorum dux, qui pro-
uinciam sibi traditam piè ac strenuè tertio iam an. regebat, immatu-
ro obitu diem clausit extremū. In ipsis quoq; diebus Henricus Baioa
riæ dux defunctis Treuiris sepelitur. Clemens etiam, qui & Suidege
rus, Papa in Romanis partib. nono mense promotionis suæ diē obi
ens ad Episcopatum suum Babinbergū reportatus tumulatur. Impe
rator expeditione in Phladirtingam traiecta, aquosis impediātib. lo-
cis parum proficere potuit, & reuertēs aduersarijs marino cursu leui
bus scaphis latrocinantium more sequentib. & extremos quousq; in
cursando cædentibus, non modicam in exercitu cladem pertulit.

Ipso quoq; tempore Gotefridus inter alia quæ contra regē gessit,
Viridunensem

C Viridunenſem ciuitatem dolo captam incendit & euertit. Anni domini

Imperator natalē Domini in Saxonia moratus confeſtim per Vurciburgum in Alemāniā uenit, & Vlmæ colloquiū habens Othonem de Suinfurto Marchionem Sueuis ducem cōſtituit: Indeq; Baioariā ueniens quadrageſimale & paſchale tēpus exegit. Eadem quadrageſima ſanguis, ut creditur, Domini apud urbē Mantuā diuina per quē dam cæcum reuelatione inuenitur, & plurimis miraculis declaratur. Imperator Ratiſponā, ubi Paſcha cū Othone & Brecizlao ducibus, & multis alijs Principibus egit, digreſſus Alemanniā repetit, & Augiam noſtram ingreſſus VIII. Calendas Maias, nouam ſancti Marci Euāgeliſtæ patroni noſtri Baſilicā, à Domino Bernhardo Abbate cōſtructā, ſe preſente à Theodorico Cōſtantiēſi Epiſc. dedicari fecit, & eiuſdē ſancti feſto in letania maiore apud nos acto Aſcēſionem Domini Turegi, Pentecoſtē autē Solodori celebrauit: Habitoq; ibi cū Burgundionib. colloquio per Franciam orientalem in Saxoniam remeauit. Per idem tēpus Dominus Bernhardus Abbas Augiæ, uir doctrina & morib. inſignis, anno promotionis ſuæ quadrageſimo, in ſenectute bona morbo confectus VII. Idus Iunias diem ultimū clauſit, & in Baſilica ſancti Marci ſepultus quieſcit: In cuius locum Vdalricꝰ Decanus à fratrib. electus Abbas ab Imperatore cōſtituitur. Defuncto quoq; uiro docto Vattone Leodij Pōtifice, Dietuinus ſucceſsit.

Sequente Iulio, Poppo Brixenſis Epiſcopus ab Imperatore electꝰ Romā mittitur, & honorificè ſuſceptus Apoſtolicæ ſedis CLII. Papa
D ordinatus mutato nomine Damaſus II. uocatur. Sed paucis dieb. exactis defunctus, & ſanctam Laurentiam extra urbem ſepultus eſt. Autumnali tēpore Henricus Imperator, & Henricus Galliarum rex in Metenſi territorio conuenientes pacem pactūq; inter ſe iuramēto confirmant. Hijs dieb. terræmotus magnus factꝰ eſt nocte, III. Idus Octobres. Ipſis item dieb. Agnes Imperatrix filiam Imperatori peperit. Eodem etiam tempore Gotefridus Adelbertum ducem ſe deprædantem perſecutus, & dimiſſa multitudine cum paucis inuētum, cū alijs qui repugnare tentabant occidit. Poſt quem Gotefridus dux ab Imperatore conſtituitur. Imperator ipſis dieb. Argentoracum, & inde prope natalem Domini Vlmam uenit, ſicq; in Baioariā proficiſcitur. Imperator natalem Domini Friſingiæ, & Purificationem ſanctę Mariæ Ratiſponæ agēs Baioariæ ducem Conradū cōſtituit, & circa quadrageſimale tēpus inde Saxoniam receſsit. Gotebaldus Nemetenſis Præpoſitus Aquileiæ Patriarcha poſt Eberhardū hijs dieb. defunctū ab Imperatore promouetur. Interea glaciali hyeme ſuppeditante nonnulli de patrib. maritimis milites & Principes cum Leodinenſi Epiſcopo, Traiectēſi & Metēſi cōgregati, Theoderico in Phladirtinga inſidias tendunt, cōmiſſaq; pugna uictū occidūt, & prouinciam illā Imperatori ſubijciunt: quā tamen non multò poſt Gotefridus occupās ab eiſdē pugna petitus & uictus uix aufugit. Per idē tēpus Bruno Leucorū Epiſc. ab Imperat. electus Romāq; miſſus ſummo honore ſuſcipitur, & in quadrageſima Papa CLIII. ordinatus Leonis noni nomen accepit. Qui in proximo Paſcha Vdalricū Augiēſis cœnobij

1048

1409

cœnobij Prouisorem Romam uenientem Abbatis benedictione consecrauit, & monasterij eiusdem priuilegia antiquitus à sede Apostolica tradita sua autoritate confirmauit & innouauit Indict. II. VII. Cal. Apriles. Idem Papa in hebdomata post Albas Synodum cum Episcopis Italiæ Romæ celebrauit. Idem in hebdomata Pentecostes aliam Synodum Papiæ congregauit, indeq; per montem Iouis cum pluribus Romanorum in Cisalpinas partes deuenit. Exacto etiam tempore Odilo uenerabilis Cluniacensis cœnobij, & multorum pater monasteriorum migrauit ad Dominum. Anni. domini A

Secuta æstate cum Imperator expeditionẽ contra Gotefridum & Balduinum à domino Papa excõmunicatos pararet, Godefridus tam cõtra uim Imperatoris, quàm Papæ excommunicationem Aquisgranum uenit, & opitulante Papa gratiam imperatoris promeruit. Balduinus uerò utrunq; contemnens, uastata ab exercitu magna ex parte prouincia sua, tandem obsides dedit, & pactum cum Imperatore fecit. Autumnali tempore dominus Papa Synodum magnam Remis cum Galliarum Episcopis habuit, indeq; Mogontiacũ ueniens, aliam Synodum XL propè Episcoporum coram Imperatore, & regni nostri Principibus celebrauit: Et postea Alemanniam adiens, Augiæ festum sancti Clementis, & dominicam ante aduẽtum Domini VI. Cal. Decemb. egit: ac per Augustam Baioriamq; transiens, natalem Domini Veronæ coluit. Imperator uerò idẽ festum in Saxonia mansit. Ipsa hyeme cùm Episcopus Ratisponæ Gebehardus, qui Campidonensem abbatiam nuper beneficij loco acceperat ab Imperatore, in Pannoniarum terminis moraretur, cedentibus Hungaris fines eorum ingrediens prædas inde abduxit. Sed ipso discedente plurimus Hungarorum exercitus fines nostros inuadens plurimam partem captiuauit, incendit atq; uastauit. Imperator paschale festum apud Traiectum moratur. Dominus Papa post Pascha Synodum item Romæ collegit, & subsecuto tempore ultra Romam progrediens, nonnullos eo loco rum Principes & ciuitates tam sibi, quàm Imperatori iureiurando subiecit, Beneuentanosq; adhuc rebellantes excommunicauit. Nonnulli etiam exterarum Principes gentium missis ad eum, utpote Apostolicum uirum, legatis subiectionem ipsi promittunt. B

Imperator contra Gazmerum ducem Polonorum rebellionem molientem expeditionem parat, grauiq; infirmitate detẽtus, pacem pactũq; eum petentem suscipiens discessit. Gebehardus Ratisponensis Episcopus cum Conrado duce Baioariæ, & Adelberto Marchione, alijsq; quibusdam Episcopis & principibus Baioariæ Heimenburgum reædificãt, & magnam Hungarorum copiam se inuadentem prosternunt, & usq; ad innumerabilis exercitus eorum præsentiam refugientem persequuntur, cunctisq; agminibus Hungarorum deuictis, immisso terrore terga uertentibus ad castra Deo gratias reddentes reuertuntur. Ipso autumno Dominus Papa Synodũ Vercellis collegit, & Hunfridum Archiepiscopum pro quadam inter Rauennatem & Romanam Ecclesiam contentione ab officio suspendit, indeq; Gallias & Episcopatum suum Leucorum ciuitatem reuisit: quo etiam tempore Agnes Imperatrix tandem imperij filium peperit.

Imperator natalem Domini in Saxonia apud Goslare egit, & multos 1051

Cex Principibus filio suo iureiurando fidem subiectionemq; promittere fecit. Nec multò pòst ipse & dominus Papa cum multis Episcopis & Principibus apud Augustam Vindelicam conueniẽtes, Purificationem Dei genitricis celebrauerũt, Rauennatecq; Archiepiscopo apud Papam inibi reconciliato, charitatiue à se inuicem discedentes, Papa Romam reuertitur: Imperator Nemeti partem Quadragesimæ, Paschale uerò festum Coloniæ demoratur, ibiq; filius eius Henricus ab Archiepiscopo Herimanno baptizatur. Post Pascha item dominus Papa Leo Synodum Romæ collegit, ubi inter alia Gregorium Vercellensem Episcopum, propter adulterium cum uidua quadam auunculi sui sponsa admissum, & periuria perpetrata absentem & nescientem excommunicauit, quem tamen non multò pòst Romam uenientem, satisfactionem promittentem, officio priori restituit. Per idem tempus Imperator Lampertum Comitem rebellare molientem ad deditionem cõpulit. Eadem æstate Bardo Mogonciacensis Archiepiscopus obijt, pro quo Imperator Liutbaldum Babinbergensem Præpositum constituit. Idem pro Theodorico Constantiensi Episcopo, x Calend. Iul. quinto Præsulatus sui anno post longam ægritudinem defuncto, Rumaldum promouit. Rauennas quoque Archiepiscopus Hunfridus ueneno ut aiunt, subito perijt. Sequenti autumno magno cum exercitu Imperator pactum Andreæ regis, ut per Legatos offerebatur accipere contemnens, Pannonias petijt, Gebehardoq; Ratisponense Episcopo, & Velff, Brezizlaoq; ducibus ad septentrionalem Danubij partem depopulandam transmissis, Dipse deuecto à nauibus quantum in equis poterat sumptu, longo procpter fluuiorum illuuiem circuitu per Carentani fines transiens, peruiumq; regnum inuadens, hac & illac Hungarico exercitu latrocinantium more fugitante, & nusquam æquo marte conferre manum audente omnia circumquaq; quoad sumptus militi suppetebant uasta reddit. Sed cum laboranti iam penuria & fame exercitui Hungariam reditum pararent intercludere, oppositisq; per ripas fluminum præmunitas, uadosasq; paludesq; copijs suis, omnes se uel ad deditionem cogere, uel inedia minitarentur extinguere, milites interriti hostes per fluuios obsistentes incunctanter transuadentes fugant, quandamq; munitionem firmissimam ad pontem Rabiniza fluminibus structam, in qua maximã hostis fiduciam habebat, quidam ex Burgundionibus, Saxonibus & Polonis milites non sine sui periculo flumine transito in breui expugnatam capiunt, cæsisq; palatisq; Hungaris reliquo exercitui uiam pandũt. Quæ pertranseuntibus penè cunctis incensa, aliquot de postremis in magno periculo hostibus insequentibus intercluſit: Sicq; redeunte Imperatore, illisq; quos ultra Danubium transmiserat, rebus prosperè gestis iamdudum reuersis, Andræas rex à nostro Marchione Adelberto pacem postulatum mittit, eamq; uicissim tribuit. Ipsis diebus defunctis uno penè in tempore Lindaugiense & Buochaugiense Abbatissis, Iuota nobilis, prudẽs & religiosa uidua utriq; loco recuperãdo ab Imperatore præficit. 1052

Imperator natalem Domini Goslare egit, ibiq; quosdam Hæreticos inter alia praui erroris dogmata Manichæa secta omnis esum animalis execrantes,

Anni domini

execrantes, consensu cunctorum, ne hæretica scabies latiùs serpens plures inficeret, in patibulis suspendi iussit. Eodem tempore. v. Idus Ian. mater mea Hiltrudis, Vuolfradi Comitis uxor admodum pia, mitis, liberalis, & religiosa fœmina, marito, septemq; liberis superstitibus deuoto & felici, uti hominibus apparere poterat, exitu diem ultimum clausit, anno ætatis circiter LXI. coniunctionis uerò cum marito XLIIII. & apud uillam Alleshasan sub capella sancti Vdalrici à se constructa in sepulchro, quod ipsa sibi præparauerat, condita est: cui ut pro Epitaphio hos scriberem uersiculos libuit. Anni. domini A

Mater egenorum spes auxiliumq; suorum,
Hos Hiltrud tumulo debita reddit humo.
Quæ præpollentes generosa stirpe parentes
Nobilitans claris extulerat studijs.
Atq; colens castam reuerenter monogamiam,
Vixit diuinis prona ministerijs.
Inq; bona Marthæ satagens consistere parte,
Practica quod docuit uita sequi studuit.
Veste, cibo, lingua, pede, totis uisibus ipsa
Se miseris largam præbuit atq; piam.
Religione pios præ cunctis fouit amicos,
Cunctis morigeram se dedit & placidam.
Cunctis manens mitis, patiens ac nescia litis,
Complacuit mundo, ô utinamq; Deo.
Carnem castigans, precibus loca sancta frequentans,
Quærere cœlestem sedula sueuit opem. B
Crede panegyricis non hæc me fingere uanis,
Nec matrem uerbis tollere falsidicis.
Consule rumorem quaquauersum popularem,
Dictaq; de ueris paucula certus eris.
Hanc quoq; postremo mera cùm confessio crebro
Purgasset, Domino debita corde pio.
Communita fide, spe tuta, uigens pietate,
Felix hanc uitam deseruit miseram.
Cum mensis Ianus quintas deuolueret Idus
Mouit permultas morte sua lachrymas.
Pro qua quæso, precor, peto, postulo, flagito Lector,
Pulses supplicibus ut Dominum precibus,
Quatenus ipsius pietate sui miseratus
Absoluat cunctis mitis eam maculis,
Inq; beatorum felici sorte suorum
Largus ei stabilem contribuat requiem.

Sequenti tempore Quadragesimali Imperator Rauennatem Archiepiscopum Henrichum promouit. Et Nizo Frisingẽsis Episcopus prius ex superbissimo uitæ habitu ad humilitatis & religionis speciem conuersus, ac denuo ad pristinæ conuersationis insolentiam reuersus, cum eum iussu Imperatoris Rauennam perduxisset, subita inibi morte periit.

Imperator Paschale festum Nemeti egit, indeq; ut aiunt, locum illum

C patris matrisq; sue sepultura præditum magis magisq; paruipẽdens subiratus, Episcopoq; loci illius infensus discessit. Iisdem diebus Bonifacius ditissimus Italiæ Marchio, imò tyrannus, insidijs à duobus exceptus militibus, sagittisq; uulneratus & mortuus, Mantuæ sepelitur. Cum Imperator circa lætaniarum tempus Solodori colloquiũ haberet, quidã ex Burgundionibus offensi inde discedunt, sed non multò pôst aliqui ex illis ad gratiam eius redeunt: Inde ipse cum Turegi Pentecosten peregisset, in Pannonicam itidem expeditionem proficiscitur, Andræaq; rege Hungarorum minus minusq; pro pacto pacis postulando, allegante & promittente, Brezisburg castrum obsedit, & uarijs belli machinis diu oppugnatum, Deo obsesis se anxiè inuocãtibus opitulante, frustratis semper nixibus nullo modo capere potuit. Interim dominus Leo Papa ab Andræa accitus, cum pro pace componenda interuenisset, Imperatorem ab obsidione auocauit, eumq; sibi per omnia consentaneum inueniens, sed è contra Andream consilijs suis minus parantem experiẽs offensus, eiq; excommunicationem utpote delusa sede Apostolica minitans, cum Imperatore discessit, & aliquãtum cum eo temporis mansit. Ipsis diebus Imperatrix iterum filium, quem Conradum postea uocauerunt Imperatori peperit. Discordia inter Gebehardum Ratisponensem Prẽsulem, & Cõradum Baioariæ ducem mota & agitata. Reliquiæ beati Zenonis confessoris ex Valthario Veronense Episcopo in Alemanniam ad uillam Vlmam allatæ, plurimis per hęc tempora claruêre miraculis. Constantiæ basilica sanctæ Mariæ corruit. *Anni domini*

Vlma uilla.

D Imperator cum domino Papa, multisq; Episcopis & Principibus natalem Domini Vormatiæ egit, ubi cum Papa, sicut dudum cœperat, Fuldensem Abbatiam, aliaq; nonnulla loca & Cœnobia, quæ sancto Petro antiquitus donata feruntur, ab Imperatore reposcens exegisset, demum Imperator pleraque in ultra Romanis partibus ad suum ius pertinentia pro Cisalpinis illi quasi per concambium tradidit. Cumq; idem Papa de Normannorum uiolentijs & iniurijs, qui res sancti Petri se inuito ui tenebant, multa conquestus esset, ad hos etiam inde propulsandos Imperator ei auxilia delegauit. Ea siquidem gens à temporibus prioris Henrichi Imperatoris in Calabriæ, Samniæ, Campaniæq; partes paulatim ex Gallici oris Oceani aduentitia confluebat, & quia bellicosior Italicis gentibus uidebatur, primò gratanter accepta, crebrò indigenis contra Græcorum & Saracenorum incursiones audacter præliando auxiliabatur. Postea uerò pluribus eorum ad uberem terram accurrentibus, uiribus adaucti ipsos indigetes bello premere, iniustũ dominatum inuadere, hæredibus legitimis castella, prædia, uillas, domus, uxores etiam quibus libuit ui auferre, res ecclesiarum diripere, postremò diuina & humana omnia, prout uiribus plus poterant iura confundere, nec iam Apostolico Pontifici, nec ipsi Imperatori, nisi tantum uerbotenus cedere. Ad horum igitur nefaria & inextricabilia scelera illis è partibus eliminãda, indigenasq; ab eis liberandos dominus Papa animum intendens, summa cum charitate ab Imperatore Romam reuersurus digreditur: Secuti sunt autem eum plurimi Teutonicorum, partim iussu dominorum, partim quæstus adducti, multi etiam scelerati & proterui, diuersasq;

Normanni.

saſq; obnoxias patria pulſi. Quos ille omnes tũ conſuetæ miſericordiæ nimia compaſsione, tum etiã quia opera eorum ad imminens uidebat bellum indigere, clementer & gratãter ſuſcipiebat. Tranſiens ergo per Alemanniã Purificationẽ ſanctæ Mariæ Auguſtæ egit, Mãtuęq; Quinquageſima acta, & nõnullis ſuorũ orto inibi tumultu occiſis, infra dies Quadrageſimæ Rom. peruenit. Ipſis diebus in Italia quidam lacus, qs Iulius quondã Cæſar quadrato lapide perpetuo, ut putabatur, opere fertur obſtruxiſſe, nimia aquarũ inundatione effracti, Narniã flumẽ, Tiberimq; ultra modum exundare fecere, ſubitaq; illuuione multa ędificia, ipſe põs Narniẽſis dirutus, multiq; mortales abſumpti ſũt. Imperatore in Saxonia apud Mereſeburg cõmanente, cum rege Danorum Paſcha egit, ipſiq; dieb. Cõradum Baioarię ducem, cui iam prius infenſus erat, inculatum quorundã Principum iudicio ducatu priuauit. Quo tẽpore regni tã primores quàm inferiores cõtra Imperatorem magis magiſq; muſsitantes, iãdudum eũ ab inchoatæ iuſtitiæ, pacis, pietatis, diuini timoris, multimodæq; uirtutis tenore, in q̃ de die in diem debuerat proficere, paulatim ad q̃ ſtum & incuriam quãdam deficere, multumq; ſeipſo deteriorẽ fore cauſabãtur. Altorfenſe cœnobium igne cõſumitur. Dominus Papa habita poſt Paſcha Synodo, cõtra Normãnos, ut propoſuerat, exercitum mouit: cumq; illi pacem petẽtes, ſubiectionẽ ſeruitiumq; ipſi promitterent, & q̃q; prius iniuſtè ſibi uſurpantes inuaſerãt, eius beneficio gratiaq; retinere uelle ſe dicerẽt, idq; Papa abnegãs ui et iniu
B ria raptas res ſancti Petri repoſceret, eoſq; perperam peruaſo cedere loco iuberet, illi quią numero lõgè præſtabãt, quaſi rẽ impoſsibilem ſibi propoſitã refutantes, ſe potius bello obuiã ituros armiſq; acq̃ſitam patriã armis defenſuros, uel more occubituros denuntiãt: Sicq; XIIII. Cal. Iul. ualida pugna cõfligentes, prima acie à Theutonicis pene uicti ſunt, ſed ſuccẽturiatis copijs ex inſidijs noſtros circumuenientes, Italis citius terga uertentib. Theutonicis maxima ea parte ſed nõ inultè occumbentib. occulto Dei iudicio, ſiue quia tantum ſacerdotem ſpiritalis potius quàm pro caducis reb. carnalis pugna decebat, ſiue q̃d nefarios homines quàm multos adſe ob impunitatẽ ſcelerũ, uel q̃ſtum auarum cõfluentes, contra itidem ſceleſtos expugnãdos ſecũ ducebat: ſiue diuina iuſtitia alias quas ipſa nouit ob cauſas noſtros plectente, quãuis nimis cruentam hoſtes adepti ſunt uictoriam: Ipſeq; Dominus Papa in quodã ab eis caſtello obſeſſus, cũ expugnata iam iamq; munitione neceſsitate coactus cõmunionem eis prius interdictam reddiſſet, acceptus ab eis Beneuentum, cũ honore tamẽ reductus eſt, ibiq; tẽpore aliquãto detentus, nec redire permiſſus. Et hoc & ſuperiori anno frugum penuria facta eſt non modica. Vuerinharius frater meus Augienſ. monachus, admodũ doctus, & religione uerę deditus, iuuenis cũ alio monacho Liuthario ſtudio uitæ perfectioris flagrans, peregrinationẽ clã pro Chriſto aggreditur, literis remiſsis licentiam Abbatis poſtulans, & impetrãs. Et ſequẽti tempore Richardus Renauigenſis Abbas, & Hẽricus item Augienſ monachus hoc exẽplum ſecuti, relictis omnib. idem propoſitum ag-

grediuntur. Imperator Henricus magno apud Tribuariã conuentu habito filium Aequiuocũ regem à cunctis eligi, eiq; post obitum suum, si rector iustus futurus esset, subiectionem ꝓmitti fecit: Ad quẽ conuentum cum Cõradus dudum Baioariæ dux uenire nolens, cũ expeditis militib. regi rebellare moliens Hungaris se adiungere tentasset, & Carentani fines inuasisset, quibusdã mibi quæ prius habuerat possessionib. suis ab Imperatore priuatus est, eas quasi legaliter acquirente. Ibi etiã legati Andreę regis Hungarorũ ꝓ pace pactoq; cum suffragante Ratisponense Episc. immensam pecuniam, suæq; prouinciæ partem, & ad expeditiones omnes præter Italicã suos ituros promitterent, eaq; omnia regem suũ impleturum sacramento ꝓmitterent, Imp. ea se accepturum fide data spondens eos remisit. Hadamuta de Nuinburgo Abbatissa uenerabilis, quæ locum suum prius penè dilapsum, intra & extra laudabiliter recuperatũ in optimũ deduxerat statum, aliã pro se designans, & sororib. piè admonitis, ultimũ uale dicens IIII. Cal. Nouemb. feliciter, ô utinam, decessit. Hazelinus etiam Babenbergen. Episc. infamis moriens locum dedit. Per idem tempus Cõradus dudũ dux ab Andræa rege Hungarorũ gratãter susceptus, ei ne alligatum cũ Imperatore fœdus ꝓficeret dissuasit, & auxilio eius quandam Carentani partem, quorundam etiã Primatum, qui eã possidebant machinatione alijs expulsis Primoribus, inuasam cepit: Imp. uerò in Baioariam ueniens, ducatum eiusdem prouinciæ filio suo Aequiuoco tradidit. Sicq; in eadem cõmorans prouincia, natalem Dñi in uilla Otinga egit, ibiq; Babenbergẽ
D sis ecclesiæ Præsulatũ consobrino suo Adalberoni donauit. Deinde habito Ratisponæ colloquio, per Alemanniã transiens, & furib. infestus nonnulla eorũ conuenticula exuri iubens. Turegi Quadragesimã inchoauit, & per ripales Rheni urbes paulatim descendens, Mogonciæ Paschale festũ celebrauit, ubi Theodbaldus Othonis ad eũ de Gallijs ueniens, & miles eius effectus, auxilium suũ illi pollicitus est. Dñs Papa cum apud Beneuentum diuino intentus seruitio diu demoratus, tandẽ instante paschali tempore Romã ægrotans reuersus esset, inualescẽte indies languore glorioso exitu cunctis prius benedicens, & admonitis ualedicens, sanctoq; Petro peccata sua confessus & deuotè se illi commendans XVI. Cal. Maias obijt, & in Basilica sancti Petri iuxta sepulchrum sancti Papæ Gregorij sepultus, miraculis claruisse memoratur. Gotefridus iterum contra Imperatorẽ tyrannidem inuasit. Italiamq; latenter adiens, Beatricem Bonifacij quondam Anarchionis uiduam uxorem accepit.

Herimannus Vuolferadi Comitis filij, ab infantia omnib. mẽbris contractus, sed omnes tunc temporis uiros sapientia & uirtutib. prę cellens, in Aleshusan prædio suo defunctus ac sepultus est. Vuerinherus Liutherus in Hierosolym. itinere defuncti sunt. Conuentus ab Imperatore Mogonciæ factus est, in quo Gebehardus Eistetẽn. Episc. ab Episcopis electus, Romamq; missus, ibiq; honorificè susceptus, insequenti Quadragesima in cœna Domini CLIIII. Papa ordinatus,

Annì mundi.

A natus, Victoris ſecundi nomẽ accepit. Imperator natalẽ Dñi Goslare celebrauit, ac deinde expeditionẽ in Italiã parauit, & diem ſanctæ Paſchæ Mantuæ egit: diem autẽ Pentecoſtes Florentię, ibiq; corã eo à Dño Papa generali Synodo habita multa correcta ſunt. Imp. Adalbertum capitali ſententię adiudicatum, per interuentum Epiſc. dimiſit. Eodem tempore L. aut eo amplius armati milites à Normãnia latenter per mare tranſeuntes, Nordmannis cõtra Imperatorem auxilium præbere cupientes, à Piſentib. ciuib. capti atq; ad Imperatorẽ delati. Imperator Othonem Nouarienſem Epiſc. Cõſtantinopolim miſit, ubi pro Michaele nuper defuncto quandam fœminam totius regni monarchiam tenentem inuenit, quæ illum ſequenti anno ſuis etiam Legatis adiunctis amicitiam pactumq; confirmandum Imperatori remiſit. Beatrix Imperatori ad deditionẽ ueniens cauſa mariti ſui, quanquã data fide, tenet, filiuſq; eius puer Bonifacius hac cauſa uenire ueretur: Sed non multis interpoſitis diebus cum Imp. ibidem moraretur, idem puer moritur. Gebehardus Ratiſponenſis Epiſc. & Vuelffus dux licentiam repatriandi ab Italia impetrauerant, militeſq; eorũ illis, ut aiunt, ignorantib. contra Imperatorem coniurauerũt: Quo tempore Vuelffus dux ſuis & omni populo admodũ flebili morte p̃uentus, apud Altorfenſe cœnobium ſepult⁹ eſt. Arnortus Epiſc. Metenſis moritur. Imperator de Italia per Baioariam rediens, natalem Domini apud caſtrum Turegum celebrauit, ibiq; Othonis Marchionis filiam Aequiuoco ſuo filio deſpõſauit. Gebehardus Ratiſponenſis Epiſc. ab Imperatore de coniuratione contra ſe facta uictus, primùm in caſtro Vlfilingino, deiñ in Stofola p̃ aliquod tẽpus ſub cuſtodia tenetur. Conradus ab Imperatore Nemeti pro Arnolto Epiſcopo ſubſtituitur. Herimãnus Agrippinę urbis Archiepiſcopus obiit, pro quo Hãno Goslare prius Præpoſitus in Archipræſulatum ſucceſsit. Imperator diem ſanctum Paſchæ celebrauit, Eodẽ an. Sclaſi, qui Liutici dicuntur, terminos Saxonũ inſectantes, quàm plurimos eorum Principes cũ Vuilhelmo Marchione peremerunt. Hẽricus Imperator, Domino Apoſtolico ad ſe tẽpore autumnali inuitato, cum in Saxonia in Bothfeldino cõmoraretur morbo ingraueſcẽte infirmatus, obiit an. ętatis ſuæ XXXIX. regni uerò XVIII. imperij XV. Indictione X. Qui inde aſportatus, Nemetumq; translatus, in eccleſia ſanctæ Mariæ, quã ipſe conſtruxerat, adhuc imperfecta iuxta patrem matremq; ſepultus, & filius eius Henricus quartus VII. ætatis annum habens, pro eo regni iura ſuſcipiens, à Primoribus matri Imperatrici educandum eſt commendatus.

Anni domini

1055

B 1056

Henricus rex natalẽ Domini Ratiſponæ celebrauit ſeptimo Calendas Maias. Immenſitas niuis & pruinæ magnam partem uinearũ p̃didit. Romæ Victor ſecundus deceſsit, in cuius locũ Fridericus frater Gotefridi ducis, dudũ beati Leonis Papæ Archidiaconus, tũc autem temporis Monaſterij ſancti Benedicti Abbas, CLV. Papa ordinatus, Stephanus VIII. eſt nominatus. Otho dux Alemannorum obiit, cuius ducatum Rodolphus accepit. Hoc an. lapides miræ magnitu-

1057

C dinis mixti grandine de cœlo ceciderunt, & nõnulli hominũ fulmine perierũt. Romæ Stephanus Papa obijt. Rom. autem accepta pecunia quendam Ioan. contra Canones elegerunt, qui sine consecratione per aliq̃t dies sedens à Gotefrido duce expellitur, atq; Florentinæ ciuitatis Episc. CLVI. Papa substitutus, Nicolaus Secũdus est uocatus. Eodem tempore Henricus Augustensis Episc. apud Imperatricem summum consilij locum habuit, quod nonnullis regni Principib. eius insolentiam non ferentib. multum displicuit. Hoc an. magna mortalitas hominum, & pestis pecorũ facta est. Orto inter Mediolanenses & Ticinen. bello, multi ex utraq; parte ceciderunt. Rodolphus Alemannorum dux Mathildã Henrici regis sororem duxit uxorem. Fuldis Eberhardus Abbas decessit, cui Sigefridus successit. Andræas Pannoniæ rex cum prius pacem pactumq; per legatos cũ Henrico rege confirmasset, etiam sororem eius minorem filio suo adhuc puero sponsam obtinuit. Henricus Galliarum rex obijt, & filius eius adhuc puer regnũ cum matre gubernandum suscepit. Liudpaldus Mogonciensis Archiepisc. decessit, cui Sigefrid⁹ Fuldis Abbas successit. Conradus Nemetensis Episc. moritur, in cuius locum Einhardus promouetur. Mathildas soror regis obijt. Henricus Palatinus Comes in amentiã uersus cum specie religionis quasi seculum derelinquens in monasteriũ Ephtirnacha se cõtulisset, inde abstractus coniugem suã occidit. Et hoc an. sicut in priore mortalitas multos extinxit, hyems satis dura et niuosa, et plus solito prolixa, frumenti uinicq; maximum attulit damnum. Andręas rex Pãnoniarum

D cum à fratre suo regnũ sibi circumquaq; uastans multas iniurias perpessus fuisset, tandẽ febre pulsatus, omnes thesauros suos in castrum Medilhecka, necnõ & filium suũ Henrico regi per Tiedbaldum Comitẽ transmisit. Magna fames multos consumpsit. Gebehardus Ratisponensis Episc. obijt, cui Otho successit. Conradus qui Carentanis solo nomine ducis prefuit, moriens locum dedit, cuius ducatum Berthold⁹ Sueuigena accepit. Romæ Nicolao Papa defũcto, Rom. coronam & alia munera Henrico regi transmiserunt, eumq; pro eligendo summo Pontifice interpellauerunt. Qui ad se conuocatis omnib. Italiæ Episc. generalicq; conuentu BASILEAE habito, eadem imposita corona Patritius Rom. appellatus est. Deinde cum communi consilio omnium Parmensem Episc. summum Romanæ ecclesiæ elegit Põtificem. Interim dum hæc aguntur, Anshelmus Episcopus de Luca quibusdam Romanis fauentibus Apostolicam sedẽ sibi usurpauit. Buchardus & Vuezil de Zolorin occidũtur. Ecclesia Nemetensis dedicatur, & Ana Imperatrix depositis regalibus uestimentis, sacro uelamine circundata.

VI. Idus Feb. terræmotus, fulgura & tonitruta facta sunt, pestilẽtia & mortalitas subsecuta multos extinxit. Henricus rex apud Traiectũ Frisię urbẽ diẽ Paschę cum matre Imperatrice egit. Hijs dieb. Hãno Agrippinę Colonię Archiepiscopus, adnitentib. quibusdã regni principib. Henricum regẽ cum lancea & alijs imperij insignib. à matre imperatrice ui arripuit, secumq; Coloniã abduxit. Parmen̄ Episc.

dudum

Anni domini

1059

1060

1062

dudum electus Romam consecrandus adijt, cui cum Romani armati occurrerent, ingressumq; prohiberent, multitudo illorum à militibus eius & occiduntur & in Tiberi submerguntur, cæteri fugantur. Anni domini A

Tempore veris, medio mense Aprilis per quatuor dies hyems sæua, uentosa & niuosa, aues & pecora frigore extinxit, arborum & uinearum maximam quoq; partem perdidit. Engilhardus Episcopus de Magdiburg obijt, cui frater Colonien sis Archiepiscopi successit. Henrichus Aquitensis Episcopus obijt, cui Imbricus successit. Eodem anno quædam mulier iuxta Constantiam infantem duo capita, nec non & cætera membra aduscq; clunes duplicia habẽtem peperit. Henrichus rex natalem Domini Coloniæ celebrauit, diem Paschæ autem Leodij, Synodus Mantuę. Henrichus rex natalem Domini Goslare, diem autem Paschę Vuormatiæ celebrauit. Domus regalis Goslari concremata est. Quod & factum est in VI. Cal. April. Indictione III. Et ibidem accinctus est gladio, anno regni sui IX, ætatis autem suæ XIIII, & dux Gotfridus Scutarius eius eligebatur. Patauiensis Episcopus obijt, cui Altmannus Imperatricis Capellanus successit. Hoc tempore Sigifridus Mogonciacensis Archiepiscopus, Vilhelmus Traiectensis Episcopus, & Guntharius Babinbergensis Episcopus, Otto Ratisponensis Episcopus, cum magno apparatu & comitatu Hierusalem proficiscẽtes, in eo itinere à Paganis multa sunt perpessi, nam bellum cum eis inire sunt coacti. In eadem uia Guntharus obijt, cui Ricimannus symmoniacè successit. B

Multi nobiles ciuili bello perierunt. Henrichus rex natalem Domini,* Pascha autem apud Traiectum egit. Eberhardus Treuerẽsis Archiepiscopus XVII. Cal. Maij, sabbato sanctæ Paschæ, completis à seipsius diei officijs, ipsis sacerdotalibus uestimentis indutus requieuit in pace. Cui Conradus Colonien sis Præpositus electus à rege succedere debuit, sed à Clero & ciuibus Treuirensibus refutatus est. Vnde quidam Comes de militia Treuirensi nomine Theodoricus eundem Conradum Treuirim tendentem comprehendit, & diu sub custodia maceratum quatuor militibus enecandum commisit. Qui dum eum ter per quoddam præcipitium deiecissent, & nihil sibi, nisi brachium collidere possent, unus ex illis pœnitentia ductus ab eo ueniam impetrauit. Alius autem uolẽs eum decollare, maxillam eius tantum abscidit. Et sic ipse Deo dignus martyr ad Dominum migrauit, Cal. Iun. Sepultus ad Abbatiam quandam nomine Doleiam. Tres autẽ milites mortis illius autores digna ultio postmodum subsecuta est: nam unus eorum acceptum cibum deglutire non ualens, alij duo manus suas lacerantes.

HERMANNI CONTRACTI CHRONICON FINIT.

SEQVITVR INCERTI CV-
iusdam Autoris Chronicon.

INCERTI AV-
THORIS CHRONICVM
Sacrum.

CONSTRVCTIO.



RESTAVRATIO.

SEx diebus perfecta est rerum conditio, & sex ætatibus perficitur hominum reparatio. Mundus ante omnem diem factus, sex diebus formatus, tribus primis diebus dispositus, tribus sequentibus est ornatus. Prima die facta est Lux. Secunda Firmamentum inter superiores aquas, & aquas inferiores. Tertia die congregatæ sunt aquæ, quæ erant subter Firmamentum in locum unum, & apparuit arida, uirentia q; & fructum germinantia produxit. Ecce quatuor elementorũ dispositio: Cœlum sursum expansum est: deinde aër serenatus est, deinde aquæ in unum congregatæ sunt, deinde terra reuelata est. Sequitur ornatus. Quarta die facta sunt luminaria in ornamentum cœlorum. Sol, Luna & Stellæ. Quinta die facti sunt pisces, de aquis, & uolucres. Volucres ad ornamentum aëris: pisces ad ornamentum aquarum. Sexta die facta sunt iumenta & bestiæ, & cætera animantia, quæ mouentur super terram ad ornamentum terrarum. Nouissimè in consummatione omnium factus est Homo: Adam & Eua. Adam autem cum esset CXXX annorum, genuit Seth, & uixit Adam, postquam genuit Seth, DCCC annos sicut in Hebræo inuenitur. Verùm LXX interpretes ante natum Seth CCXXX annos ponunt, postea DCC. Et factum est omne tempus uitæ Adam anni DCCCC & XXX Et cætera sic subter sequuntur, sicut secundùm Hebraicam ueritatem dispositа sunt.

CHRONI-

CHRONICON SACRVM SECVNdùm Hebraicam ueritatem,

Ab initio.		Genuit	Vixit
230	HOMO uel terrigena terra rubra, terrenus homo. Eua uita calamitasue, Virago à uiro dicta est.		
130	ADAM uel indigena, sepultus in Chariatarbe, hoc est Hebron & Mambre, quę distat à Ierusalem 22 miliaribus ad Austrum. LXX.	130	930
	Lignum uitę, arboris species fuit, hãc uirtutem naturalẽ sortita, ut si quis fructũ eius comederet immortalis esset, nullis deinceps infirmitatibus uel anxietatibus deprimendus, & nulla senñ lassitudine detinendus. Augustin. de Ciuitate Dei: Procul dubio primùm quãdo genuit Adam undecim uel non multò amplius annorum fuit.		
	Lignum scientię boni & mali in custodia præcepti, sciẽtia erat boni, in transgressione præcepti, scientia erat mali. Augustin. dicit Si de eo sumetur, uiuetur semper cum omni labore atq; mœrore.		
	Cain possessio.		
	Abel, luctus.		
235	SETH, Hic primus cœpit inuocare nomen Domini, secundùm Isidorum.	105	912
	Filñ Seth disciplinam & ornatũ rerum cœlestium primùm inuenerunt.		
	Septuplũ ultio dabitur de Cain, de Lamech uerò septuagies septies. De hoc Hieronymus ait: Referebat mihi quidã Hebræus de libris Apocryphorum, LXXVII animas de Lamech progenie reperiri, quæ in diluuio deletæ sint, in hoc numero de Lamech factam esse uindictam.		
	Cain septuplum punietur, id est, plenariè & perfectè. Solet enim septenarius numerus pro perfectione poni. Vnde dominus sæpè minatur: Percutiam, inquit, uos septies, id est, perfectè. Secundùm LXX ita legitur. Quicunq; occiderit Cain septem uindictas exoluet. Et est sensus quæ ita fiet, ut uis, ut cita morte longæ uitæ cruciatum effugias, sed diu uiuẽdo usq; ad VII, generationes, quicunq; te occiderit exsoluet, id est, finiet VII uindictas, quæ uitæ sunt. N. quo ille, qui cùm occideret septuplum esset puniendus, sed quia illum occidendo finita VII id est, perfectas uindictas, quibus Cain diu uiuendo cruciabatur. Posuit Deus signum in Cain ut non mirificè c, o. q. ui. Hoc		

uidelicet

D.	Ab initio		Genuit	Vixit
		uidelicet quod uagus & profugus erat ſuper terram,uel ſecundùm LXX gemens & contremiſcens.		
	285	CAINAN. *Poſſeſsio eorum uel lamentatio.*	170	Con.
	395	MALALEHEL. *Laudans Deum uel plantatio Dei.*	70	910
	960		165	Con.
	460	IARETH. *Continens,deſcendens,ſuperans.*	65	895
I.	122	Enoch dicitur multa ſcripſiſſe, ſed anti-	Con.	Con.
	622	quitate fidei repudiata ſunt. Iudas tamẽ Apoſtoluse xẽplũ de illius dictis ponit.	962	862
			162	
I.	287	Dedicatio Hac generatione concupierunt filij Dei filias hominum,id eſt filij Seth, filias Cain.	165	Con.
	687	Enoch qui translatus eſt â Deo	65	365
		Nati ſunt Gigantes. Iubal qui erat de genere Cain,artem muſicam reperit. Cuius frater Tubalcain çris ferriq; inuentor fuit.		
		Poſt diluuium LXX dicunt Matuſalam	167	979
I.	454	x annis uixiſſe,unde quidam cum patre ſuo ſeruatum fuiſſe mentiuntur. Dicit enim beatus Auguſtinus in libro de Ciuit. Dei, eo anno mortuũ fuiſſe: quo factum eſt diluuium.		
	874	MATVSALAM, *Mortis emiſsio, uel mortuus eſt.* Huius LVI anno mortuus eſt Adam nogentorum XXX annorum.	187	969
I.				
I.	642	LAMECH. *humilis uel percutiens.*	188	754
	56	Hieronymus legimus in Geneſi CXX annos pœnitentiæ cõſtitutos ante diluuium,ſed quia C annis filij hominum pœ	182	777
II.	242	nitere neglexerunt,non expectat Deus, ut XX cõpleantur,ſed ante infert,quòd poſtea comitatus eſt.	Con.	Con.
I.	556	NOE. *Requies.* Sem nominatus Cham Calidus laphat latitudo.	500	950
		Hic C annis arcam ædificauit D anno ædificare cœpit.		
		Hoc anno uenit diluuium menſe ſecundo,XVII die menſis. Tertio die Maij,feria ſexta, & reuolutio integro anno XXVII die menſis ſecũdi,pridie die Maij exiuit de Arca.		
		Secunda ætate huius ſeculi, prima die, quæ eſt XXVII mẽſis ſecundi egreſſus eſt Noe de arca in quã pauci,id eſt, VIII animæ ſaluæ factæ ſunt de aqua.		
		SEM. *Nominatus.* Hunc quidã tradunt fuiſſe		

D.	Ab initio.		Genuit	Vixit
		Melchiſedech, ſed falſò, hoc ut ſcias, require epiſtolam ad Hebræos.		
		Prima ætas continens annos 1656.		
		A diluuio uſq; ad diuiſionem linguarũ, quæ in Campo Sennaar, ob delicta ædificantiũ turrim facta eſt, & uſq; ad Heber, in quo Hebræorũ lingua priſca remanſit, & hoc, quia in illa cõſpiratione ædificandi nõ interfuit, ſunt anni ſecundùm Hebræos C. id eſt, iuxta alios uerò CXXXI.		
		Poſt diluuiũ fertur archa reſediſſe in mõtibus Armeniæ, qui dicuntur Ararat.		
II.	244	Fuerunt autem filij Noe tres, ex quibus LXXII gentes ortæ ſunt de laphet uidelicet XV de Cham XXX de Sem XXVII.		
I.	658	SEM *Nominatus.* Sem genuit Arphaxat biennio poſt diluuium.	11. *poſt diluuiũ*	602
		Ab Arphaxat Chaldæos originem duxiſſe Hieronymus ſcribit.		
II.	379	ARPHAXAT. *Sanans depopulationem.*	70	235
		Poſſeſsio eorũ, uel lamentatio. Iſtum Cainan enumerant LXX interpretes, quos ſequitur Lucas & Iordanis Epiſcopus, quæ illi ſequũtur adoptionẽ. Veritas autẽ Hebraica ueros patres, & ueras filias accipit..	35	439
	70	CAINAN CXXX Hic LXX. interpretes una		
II.	509	generatione, plus quã Hebraica ueritas poſuere dicẽtes, quod Arphaxat cùm eſſet annorũ CXXXV genuerit Cainan, qui cum eſſet annorum CXXX genuerit Sale.	130	
I.	723	SALE *tollens*, à quo antiqui Samaritæ uel Iudæi fuerunt.	30	434
II.	643	Turris ædificatur à Nemroth Gygante pronepote Noe filio Chus, filij Cham, filij Noe, eodem Nemroth incitante homines ad iniuriã Dei. Huius turris altitudo tenuiſſe dicitur V millia paſſuũ & CLXXIIII. idem Nemroth fundauit Babylonẽ.	134	
I.	757	EBER *tranſitus.* Ab hoc Eber Hebræorũ nomen & genus oritur.	34	464
II.	783	Temporibus huius primum templa conſtructa ſunt, & principes gẽtium tanquã Dij adorari cœperunt. Cui propterea tale nomen impoſuêre parentes, quia tempore natiuitatis ipſius, terra per linguarum confuſionem diuiſa eſt.	130	
I.	787	PELEG, *Diuiſio, diuidens uel diuiſit*	30	239

Regnum

D.	Ab initio		Genuit	Vixit
II.	805	Regnum inchoat Cytharum, ubi primùm regnauit Chanaus uel Thanaus.	132	
I. III.	819 35	REV. *Aegrotans, uel pascens.* Aegyptiorum regna exordium sumit, ubi primum regnauit Visones.	32 130	239
I. III.	849 114	SERVCH. *Lorũ, uel corrigia dependens, uel perfectio.* Regnum Assyriorum, ubi primũ Belus & Sicconiorum, ubi primùm Egialeus regnauit, exoritur.	30	230 79
I. III.	878 481	NACHER. *Requieuit lux.* Magorum primus Zoroastroes rex Bactrianorum, quem Ninus rex Assyriorũ prælio interfecit, magicam artem reperit, de quo Aristotel. scribit quod uigies C.M. uersuũ condita fuit, hãc artẽ Democritus post multa secula ampliauit, quin & Hypocrates medicinæ disciplina efflоruit.	29 70	168
I.	948	THARE. Hactenus secunda seculi ætas protenditur, cuius tota serie recensita Beatus Augustinus in lib. de Ciuitate Dei XVI. cap. X. hoc modo cõclusit, fiunt itaq; anni â diluuio usq; ad Abrahã MLXXII, secundũ uulgatam ẽditionem, hoc est, interpretũ LXX. in Hebrẽis autẽ codicibus lõgẽ pauciores annos perhibẽt inueniri, de quibus rationem, aut nullam, aut difficillimã reddunt.	70 70	205 I. 70
		Secunda ætas continens annos 292. Hanc ætatem quidã ducũt usq; ad LXXV. annum Abrahæ, quando promisit ei Deus quod in semine eius benedicerẽtur omnes tribus terræ, & secundùm hoc continet CCCLXVII annos. Tertia mũdi ætas à natiuitate cœpit Abrahã Patriarchæ, qui LXXV. annorum cũ esset relicta gẽte patria, ad imperium Dei uenit in terrã Chanaan, accipiens promissionem, nascituri de suo semine saluatoris, in quo benedicerẽtur omnes gẽtes, simul & seipsum in gentem magnã futurũ, quarum una spiritualis, altera carnalis. Anno ætatis suę LXXXVI. genuit Ismahel, â quo Ismahelitę. Genuit aũt Ismahel duodecim duces, & uixit annos CXXXVII. Abrahã usque quo Moyses iudex constitutus est, præfuit autem annis XL. Item Abraham anno C. genuit Isaac, qui primus & sõ-		

	D.	Ab initio.		Genuit	Vixit
C			lus in Teſtamenti ſerie legitur, VIII die circuncisus, quod non ſine magno myſterio priuilegiũ eſt filio promiſsionis donatũ.		
	III.	284	ABRAHAM *Videns populũ, pater multarum gentiũ.* A cõfuſione linguarũ uſq; ad Abrahã qui natus eſt anno XLIII Nini Regis Aſsyriorũ imputãtur C. anni & XXI. LXX. uerò D.XL. annis.	Con.	Con.
			Tertio anno Abrahæ, incipit Iubilæus annus.	100	175
			Sepultus in Hebron, quæ & Mambre à quodam amico ſuo.		
			Quarto anno Iſaac fuit XXX. annus repromiſsionis.		
			Argiuorum regnum inchoat.		
	III.	343	Iſaac anno LX. genuit Eſau & Iacob Patriarchas Idumeæ & Iſrahelíticæ gentis.		
	II.	108	ISAAC, *Riſus. uel gaudium.* Natus in Geraris, ſepultus in Hebron.	Con. 60	Con. 180
			Primus apud Græcos regnauit Inachus.		
	III.	335	Phoroneus, Inachi & Niobe filius Argiuorũ rex II frater Io. reginæ Aegypti, quę & Iſis, & Ceres, quia hordeum primo inuenit, dicta, primus leges & iudicia Græcis conſcripſit.	91	Con.
	II.	197	IACOB. Iacob cùm in Aegyptum deſcendit. CXXX annorum fuit.	89	147
D			Iacobus obijt in Aegypto & reductus, ſepultus eſt in ſpelunca duplici.		
	III.	545	IOSEPH, *Iacob natus in terra.* CX. uixit. Græcia ſegetes habere cœpit.		
			Ioſephus filius Iacob mortuus eſt in Aegypto, cuius oſſa tranſtulerunt filij Iſrahel		
	III.	545	in Sychem ciuitatẽ patris ſui, quæ nũc uocatur Neapolis urbs Samaritanorum.	Con.	Con.
	II.	242	LEVI, *Additus uel aſſumptus.*	45	137
	III.	689	Hebręorũ ſeruitus in Aegypto CXLIIII.		
	III.	699	annorum. Athlas Aſtrologiam inuenit.		
	II.	303	CAHATH.	Con.	Con.
			Filij Iſrahel in Aegypto CCXV. annis ab ingreſſo Iacob in Aegyptum.	61	133
	II.	373	AMRAM.	Con.	Con.
	III.	729	Cecrops primus Athenienſium & Moyſes coëtanei fuerunt, CCC. annis ante Troianam captiuitatem.	70	137 Con.
				Annos 40. rexit populum.	
	II.	453	MOYSES. Hebræi legem & literas habere cœperunt.	LXX. *annorũ fuit.*	
			In exitu Iſrahel de Aegypto.		

XXX anno

A | D. | Ab initio. | Genuit | Vixit

xxx. anno Moysi, regnũ cœpit Atheniẽsiũ, ubi primũ regnauit Cecrops, qui & Diſies quia antequã linguã nouit Aegyptiacam & Græcã, hic Athenas, quę nunc Attica dicitur condidit. Iſte primũm louẽ inuocauit, immolans ei. Subiſto diluuium in Theſſalia fuiſſe dicitur. Ferontis incendiũ. Tẽplũ Appollini Delphis cõſtruitur.

Moyſes filius Amrã, ex tribu Leui xl. annos in Aegypto xl. in Madian in deſerto fuit, minus uno menſe.

Sexcenta milia filiorũ Iſrahel exierũt de Aegypto, excepta imbecilla ætate mulierum & paruulorũ, qui omnes perierũt in deſerto, exceptis duobus Ioſue & Calep. In libro Hieronymi contra Iouinianũ. Iouianus dicit, quia per xl. annos Omer mannæ uniuerſis una in cibo mẽſura eſt, ueſtitus pariter nõ deterẽtur, capilli ſimul non augentur, barba in cõmune non creſcit, calciamenta exæquo omnibus durãt, nõ incalluere pedes, cibus cunctorum æqualiter ſapit, ad unã manſionẽ pari labore & mercede pergebant. Hæc idem Beatus Hieronymus affirmat. Fuit autẽ Moyſes ſapientia, cunctos homines qui fuerũt, quocunq; tẽpore ſuperans eſt, optimè his

B | qui intelligebant puteos, ad dicendũ uerò & ad loquẽdũ populo gratiſsimus, cũctis corporis abſtinẽs paſsionibus, & dux quidẽ paucis ſimul fuit. Propheta uerò qualis alter nullus, ita ut quicquid eũ contigiſſet loqui, Deus putaretur audiri. Luxit hunc populus xxx. diebus, & nunquã triſtitiæ magnitudo Hebręos tanta detinuit, quanta in trãſitu Moyſi. Moyſes ſacerdos ſine hoſtia uota populi obtulit pro populo ſupplicauit.

Vixit Moyſes cxx. annis, ex quibus parte tertia princeps fuit minus uno mẽſe. Defunctus eſt autem ultimo menſe anni, qui apud nos uocatur Adar.

Si aliquod tẽpus inter aliquos iudices fuit, in q̃ nõ fuiſſet aliquis iudex cõſtitutus.

Ab initio IVDICES. anni uicini temporis ſubſcribuntur ſuccedenti iudici. *Peruenerunt ad Abraham.*

Moyſes annos xl. eductum populum ex Aegypto rexit in deſerto, quorũ anno primo tabernaculũ Domino cõſtruxit, & vii.

	D.	Ab initio		Genuit	Vixit
C			mensibus opus perficiens, mẽse primo anni secũdi, prima die mensis erexit, huc usq; Eusebius cõmemorat V. libri Moysi continent gesta annorũ MDCCXXX. secundũ XX seniorũ interpretationẽ. Tot anni præcesserũt ab Abrahã, usq; quo Moyses iudex constitutus est, præfuit autem annis XL.		
	II.	494	MOYSES. *Assumptio & liniens.*		Con.
			Iosue annos XXV. rexit populum Israhel.	40	545
	III.	755	Hic moritur CX. anno, sepelitur autem in		
	II.	519	Thimnat serah in monte Ephraim.	36	
			IOSVE. *Iesus Saluator.* Qui prius parentum appellatione Anses fuit uocatus, hic non habuit uxorem, neq; filios. Vixit C & X annis. Hic cũ Caleph introduxit populum Israhel in terram promissionis.	36	571
			Erichtonius in Græcia quadrigam iũxit.		
	III.	795	OTHONIEL. *Tempus eius Deus, uel responsio.* Othoniel de tribu Iuda primus Israhelis iudex domino iubente constituitur, huius temporibus primũ filij Israhel seruiere Chusan-risea-		
	II.	558	thaim regi Mesopotamiæ annis VIII.	Con. 40	611
			Huius temporis Phinees filius Eleazari suscepit sacerdotium.		
			Othoniel frater Iunior Caleph filiã eius habuit, hic occidit regem Syriæ Chusam-		
D			ramsathaim.		
			Cadmus Græcas literas inuenit.		
	III.	875	Aoth qui utraq; manu utẽs pro dextera occidit Regem Eglan filiorum Amon & Moab, & Amalech ancipiti gladio.		
	II.	638	AOTH. Filius Gera filij Iemini.		Con.
			Barac dux, qui fuit postea princeps Hebræorum XL. annis. superauit Tabin in torrente Cison regem Chanaã, Sisara autem Ducem eius, inde fugientem occidit, mulier Iahel ferens auxilium mulieri, quę fuit uxor Abner Cinei ex tribu Ephraim.	80	691
	II.	679	DEBORA. *Apes uel loquax.* Debora uerò uxor Laphidoth.		Con.
			Apollo medicinę artem inuenit, & cytharam reperit.	40	731
			Hic habuit filios liberos LXX. quos omnes occidit Abimelech, qui fuit ei natus de concubina Aroma, præter solum Ioathan qui fugiens saluatus est.		
	III.	916	Gedeon qui & Ieroboal uocatus est, filius Ioas, qui multis Madianitarũ à filijs Israhel occisis, Oreb & Zeb interfectis, inter-		
				fecit	

	D.	Ab initio		Genuit	Vixit
A			fecit ipſe Zebahet Salmana, qui prius occiderant fratrem eius.		Con.
	II.	719	GEDEON *Temperatio, iniquitas eorũ.* Filius Ioas ex tribu Manaſſę obiit ſenex, ſepultus in ſepulchro fratris ſui Ephrata.	40	731
			Mercurius lyram reperit, & Orpheo tradidit.		
			Hic rexit populum XL. annis in Ephraim regione ſepultus eſt.		
	III.	959	Abimelech, qui nõ legitimè natus eſt, omnes fratres ſuos legitimè natos interfecit, præter Ioathan minorem. Qui tandem fragmine mole interemptus eſt.		
			Chorus in Græcia inuentus eſt.		Con.
	II.	722	ABIMELECH *Filius regis.* Qui regnabat in Sychem.	III.	774
			Hercules Ilium uaſtat ſub Laomedonte.		
			Priamus regnauit in Troia primus poſt Laomedontem.		
	III.	983	Vir de Iſaſchar qui habitauit in Samir montis Ephraim.		Con.
	II.	744	THOLA. *Filius patrui Abimelech.*	22	797
			Bellum Lapitharũ & Centaurorũ, quos ſcribit primo de incredibilibus libro nobiles fuiſſe equites Theſſalorum.		
			Iair qui XL. filios habuit XXX bellatores, totidem principes ciuitatum, & fuit ex tribu Manaſſę.		
B	IIII.	3	Carmentis Latinas literas reperit.		Con.
	II.	766	IAIR. Hic duo & XX. annis rexit populum, ſenex defunctus eſt, & ſepultus in Camon ciuitate Galaaditarum unde ortus fuit.	22	819
			Hercules agonem Olympiacum conſtituit, à quo uſq; ad primam Olympiadem ſupputantur anni CCCCXXX.		
			Hoc tempore Philiſtym & Ammonitæ deprimunt Iſrahel, ex quibus Ammonitæ debellantur ab Iephte ex tribu Gath, qui primus prædo poſt neceſſitatem iudex factus in Iſrahel & uictor, filiam ſuam quam uouerat occidit. Hic rexit populum annis ſex, requieſcit in ſua ciuitate Sehethi, quę eſt in dimidia tribu Manaſſe.		
	IIII.	9	Hic in libro Iudicũ ab ætate Moyſi uſq; ad ſemetipſum ait ſupputari annos CCC.		Con.
	II.	772	IEPHTE *Aperiens, uel apertus.* Hercules flammis ſe iniecit.	6	825
	IIII.	16			Con.
	II.	779	ABESSAN. Qui habens XXX. filios & totidem	7	832

	D.	Ab initio			
C	II.	779	dem filias, quas extra nationẽ dedit maritis, & filijs accepit uxores alienigenas. Hic rexit populum annis VII.	7	Con. 832
			Alexander qui & Paris Helenam rapuit.		
			De Betlehem natus.		
			Agamemnon imperat Nicenis XXX. annis, cuius anno XV. capta est Troia.		
	II.	789	ELON. *Viuens Deo.* de tribu Zabulon.	10	Con. 842
	IIII.	23	XL. filios habuit & alios ex eorum semine descendentes XXX.		
			Ab excidio Troiæ usq; ad primã Olympiadẽ sunt CCCV. anni. Cuius anno tertio capta est Troia, & Aeneas in Italiam uenit.	8	Con. 801
	II.	798	ABDON. Hilonis filius de tribu Ephraim ciuitate Pharethoni.		
	IIII.	44			
	II.	818	SAMSON. *Sol.* filius Manneę, ex tribu Dan, requiescit in sepulchro patris sui in ciuitate Estahol, quæ est in tribu Iuda.	20	Con. 870
	IIII.	84	Ascanius Albam condidit, â qua Albani.	20	
	II.	858	HELI Hic habuit duos filios Ophni & Phinees. Phinees uerò filius Heli, iã sacerdotio fungebatur, patre hoc illi permittente propter senectutem.	XL. *Hebræi dicunt* LX.	910
			Eo tẽpore quo de genere Phinees ad domum Ithamar sacerdotium trãsmigrauit, Heli primo pontificatum accepit.		
D			Octo & nonaginta uixit annos, quorum XL. tenuerat principatum.		
			Sub hoc principe facta est fames in Israhel, & Helimelech quidam de Betlehem cum uxore sua Nœmi, & duobus filijs migrauit in terrã Moabitarũ, ubi Chilion senior filius duxit uxorem Orpham, iunior autẽ Mahlon duxit Ruth de stirpe Ephraim, quã post Mahlon duxit Boos eius cognatus, genuitq; ex ea Obeth. Porrò Obeth		
	IIII.	124	genuit Iesse patrẽ Dauid, de stirpe Ephraim, unde non fit sacerdos.	Con.	
	II.	870	SAMVEL. Filius Helcana, & Annæ, qui Saul & Dauid reges inunxit, sepultus est in ciuitate sua Ramatha, qui anno XII. prophetauit.	12	Con. 922
			Homerus poëta fuisse putatur.		
			Ab hoc tempora prophetarum incipiunt.		
			Habuit autem principatũ primus Heli ex domo Ithamar, qui fuit filius filiorũ Aarõ.		
			Nam primitus de domo Eleasari sacerdotes erãt, & honorẽ filius à patre percipiebat, & Heli Phinees suo filio reddidit, post		

quem

D.	Ab initio		Genuit	Vixit
		quem Abiezer eius filius hunc honorem accepit, quę Buzi suo filio dereliquit. Cui rursũ Ori filius suus succesſit, & poſt hũc Heli tenuit ſacerdotiũ, cuius genus uſq; ad tempora imperij Salomonis hoc habuit. Tunc enim ſacerdotium domus Eleazari denuo recepit.		
			Con.	
II.	890	SAVL. *Petitio.* Quia extorſit populus hunc regem à Deo, qui non eſt electus ad permanendum.	40	942
		Mortuo Saul uiri Iuda uenerũt in Ebron & unxerunt Dauid, ut regnaret ſuper domũ Iuda, interfecto uero Hiſboſeth filio Saul, uniuerſæ tribus uenerunt in Ebron, & unxerunt Dauid regem ſuper omnem Iſrahel.	70	940
		Tertia ætas continens annos 941.		
		Eo tempore quo Saul perſequebatur Dauid mortuus eſt Samuel propheta, qui nõ fortuitu honorem apud Hebręos habuerat, ſed Dei electione. Fuit enim uir iuſtus & natura benignus, & propterea magis Deo amicus, poſt mortem quidem ſacerdotis Heli rexit populum annis XII. Cũ Saul uerò rege annis XVIII. Cuius mortẽ fleuit populus multo tẽpore. Simulq; noſcendum quod Samuel Leuita, non ſacerdos, nec pontifex fuit, unde & faciebat illi mater ſua Ephod ſuper humerale, uidelicet lineum, qui habitus propriè Leuitarũ & minoris eſt ordinis. Vnde & in pſalmis non nominatur inter ſacerdotes, ſed inter eos, qui inuocãt nomẽ domini. Moyſes & Aaron in ſacer. e. & ſ. inter eos. Leui enim genuit Chaad, Chaad genuit Aminadab, Aminadab genuit Chore, Chore genuit Aſur. Aſur genuit Elchana, El. gen. Sub, Sub gen. Thou, Thou ge Elim. Elim gẽ. Ieroboam, Ieroboã gen. Elchana, Elcha. gen. Samuelẽ, nulliq; dubiũ eſt ſacerdotes de Aaron, & Eleazar, & Phinees ſtirpe generatos. Regnauit Saul, Samuel quidẽ uiuente annis XVIII. moriente autem Samuel, alios duos qui in monte Gilboa occiſus à Paleſtinis cum filijs ſuis mortuus eſt, cuius corpus habitatores ciuitatis Iabes Galaad ſepelierunt in nemore Iabes.		
		Ter unctus eſt Dauid, primo in domo patris		

B

D. Ab initio reges in Hierusalem			Genuit	Vixit.
		tris à Samuele, secundo in Hebron, ibi regnauit annis XII. tandem Saule detrimentũ regni patiente, & suis intereuntibus in Hierusalẽ unctus est in regẽ totiꝰ populi. Triginta annorum erat Dauid cum regnare cœpisset, & XL annis regnauit, VII in Hebron, & menses sex, & XXXIII regnauit in Hierusalem, quæ dicta est ciuitas Dauid. Carthago à Didone cõstruitur anno CXLIII post Troianum excidium, alij dicunt à Carchedone.	Iuda regnauerunt.	
II.	929	DAVID *manu fortis & desiderabilis.* Dauid rex filius Iesse de tribu Iuda natus in Bethlehẽ. Dauid nõ propter bella ut pleriq; ęstimãt, sed propter homicidium Vriæ templum domini ædificare prohibetur.	40	Cor.
IIII.	204	Fil. SALOMON *pacificus.* Iste templũ domino in Hierusalẽ ędificauit à quarto anno regni sui, mẽse 2o usq; ad XI. collectis ab egressu Israhel ex Aegypto annis CCCCLXXXI.		Con.
III.	970	Natus in Hierusalem, anno ætatis suæ L. & XL regni sui obijt in Hierusalem. Regina Saba uenit audire sapientiam Salomonis. Hic antequam plures haberet uxores & carnis uitijs laberetur, in principio regni & adolescẽtiæ cõstruxit domino templũ.		40
IIII.	221	Regnum Iuda & Israhel hic diuiditur.		
II.	987	Fil. ROBOAM *Latitudo populi.* Fuit autem bellum inter Roboam & Ieroboam omni tempore uitæ eius XL & unius anni erat cum regnare cœpisset. Hic accepit uxorem Maachah filiam Absolon filij Dauid, & genuit ex ea filium Abia, qui patri succesit in regnum. Huius uerò anno Sesac rex Aegypti, ueniens Hierosolymam, spoliauit templum.	17 uel 16	
IIII.	224	Fil. ABIA *Pater eius.* Sub quo Hebræorum Pontifex Maximus Abimelech insignis fuit.		Con.
II.	990	Hic pugnauit contra Ieroboam & superatus est ab eo, occisis de exercitu eius milibus D.	3	
IIII.	265	Vicesimo anno regni Ieroboam cœpit regnare Asa. Ab hoc conductus Benhadad rex Syriæ Damasci contra Israhel, percussit omnem terram Neptalim.	41.	Con.

ASA

D.	Ab initio		Genuit	Vixit
III.	31	ASA *tollens, subtollens.* Asa idola destruxit, templum mundat, Zerah ęthiopem cũ suo sternit exercitum Amri, rex Israhel emit montes Samariæ à Somer duobus talẽtis argenti, & ædificauit ciuitatem.		
		Regnante Iosaphat congregati sunt filij Amor & Moab, cum habitatoribus mõtis Seir, aduersus Iuda. Conuenitq; omnis Iuda in Hierusalẽ, & in templũ Domini, ad deprecandum faciem eius, & stantibus illis coram Domino cũ uxoribus & paruulis ac liberis, & uociferantibus ad dominum exclamauit Iahaziel filius Zacharię, filij Banaię Leuites de filijs Asaph, de medio multitudinis facto super se spiritũ Domini. O' Iuda & Hierusalem nolite timere, cras egredimini, & Dominus erit uobiscum. Cumq; secunda die cũ hostibus pugnaturi egrederẽtur, dedit Iosaphat cõsilium populo & statuerunt cantores domini, ut laudarent eum, & uoce consona dicerent. Confitemini domino, qui in ęternum misericordia eius. Cumq; cœpissent laudes canere, uertit dominus insidias eorũ in semetipsos, & mutuis cecidere uulneribus. Porrò Iosaphat & omnis Iuda uenit ad detrahenda spolia mortuorum, nec per tres dies poterant auferre, præ magnitudine prædæ: Reuersiq; sunt in Hierusalem cum magna lætitia.		
III.	56	Fil. IOSAPHAT, *Iudicium domini.* Hic duxit filiam Ahab regis, ambulans in uijs eius malis coram domino.	25	
IIII. III.	274 63	Fil. IORAM *Excelsus,* Anno v. Ioram filij Ahab regis Israhel regnauit filius Iosaphat rex Iuda XXXII annorũ erat, cum regnare cœpisset, & VIII annis regnauit in Hierusalẽ, ambulauitq; in uijs regum Israhel, sicut ambulauerat domus Ahab, filia enim Ahab erat uxor eius.	7 uel 9	
		Noluit autem dominus disperdere Iuda propter Dauid seruum eius, sicut promiserat ei, ut daret illi lucernam, & filijs eius cũctis diebus. In diebus illis recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem, recessit etiam Libriah.		

Dormiuitq;

D.	Ab initio		Genuit	Vixit
		Dormiuitq; Ioram cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid.		
		Helias rapitur.		
		Vndecimo uel XII anno Ioram regis Israhel, cœpit regnare Ahazias. Annorũ XXII erat Ahazias cũ regnare cœpisset, & uno		
IIII.	299	anno regnauit in Hierusalẽ, Nomen matris eius in Athalia filia Amri regis Israhel & ambulauit in uijs domus Ahab, & fecit quod malum est coram domino, sicut domus Ahab. Gener enim domus Ahab fuit,		
III.	64	ACHAZIAS qui & Ochozias. *apprehendẽs Deũ.* Ioiada sacerdos filius Rechab clarus habetur.	Con.	
		Azariam cum filio suo Ioas & nepote Amasia ob enormitatem scelerum, quia nec patrem, filiumue, quispiam eorum habebat, Euangelista Matheus à domini saluatoris genealogia se cludit.		
		Abijt quoq; Ahazias cũ Ioram filio Ahab ad præliandum contra Azahel regem Syriæ in Ramath Galaad, & uulnerauerunt Syri Ioram, qui reuersus est, ut curaretur in Iesrahel. Porrò Ahazias filius Ioram rex Iuda descendit inuisere Ioram filiũ Ahab in Iesrahel. Venit autẽ Iehu filius Iosaphat filij Nimsi, qui iam unctus erat in regẽ præcepto Heliseí prophetæ, & occidit Ioram. Ahazias autem uidens, hoc fugit in Mageddo, ubi & ipse occisus est præcepto Iehu, quem serui eius tulerũt in Hierusalem & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum.		
IIII.	306	ATHALIA, *Tempus domini.* Athalia uerò mater Ahaziæ uidens mortuum filiũ suum, surrexit & interfecit omne semen regiũ, tollens autem Iosabat uxor Ioiada filia regis Ioram soror Ahaziæ Ioas filium Ahaziæ furata est eum de medio filiorũ regis, qui interficiebantur, & abscondit eum à facie Athaliæ, ut non interficeretur, eratq; cum ea in domo Domini VI annis. Porrò Athalia regnauit super terram.	6 70 uel secundũ 70	
III.	70			int. 7
Reges Israhel regnauerunt.		Ieroboam filius Nabat Ephratæus de Saredah seruus Salomonis. Cuius mater nomine Serua, mulier uidua. Erat autem Ieroboam uir fortis & potens, quem con		A Dauid.

Constituerat

	D.	Ab initio.		Genuit	Vixit
A			ſtituerat Salomon præfectum ſuper tributa uniuerſæ domus Ioſeph, cui egreſſo ab Hieruſalem occurrit Ahiah Silonites propheta in uia coopertus pallio nouo, quem ſcidit in XII. partes, deditq; X. ſciſſuras Ieroboam dicens: Hæc dicit dominus: Ecce ego ſcindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi X. tribus, ſed in diebus eius nō faciam, propter Dauid ſeruū meum, ſed in diebus filij eius. Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam, qui fugit in Aegyptum ad Siſac regem, & manſit ibi uſq; ad mortem Salomonis. Poſt mortem Salomonis Ieroboam reuerſus, ſuper omnē Iſrahel eſt rex conſtitutus, ædificauitq; Sichem in monte Ephraim, habitauitq́ue ibi, & metuens, ne dum aſcenderet populus in Hieruſalem ad adorandum, conuerteretur ad Roboam dominum ſuum, fecit duos uitulos aureos, poſuitq; unum in Dan, alterum in Bethel, ut ibi adoraret populus. Vnde iratus Dominus, per prophetam ſuum minatus eſt ei interitum, & omni domui eius, quod & factum eſt.		
			IEROBOAM. *dijudicans populū, uel dijudicans ſuperis.* De tribu Ephraim: regnauit aūt Ieroboā XXII. annos, dormiuitq; cū patribus ſuis & regnauit Nadab filius eius pro eo.	22	40
B			Fil. NADAB. *Sponte* Nadab filius Ieroboam regnauit ſuper Iſrahel anno 20. Aſa regis. Inſidiatus eſt ei autem Baaſa filius Ahyah de domo Iſaſchar, & occidit eum in obſidione urbis Gibbethon Philiſtinorum, & regnauit pro eo, percuſsitq; omnem domum Ieroboam, non dimiſit ne unam animam de ſemine eius, donec deleret iuxta uerbū Domini, propter peccata Ieroboam, quibus peccare fecerat Iſrahel, fuitq; bellum inter Baaſa & Aſa regem Iuda, cunctis diebus eorum.	11	80
			BAASA. *mutatio.* Anno tertio Aſa regis Iuda, regnauit Baaſa filius Ahia, ſuper omnem Iſrahel, ambulauitq; in uia Ieroboā, & in peccatis, quibus peccare fecerat Iſrahel. Dormiuitq; Baaſa cum patribus ſuis & ſepultus eſt in Therſa, & regnauit filius eius pro eo, Helah.	24	92

C | D. | Ab initio | HELAH. Fil. Anno XXVI. Asa regis Iuda, regnauit Hela filius Baasa super Israhel in Thersa, & rebellauit cõtra eum seruus suus Zamri, Dux mediæ partis equitum, irruensq; in eum cum esset temulentus in domo Arsa præfecti Thersa occidit eũ & regnauit pro eo. Cumq; regnasset occidit omnem domũ Baasa, & cognatos, & propinquos, & amicos eius. Porrò exercitus qui erat in obsidione urbis Gebbethon, audiens rebellasse Zamri, & occidisse regem, fecit sibi regem omnis Israhel Amri principem militiæ in castris. Qui ascendens de obsidione Gebbethon, & omnis Israhel cum eo, obsidebant Thersa. | Genuit II. | Vixit 100

ZAMRI. Videns autẽ Zambri, quod expugnanda esset ciuitas, ingressus est palatiũ, & succendit secum domum regiã, & mortuus est in peccatis suis. Tunc diuisus est populus Israhel in duas partes, media pars sequebatur Thepni filium Gineth, ut constitueret eum regem, & media pars sequebatur Amri. Præualuit autem pars quæ erat cum Amri, mortuusq; Thibni. | | diebus. 7. 141

D | AMRI. Anno XXXI. Asa regis Iuda regnauit Amri super Israhele & Thepni, & regnauit Amri XII. annis, fecit aũt malum corã Domino, & operatus est nequiter super omnes qui fuerant ante eum. Dormiuitq; Amri cũ patribus suis, & sepultus est in Samaria, regnauitq; Ahab filius eius pro eo. | 12 | 166

Fil. | AHAB. *Continens, uel comprehendens.* Anno XXXVIII. Asa regis Iuda, regnauit Ahab super Israhel, XXII. annis, & fecit Ahab malum coram Domino super omnes qui fuerãt ante eum, nec suffecit ei, ut ambularet in peccatis Ieroboam, insuper duxit uxorem Iezabel filiam Eth-baal regis Sidoniorum, & seruiuit & adorauit Baal & posuit aram Baal & plantauit lucum. In tẽpore illo Helias propheta clausit cœlũ, ut non plueret annos tres, & menses sex, & cætera, quæ de ipso scripta sunt. Por Benhadad Rex Syriæ ascendens obsidebat Samariam, habens in comitatu suo XXXII. reges, qui auxilio Dei terga uertẽtes fugerunt Israhel: secũdò reuersus iterũ | 22 | 173

terga

D. Ab initio. | terga uertit, captusq; ab Ahab, pepigit cũ eo fœdus & dimissus est. | Genuit | Vixit

Post hæc Ahab abstulit uineã Naboth Iezrahelitæ. Deinde ueniens cũ Iosaphat rege Iuda ad præliãdũ in Ramoth Gaalad, quidã tendens arcũ, & mittẽs sagittã in incertũ, casu percussit regẽ Israhel & mortuus est, & perlatus in Samariã sepultus est, regnauitq; Ochozias filius eius pro eo.

Fil. OCHOZIAS. Anno XVII. Iosaphat regis Iuda. Ochozias filius Ahab regnare cœpit super Israhel in Samaria, regnauitq; duobus annis, & fecit malũ coram Domino, et ambulauit in uia patris sui, & matris suæ, seruiuitq; Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israhel. Posthæc cecidit Ochozias per cãcellos domus suæ & ægrotauit, misitq; nuncios ad consulendum Deum Accaron Beelzebub, quibus occurrit Helias præcepto angeli, dixitq;: Nunquid non erat Deus in Israhel, ut cõsuleretur Beelzebub, idcirco Ochozias delecto super quem ascendit non descendet, sed morte moritur. Mortuus est Ochozias, pro regnauit Ioram frater eius. | 11 | 174

IORAM. *Qui est excelsus.* Anno XVIII. Iosaphat regis Iuda, Ioram filius Achab regnauit super Israhel, regnauitq; annis XII. & fecit malum coram Domino, sed nõ sicut pater eius & mater. Tulit enim statuas quas fecerat pater eius. Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabat adhæsit, nec recessit ab eis. Porrò Mesa rex Moab soluebat regi Israhel C. millia agnorũ & C. millia arietũ cum uelleribus suis, prꝫuaricatusq; est fœdus, quòd habebat cũ rege Israhel. Egressus est rex Ioram de Samaria, & Iosaphat rex Iuda cũ eo, & rex Edom, uenerũtq; & percusserũt Moab, at illi fugerũt corã eis. | 12 | 180

Ab initio reges Iuda | *Regnauerunt à Dauid.*

Post mortem Ochoziæ anno VII. misit Ioiada sacerdos, et assumens cẽturiones & milites introduxit ad se in templũ Domini, pepigitq; cũ eis fœdus, & adiurans eos in domo Domini, ostẽdit eis filiũ regis & producens eũ, posuit super caput eius diadema, feceruntq; eũ regẽ, & unxerunt, & plaudentes manu dixerunt, uiuat Rex. Audiuit Athalia uocẽ currentis populi &

C	D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
			ingressa ad turbas in templum Domini, uidit regẽ stantẽ super tribunal, iuxta morẽ, & scidit uestimẽta sua clamauitq; Coniuratio, cõiuratio. Prȩcepit aũt Ioiada centurionibus, qui erant super exercitũ & eduxerunt eam extra consepta tẽpli & interfecerũt eã. Pepigit aũt Ioiada fœdus inter se uniuersumq; populũ & regem, ut esset populus Domini. Itaq; ingressus est omnis populus in domum Baal, & destruxerunt eam, & altaria, & simulachra cõfregerunt. Mathan quoq; sacerdotem Baal interfecerunt ante aram, & fecerunt descendere regem de domo domini in domũ regis & collocauerunt eum in solio regali.		
	IIII.	346	IOAS. Septem annorum erat Ioas cũ regnare		Con.
	III.	110	cœpisset & XL annis regnauit in Iherusalẽ. Nomen matris eius Sebiahde Bersabea, fecitq; quod bonum erat coram Domino cunctis diebus Ioiadę sacerdotis, Complacuitq; Ioas, ut instauraret domum Domini. Athalia enim destruxerat domum Domini, & de uniuersis, quæ erãt templũ Domini, ornauerãt fanũ Baalim. Senuit autẽ Ioiada & mortuus est, sepultusq; cum regibus in ciuitate Dauid.	40	220
D			Huc usq; reges Assyriorũ hystoria refert & fiunt anni M.C.XCVII.		
	IIII.	375	AMASIAS. Amasias filius Ioas XXV. annorum erat cum regnare cœpisset, & XXIX.		Con.
	III.	139	annis regnauit in Iherusalem. Nomen matris eius Iaiadan de Iherusalem, fecitq; bonum in conspectu Domini, sed non in corde perfecto. Cùm enim sibi uideret corroboratum regnũ, iugulauit seruos, qui occiderãt regem patrẽ, Idumæos occidit, Deos ipsorũ adorauit, ꝓpter quod & captus est à Ioas rege Israhel & ductus est in Iherusalẽ. Vnde rex tulit Thesauros domus regiæ, & filios eius duxit in Samariam,	29	249
			Vixit aũt Amasias postquã mortuus est rex Ioas Israhel XV. annis, recedẽsq; à Domino interfectus est in Lachis, & reportatus in equis sepult9 est in ciuitate Dauid.		
	IIII.	427	OZIAS, qui & Azaras, Omnis populus Iuda Oziam annorũ XVI. cõstituit regẽ pro pa-		
	III.	191	tre suo Amasia regnauitq; in Iherusalẽ LII. annis, Hic portam speciosam ædificauit,	52 uel 51.	Con. 201

Nomen

	D.	Ab initio.		Genuit	Vixit Con.
A			Nomẽ matris eius Iecholiah de Iheruſalẽ. Remus & Romulus generantur.		
	IIII.	443	IOATHAN. Anno ſecundo Phaſee	16	312
	III.	207	filij Romeliæ regis Iſrahel cœpit regnare Ioathan, filius Ozie regis Iuda, XXV. annorum erat cum regnare cœpiſſet, & XVI. annis regnauit. Nomen matris eius Ieruſah filia Sadoch, fecitq; quod erat rectum coram Domino. Dormiuitq; Ioathan cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid patris ſui, & regnauit filius eius pro eo.		Con.
	IIII.	459	ACHAZ. Anno XVII. Phaſee filij Romeliæ	16	333
	III.	223	regis Iſrahel: cœpit regnare Achaz filius Ioathan regis Iuda, XX. annorũ erat Achaz cũ regnare cœpiſſet, & XVI. annis regnauit in Iheruſalem. Hic non fecit rectũ in conſpectu Domini, ſicut Dauid pater eius, ſed ambulauit in uijs regũ Iſrahel, inſuper & ſtatuas fudit Baalim. Ipſe eſt qui adoleuit incenſum in Valle Ben. hinnom, & luſtrauit filios ſuos, in igne iuxta ritum gentium, tradiditq; eũ Dominus in manu Raſim regis Syriæ, qui percuſsit eũ, magnaq; prędа de eius cœpit imperio, et adduxit eam in Damaſcũ. Manib. ergo Phaſeæ Regis Iſrahel traditus eſt, qui occidit de Iuda CXX. millia uno die. Cœperuntq; filij Iſra-		
B			hel de fratribus ſuis CC. millia mulierum, puerorum & puellarum, & infinitam prędam, duxeruntq; in Samariam. Ea tempeſtate, erat ibi propheta Domini nomine Oded, qui egreſſus obuiã exercitui uenienti in Samariam dixit eis. Ecce iratus Dominus Deus cõtra Iudam, tradidit eos manibus ueſtris, & occidiſtis illos atrociter. Inſuper filios Iuda & Iheruſalem uultis ſubijcere uobis in ſeruos & ancillas, quod non expedit uobis. Peccaſtis enim ſuper hoc Domino Deo noſtro. Sed audite conſiliũ meũ, & reducite captiuos quia furor Domini imminet uobis. Steterunt etiam uiri de principibus filiorũ Ephraim cõtra eos, qui ueniebant à prælio & dixerũt eis. Non introducetis hos captiuos, ne peccemus Domino. Dimiſerũt itaq; uiri bellatores prædam & uniuerſa quæ cœperant, coram principibus. Steterũt autem principes, & apprehendẽtes captiuos nudos,		

C	D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.	
			ueſtierunt de ſpoliſs & calciauerunt eos. Cũq; refeciſſent eos cibo & potu, & adhibuiſſent eis curam, imbecillos corpore imposuerunt iumentis, & remiſerunt eos ad fratres ſuos. Venerunt quoq; Idumæi, & percuſſerũt multos ex Iuda & tulerũt prędam magnam. Philiſtiim quoq; cœperunt urbes Iudæ & habitauerunt in eis. Aſcendit quoq; Raſim rex Syriæ contra Iſrahel ad prælíandum, nec ualuerũt ſuperare eũ. Adduxitq; contra eũ Achas Teglad Phalaſar, regem Aſsyriorũ, qui ueniens debellauit Damaſcum, & uaſtauit eam, & tranſtulit habitatores eius in Cir, Raſim autẽ interfecit. Igitur Achaz ſpoliata domo Domini, & domo regũ & principũ, dedit munera Regi Aſsyriorũ, & nihil ei ꝓfuit, Auxit quoq; cõtemptum in Dominũ imolans diis Damaſcí uictimas. Direptis tandẽ omnibus uaſis domus Domini atq; confractis, clauſit ianuas templi, & ſtruxit ſibí aras ad cremãdum thus. Fuit etiã hic rex ſupra modũ ſtultus, & circa modũ ſuę utilitatis à ratione alienus. His itaq; rebus in Iudæa factis mortuus eſt cũ uixiſſet annis VI. & XXX Cuius filius Ezechias ſucceſsit in regnum. Eodem tẽpore mortuus eſt etiam Phacea rex Iſrahel, dolo cuiuſdã amici, nomine Oſee, qui tenuit regnũ annis VIII. fuitq; malignus Dei cõtemptor. Erat autẽ huic uiro natura benigna iuſta & ualde religioſa. Anno ſiquidẽ quarto Oſeæ cœpit regnare Ezechias filius Achas & Abiæ, qui ex genere fuit ciues. In regno pertinentes ad Iheruſalem, etſi longè minus quã Iſrahel, tamẽ extiterũt reges, q ſuis impietatib. Deũ grauiter offenderẽt, piorũ ſanè regũ merita illi in ꝑpetua laudãtur. In Iſrahel autẽ reges alios magis, alios minus, omnes tamẽ reprobos legimus.			
D			Remus occiditur.			
IIII.		488	Roma condita eſt.			
III.		252	EZECHIAS. Anno tertio Oſeæ filij Hela regis Iſrahel regnare cœpit Ezechias filius Achaz regis Iuda. XXV. annorum erat cũ regnare cœpiſſet, & XXVIII. regnauit in Iheruſalem. Nomen matris eius Abia filia Zachariæ. Fecitq; quod erat bonum corã	19 uel 8	333	

Domino

	D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
C			Domino, idola patris sui destruxit, ostia domus Dei quæ ille clauserat aperuit, serpentẽ æneum, quẽ Iudæi in Gabaon adorabant, comminuit & cõminutum sparsit. Itaq; post eũ nõ fuit similis ei de cũctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eũ fuerunt, dormiuitq; cũ patribus suis & sepultus est in Ierusalẽ, super sepulchra regũ.		Con.
	IIII.	543	MANASSES. Duodecim annorũ erat Manasses cum regnare cœpisset, & LV. annis	55 uel	417
	I II.	307	in Ierusalem regnauit, nomẽ matris eius Asiba, fecitq; malũ in conspectu Domini, Omnem militiam cœli adorauit & coluit. Excelsa quæ dissipauerat pater eius ædificauit, propter quod traditus est in manus regis Assyriorum, ductusq; in Babyloniã, positus est in uinculis, orauit Dominũ Deum suum, & egit potentiam ualde coram Domino, & exauditus, & liberatus est, & reductus est in regnũ suum. Post hæc abstulit Deos alienos, aras quoq; quas fecerat, proiecit extra ciuitatem. Dormiuitq;	56	
D			Manasses cum patribus suis et sepultus est in horto domus suæ.		
	IIII.	555	AMMON. Viginti duorũ annorum erat Ammon cum regnare cœpisset, & duobus annis	12	Con.
	III.	309	regnauit in Ierusalem, nomen matris eius Mescallemeth, fecitq; malũ corã Domino, sicut Manasses pater eius. Tetendẽrũtq; ei insidias serui sui, & occiderunt eũ in domo sua. Porrò populus occisis his qui occiderunt Ammon, constituerunt regem Iosiam filium eius pro eo.	11	319
	IIII.	587	IOSIAS. Octo annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, & XXXI. annos regnauit in	31 uel 32	Con.
	III.	340	Ierusalem, nomen matris eius Idida filia Adaiah, fecitq; quod placitũ erat corã Domino, & ambulabat per omnes uias Dauid patris sui. Octauo anno regni sui cœpit quærere diẽ patris sui Dauid, & mũdauit Iudã & Ierusalem ab excelsis & lucis, simulachrisq; & sculptilibus, cũctaq; delubra demolitus est. Excelsa quoq; quæ ædificauerat rex Salomon, & excelsa quæ ædificauerat Ieroboam rex Israhel. In diebus illis ascendit Pharao Nechao rex Aegypti, contra regem Assyriorũ ad flumen Euphratẽ, et abijt Iosias in occursum eius		450

C D. *Ab initio.* | & occisus est ab eo in campo Magedon, & asportauerũt eum in Iherusalem, & sepelierunt eum. Luxitq; eum omnis Israhel. Ieremias maximè, qui Lamentationes fecit super ipsum. | *Genuit.* | *Vixit.*

Reges Israhel | Heliseus propheta uocauit unũ de filijs prophetarum & ait illi, tolle lenticulã hãc olei, & uade in Ramath Galaad, & unge Iehu filium Iosaphat filij Namsi & dices. Hęc dicit Dominus. Vnxi te in regẽ super Israhel. Abijt ergo adolescẽs puer prophetæ, & fudit oleum super caput eius & ait: Hæc dixit Dominus, unxi te in regẽ super Israhel, et percuties domũ Achab Domini tui, & ulciscar sanguinẽ seruorũ meorũq;, & sanguinem omniũ seruorũ Domini & perdam domũ Achab, Iezabel quoq; comedent canes in agro Iesrahel. Serui autem Iehu hoc audito cecinerunt tuba & dixerũt. Regnauit Iehu: Coniurauit ergo contra Ioram. Porrò Iorã uulneratus â Syris in obsidione urbis Ramoth Galaad, reuersus fuerat in Iesrahel ut curaretur ibi. Achazias uerò rex Iuda descenderat ad uisitandũ Ioram, uenit aũt Iehu Iezrahel, Ioram hoc audito occurrit ei & uidens, quia nõ uenit pacifice, diuertit, Iehu uerò tẽdẽs arcũ, percussit eũ sagitta inter scapulas & corruit de curru suo & mortuus est. Achazias aũt rex Iuda uidẽs hoc, fugit in Magedo, ubi & ipse occisus est præcepto Iehu. | *Regnauerunt.*

D IEHV. *ipse homo.* Anno xi. Ioram filij Ahab regis Israhel et anno primo Ahazię super Iudæa, uenit Ieu Iesrahel, inuenitq; ibi Iezabel uxorẽ Achab, præcepitq; duob. Eunuchis & præcipitauerũt eã per murũ. Cũq; iſſent ut sepelirent eam nõ inuenerũt, nisi caluariã & pedes, & summas manus, dicẽs secũdũ uerbũ Domini. In agro Iezrahel comedẽt canes carnes Iezabel. Erãt autẽ Achab LXX. filij in Samaria, præcepitq; Iehu, & occiderũt eos optimates ciuitatis apud ꝙs mittebãt & capita eorũ in cophinis miserũt ad Iehu. Cultores etiã Baal inter tẽplũ omnes occidit, et ipsum Idolũ comminuit, & fecit latrinã in eodẽ loco. Dixitq; Dominus Iehu: Quia studiosè egisti pro Domino Deo tuo, usq; in quartã genera | 28

tionem

A | D. Ab initio. | tionē regnabit ſemen tuū. Porrō Iehu non ambulauit in lege Domini, nec receſsit à peccatis Ieroboā filij Nebath, dormiuitq; cum patribus ſuis & ſepelierunt eū in Samaria, regnauitq; Ioachas filius eius pro eo, Iehu occidit lorā præcipitauit Iezabel, occidit & Achaziā regem Iuda. Azahel rex Syrię percuſsit omnes fines Iſrahel à Iordane circa Orientem uſq; Galaad & Baſa. | Genuit. | Vixit.

IOACHAS. Anno XXIII. Ioas filij Ahazię regis Iuda regnauit Ioachas filius Ieu ſuper Iſrahel, XVII annis, & fecit malum corā Domino, ſecutusq; eſt peccata Ieroboā filij Nebath, & non declinauit ab eis. Iratusq; Dominus tradidit Iſrahel in manu Azahelis regis Syriæ, & in manu Benhadab filij eius cūctis diebus, deprecatus eſt autem Ioachas Dominum, & audiuit eū Dominus & liberauit eū de manu Syriæ, dormiuitq; Ioachas cum patribus ſuis & ſepelierunt eum in Samaria. | 17

IOAS Anno XXXVII. Ioas regis Iudę, regnauit Ioas filius Ioachas ſuper Iſrahel XVI. annis & fecit quod malū in conſpectu Domini, nec declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, dormiuitq; Ioas cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria cū regibus Iſrahel. | 16

B | IEROBOAM. Anno XV. Amaſiæ regis Iuda regnauit Ieroboā filius Ioas regis Iſrahel in Samaria, XLI. annos, & fecit quod malum eſt coram Domino, nō receſsit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabath, Ipſe reſtituit terminos Iſrahel ab introitu Emath, uſq; ad mare ſolitudinis, reſtituit quoq; Damaſcum & Emath Iuda in Iſrahel. Dormiuitq; Ieroboam cum patribus ſuis regibus Iſrahel. | 41

ZACHARIAS, *memoria Domini*. Anno XXXVIII. Azariæ regis Iudæ regnauit Zacharias filius Ieroboā ſuper Iſrahel VI. menſib. Fecit aūt ꝗd malū eſt corā Domino, ſicut fecerāt patres eius. Cōiurauit aūt cōtra eū Sellum filius labes, percuſsitq; eum palàm & interfecit, & regnauit pro eo. Ipſe eſt ſermo Domini, quem locutus eſt ad Iehu dicēs. Filij tui uſq; ad quartā generationem de te ſedebunt ſuper thronum Iſrahel. | Menſ. 6

SELLVM

D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
		SELLVM, *mutatio.* Filius Tabes. Anno XXXIX. Azariæ regis Iuda regnauit. Sellum filius Tabes in Samaria mense uno, & ascendit Manaen filius Gaddi de Thersa, uenitq; in Samariam & percussit Sellum & interfecit eum, regnauitq; pro eo.	Mēs. 1.	
		MANAEM, *mutatio.* Filius Gaddi Anno XXXIX Azariæ regis Iuda regnauit Manaen, super Israhel X. annis, fecitq; quod malum erat corā Domino, non recessit à peccatis Ieroboam. Veniebat autem Phul rex Assyriorū in Thersa, & dabat ei Manaen mille talenta, ut esset ei auxilio, & factus est ei tributarius per singulos annos, Reuersus est rex Assyriorum, & non est moratus in Thersa. Dormiuitq; Manaen cū patribus suis, regnauitq; Phaceiah filius eius p̄ eo.	10	
		PHACEIA, *mutatio.* Anno L. Azarię regis Iudę, regnauit Phaceiah filio Manaen super Israhel biennio. Coniurauit autem aduersus eū Phacea filius Remeliæ dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ, & cum eo L. uiros de filijs Galaaditarum, regnauitq; pro eo.	2.	
		PHACEA, *mutatio.* Filius Remeliæ. Anno LII. Azariæ regis Iuda regnauit Phacea filius Romeliæ super Israhel, XX. annis, fecitq; quod malū erat corā Domino, nō recessit â peccatis Ieroboam. In diebus Phaceę regis Israhel uenit Teglad Phalasar rex Assyriorum, & cœpit Galaad & Galilæam, & uniuersam terram Nephtalim & trāstulit eos in Assyriam. Coniurauit autem & tetendit insidias Osee filius Hela cōtra Phasee & interfecit eum regnauitq; pro eo, XX. anno Ioathan filij Oziæ.	20	
		OSEE, *Saluans, uel saluatus. Mutatio.* Anno XII. Achas regis Iuda, regnauit Osee filius Hela in Samaria super Israhel IX. annis fecitq; malū corā Domino. Contra hūc ascendit Salmanasar rex Assyriorū & factus est ei seruus Osee, reddebatq; ei tributa. Cumq; deprehendisset rex Assyriorū, quod Osee rebellare nitens, misisset nuncios ad Sore gē Aegypti, ne præstaret tributa regi Assyriorū sicut solitus erat, obsedit eū, & uinctum misit in carcerē, ascendensq; contra Samariam, obsedit eam tribus annis.	9	

Anno

A

D. Ab initio. | Ab initio reges Iuda

Anno IX. Oſee, cœpit rex Samariam & trāſtulit Iſrahel in Aſyriam, poſuitq; eos in montibus Medorum.

IOAZ, qui & Ioachaz. Mortuo Ioſia tulit populus terræ Ioachaz filium eius, & cōſtituit eum regem pro patre ſuo in Iheruſalem XXIII. annorum erat cū regnare cœpiſſet, & III. menſib. regnauit in Iheruſalē. Nomē matris eius Amuthal filia Ieremiæ Lobna, fecitq; malū coram Domino. Amouit autem eum rex Aegypti, cum ueniſſet in Iheruſalem, & fecit terram tributariam, cōſtituitq; regem pro eo Eliachim fratrē eius, & uertit nomen eius Ioachim, Ipſum uerò Ioachas, ſecū duxit in Aegyptū. Hic fuiſſe creditur de quo per Matheum dicitur, Ioſias genuit Iechoniam & fratres eius in tranſmigratione Babylonis 25. annorū erat Ioachim cū regnare cœpiſſet, & XI. annis regnauit in Iheruſalē. Nomen matris eius Zebudah filia Phadaia de Ruma, & fecit malū coram Domino ſicut patres eius. In diebus illis aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis & factus eſt ei ſeruus Ioachim III. annis, & rurſum rebellauit contra eū, ueniensq; Nabuchodonoſor uinctū cathenis duxit in Babylonē ſecundū quoſdam. Liber uerò regum dicit eum dormiuiſſe cū patribus ſuis, quia extra muros Iheruſalē in itinere occiſus eſt.

B

IOACHIM, qui & Eliachim & Iechonias. Tranſtulit quoq; Nabuchodonoſor partē uaſorum domus Domini, & multos ex Iudæis, inter quos etiā Ezechielē & Danielem, Ananiam, Azariam, Miſahelē: adhuc pueros, Regnauit autē Ioachim filius Ioachim pro eo, nec ultra reddidit rex Aegypti, ut egrederetur de terra ſua. Tulerat enim Nabuchodonoſor à riuo Aegypti, uſq; ad flumē Euphratem omnia, quæ fuerant regis Aegypti.

Hic Ioachim eſt Iechonias qui poſt trāſmigrationem genuit Salathiel.

IOACHIM, qui & Iechonias. Decem & octo annorum erat Ioachim cū regnare cœpiſſet & III. menſib. & X. dieb. regnauit in Hieruſalē. Nomē matris eiꝰ Nehuſtha filia

Elnathan

Genuit.	Vixit.	Regnauerunt à Dauid.
		Menſibus III.
		Con.
II	465	
Menſib. III.	dieb. XL	

C	D.	Ab initio.	Elnathan de Iheruſalem & fecit malũ coram domino, ſicut fecerant patres eius. Cumq; anni circulus uerteretur uenit Nabuchodonoſor cum ſeruis ſuis Iheruſalẽ, ut oppugnaret eam. Ioachim uerò accipiens iuſiurandũ, quod nõ noceret ſibi, nec ciuitati, egreſſus eſt ad eum, & mater eius & uxor eius, & principes eius, & ſuſcepit eum rex Babylonis VIII. ſiue IX. anno regni ſui, & nõ ſeruauit fidẽ, præcepit ipſum, & matrem eius, & amicos, & omnes fortes Iſrahel ad ſe ligatos adduci, & trãſtulit eos in Babylonem, & omnes fortes exercitus X. millia, & omnes artifices & inclu ſores. Aſportatis ſimul præcioſiſsimis uaſis domus Domini, conſtituitq; Mathaniam patruum eius pro eo, nominauitq; nomẽ eius Sedechiam.	Genuit.	Vixit.
	IIII.	609	SEDECHIAS, qui & Ioachim, & Mathanias. Sedechias qui & Mathanias filius Ioſiæ frater Eliachim, qui & Ioachim regnauit in Iheruſalem XI. annis uiginti & unius anni erat Sedechias cũ regnare cœpiſſet. Nomen matris eius Amuthal filia Ieremiæ de Lobna, & fecit malum coram Domino, nec erubuit faciem Ieremiæ prophetæ loquentis ad ſe ex ore Domini. A rege quoq; Nabuchodonoſor receſsit, qui adiurauerat eum per Deum. Cuius anno VIII. uenit Nabuchodonoſor in Iudæam, & obſeſſa eſt Iheruſalem uſq; in annum XI. nona die menſis. Cumq; uideret Sedechias urbem capiẽdam eſſe, fuga elapſus eſt. Quem perſequentes Babylonij compræhenderunt cum uxore ac filijs, & adduxerunt eum ad regẽ, in Reblata ubi ipſo Sedechia inſpiciente, filios eius & amicos iuſſit interfici, oculos uerò eius erui, ipſumq; uinctum in Babylonẽ duci, et uſq; ad finẽ uitæ Nabuchodonoſor in cuſtodia carceris includi. Miſit autẽ Nabuchodonoſor principem militiæ ſuę Nabuzardan in Iheruſalem, qui ueniens ſpoliauit templum, & ſuccendit illud menſe X. decima die mẽſis, â prima ædificatione tẽpli anno CCCC. XLIII. Nabuzardan, qui princeps militiæ	II	Con. annis.
D	III.	362				

regis

	D.	Ab initio.		Genuit	Vixit
A			regis, succenſo tẽplo & tranſmigrato populo, quaſdã reliquias ex pauperibus populi reliquit in Iudæa, ad excolendam terram, & perſoluenda tributa, præficiens eis Godoliam. Quem Iſmahel filius Nathanię de regio ſemine occidit, ſed & Iudæos & Chaldæos, qui erant cũ eo in Maſpha. Conſurgens autem omnis populus à paruo uſq; ad magnum, timentes Chaldæos propter necem eius facto, ſibi duce Iohanna, filio Careæ, fugerunt in Aegyptum ad Apryem regem Aegypti contra pręceptũ Domini. Ieremiam prophetam inuitum et renitentem, & contradicentem, cum diſcipulo ſuo Baruch ſecũ trahẽtes. Quinto autem anno Hebraicæ captiuitatis Nabuchodonoſor ſubiugatis Moabitis & Ammonitis perrexit in Aegyptum & ſubuertit eam, & reuerſus denuo, iudices duxit captiuos in Babylonẽ anno regni ſui XXIIII nullũ iam relinquens ex eis per quos excoleretur terra, nec aliã gentẽ imponẽs ſicut in Samaria, ideo deſolata eſt omnis Iudæa & templũ per annos LXX. omne aũt tẽpus à captiuitate Iſrahel id eſt, X tribuũ, uſq; ad duas tributũ in trãſmigratione fuit annorum CCXLV. menſium VI. dierũ X.		
B			Fiunt ſimul anni quatuor ætatũ ab initio mundi uſq; ad captiuitatem III. mille CCCLXXIIII. quam captiuitatẽ ante CLX. annos Iſaias prædixit.		
			Anni tranſmigrationis ſecundũ quoſdã à tertio anno Ioachim qui & Eliadrim, uſque ad uiceſimum annum Cyri regis Perſarũ. Porrò ſecũdũ alios à XIII. Ioſiæ patris Ioachim anno quo Ieremias prophetare cœpit, uſq; ad primum Cyri annum.		
			Octauo decimo anno regni Nabuchodonoſor templum incenſum eſt, ſuperuixit autem Nabuchodonoſor per euerſam Ieruſalẽ XXV. annis.		
	70	484	*Quarta ætas continens annos* CCCCLXXXVI. Secundùm alios uerò ab XI. Sedechiæ anno, uſq; ad ſecundum annum Darij regis Perſarum. Deſolationis uerò templi ſub Dario completi ſunt anni LXX. Huius rei teſtis eſt Zacharias propheta, ſecundo		

D. Ab initio.

Regnum Chaldæorum incipit.

anno Darij ſic dicens: Domine Deus omnipotens, quouſq; non miſereberis Ieruſalem & ciuitatibus Iuda, quas deſpexiſti. Genuit. Vixit.

Hic annus ſeptuageſimus eſt.

Nabuchodonoſor poſt II. annum uaſtationis Aegyptiacæ, qui eſt annus regni ſui XXVII. uidit ſomnium de ſtatua, quod interpretatus eſt Daniel. Poſtea facta ſunt omnia quæ leguntur de erectione ſtatuæ & trium puerorum in ignem immiſsione, & de ſecunda eius uiſione, quæ ſignificabat eius abiectionem & de omnibus per VII. annos, & de reuerſione eius denuò in regnũ, quę omnia certis annorũ ſpacijs nõ ſunt diſtincta in libro Danielis, regnaſſe tãtum illum annis XLIII. in cõmentario ſuper Danielem dicit Beat. Hieronymus.

MARODACH. Pater Nabuchodonoſor, qui ut ferunt Hiſtoriæ, regnum Aſsyriorum & Chaldæorum uniuit.

Neminem moueat quod nos dicimus Nabuchodonoſor uiſionem uidiſſe, anno regni ſui XXVII. cum Daniel dicat in anno II. regni ſui hoc factum eſſe, ſed ſciat iuxta Hieronymum, & traditionem Hebræorum, ſecũdum annum regni eius Danielem hic dicere nõ Chaldæorum & Iudeæ, quod iam diu tenuit, ſed quod multis barbaris nationibus poſtea deuictis, acquiſiuit, & hunc eſſe apud Danielem eundem ſecundum annum regni ſui, quem Ioſephus dicit ſecũdum uaſtationis Aegypti, alioquin nõ ſtabit, quod idẽ Daniel dicit, quod anno III. Ioachim, quẽ primũ annũ Nabuchodonoſor dicit, idẽ rex in Iudæã uenerit, translatisq; multis in Babylonem eundem Danielẽ & cæteros inde duxerit.

NABVCHODONOSOR. Iſaias dicit. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quã ſtirps inutilis. Hieronymus uidetur fabulæ conſentire, quã dicunt Iudæi, Nabuchodonoſor in ſtatum priſtinũ regreſſum, Euilmeradach filium ſuũ, qui eo interuallo regnauit, in carcerem miſiſſe, & eum ibi cum rege Ioachim in uita patris fuiſſe. Quo mortuo cum non auderet regnum ſuſcipere dicẽs. Pater meus quando uult 30

A | D. | Ab initio. | do uult moritur,& resurgit, consilio Ioachim CCC. aues,de diuersis mũdi partibus exquisiuit,& corpus patris in minucias discerpsit, & unicuiq; aui partem alligauit. Dixit enim Ioachim,cũ hæ aues simul cõuenerint,tunc pater tuus reuiuiscit. Hæc Megesteus in IIII. Iudicorum libro. | Genuit. | Vixit.

NABVCHODONOSOR. Tradit Iosephus quid, huius quoq; pater Nabuchodonosor dicẽs sic,XXI. annis regnauerit in Babylone. Quo defuncto iste Nabuchonosor regnauit XLIII. aut plus annis. Hic tantæ fuit fortitudinis,ut etiã Maiestenes in IIII. Iudicorũ libro nitatur approbare hũc regem fortitudine & actuum magnitudine Herculem transcendisse. | 43 |

II. | AMILMADABACHVS,qui et Euilmerodach.Secũdum Iosephũ. Post mortẽ Nabuchodonosor susceptit regnum Euilmerodach filius eius quẽ Iosephus Alminadapachum uocat, qui Ioachim de carcere subleuauit. Cui successit Balthasar frater eius iuxta Orosium & alios quosdam,sed Berosus genti,decem & octo annos secũdum aliam scripturam.

Historiæ scriptor & Iosephus aliter de

B | successoribꝰ.eius scribunt,à quibus & Beatus Hieronymus nõ dissentit, qui Balthasar filium Nabuchodonosor non fuisse dicit.Sic enim Iosephus scribit. Post mortẽ Nabuchodonosor Amilmadapachus succesit in regnum, qui regem Ioachim soluet à uinculis. Quo mortuo Egessarius qui & Neglisar successit in regnum.

Eo mortuo ad eius filiũ Naboſardachũ qui & Laborsedech, à quibusdam peruenit imperium,quod dum IX. mensibus habuisset, eo defuncto transijt ad Balthasar,

II | qui & Naboer nuncupatur.

EGESSARIVS,qui & Neglisar. XL. annis. Contra hũc regem castrametati sunt Cyrus rex Persarum, & Darius rex Medorum. Qui cum obsiderent eum, quadam nocte inter epularum conuiuia uidit manum scribentem in pariete, ut legitur in Daniele,& ipsa nocte capta est ciuitas & Balthasar occisus est. | Mens.8

C | D. Ab initio. | NABOSORDACHVS, qui & Laborsedech. Eusebius interpretum libro XXX. annos ab euersione Ierusalem usq; ad initiũ Cyri regis Persarum, Iulianus Affricanus LXX. cõputat. Porrò Hieronymus in expositione Prophetæ Danielis ita dicit. Tradunt Hebræi huiuscemodi fabulam usq; ad LXX. annum quo Ieremias, captiuitatẽ populi Iudæorum dixerat esse soluendũ, de quo & Zacharias in principio uoluminis sui loquitur, irritam putans Dei pollicitationẽ Balthasar falsumq; promissum, uersus in gaudium fecit grande conuiuiũ insultans quoddam spei Iudæorum & uasis templi, sed statim ultio consecuta est. | Genuit Mens. | Vixit

BALTHASAR, qui & Naboar. Hieronymus. Babylon Metropolis Chaldæorũ fuit, cuius muri XVI. passuum per quadrũ ab angulo in angulum, quod est similis LXIIII. millium sc. XLII leugis & duabus unus partibus tendebantur. Ibi turris III. passuum in altitudine, id est, duabus lengis abate in angustum coartata. Et quia ibi confusum est labium, Hebraicè Babel, Græcè dicitur Babylon. Ibi Nabuchodonosor rex potentissimus, qui inter cætera & Iudæam captiuauit. In cuius consolationem Isaias, illius desolationem longe antè prædixit sic, onus Babylonis &c. & alibi. Babylonis nomen, & ponam eam in possessionem eorum. Hieronymus. Nihil in ea modo est, nisi regia uenatio. Coctilibus muris post annos plurimos refectis inclusa. In medio eius latus serpẽtibus plenũ & arbusta, in quibus odibiles bestiæ & aues, & inhabitabilis est propter portenta. Quæ ciuitates apud Medos dicũtur factæ pro ea. Thesiphona & Seleucia. Omnes Historiæ cõcordant, q̃d occiso Balthasar nullus postea de semine Nabuchodonosor regnauerit. Deleta est omnis progenies per superbiã & impietatẽ patris. Ab Euphrate usq; Tygrim regio Assyriorum fuit, & quos antiqui Assyrios eos uocamus Syros, partem ponentes pro toto. | 17

D

• Regnum Assyriorũ à Nino captum ste-

tit

	D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
A			tit MCC.XL. annis, Chaldæi captiuãtur uel pro dæmonibus: ad Medos trãslatum est post annos sex.		
			DARIVS filius Astyagis primus in Perside regnauit. Hieronymus in expositione Danielis. Post Cambysem Ordemagum regnasse, qui Panthaten filiam Cambysis duxit uxorem, qui cum à VII. magis fuisset occisus, & in locum eius Darius successisset, eadẽ Panthathes nupsit Dario, et ea Xerxen filium genuit. Istum Daniel dicit fuisse filium Asueri, sic dicens. In anno primo Darij filij Asueri de semine Medorum, qui imperauit super regnũ Chaldæorum, anno uno, qui sicut dicit Hieronymus super Danielem, primus soluit Iudæorum, deinde Cyrus.		
			Cuius nepos eius ex sorore. Iosephus in XI. Primo imperij anno Cyri regis Persarum LXX. annus occurrebat captiuitatis, deditq; Cyrus ueniam Iudæis redeundi & templum construendi, & hoc Esaias prædixerat ante CXL. destructionis templi. Redieruntq; sub Zorobabel duce millia XLII. quadringenti XL. & cum mitterent templi fundamenta, prohibiti sunt à Samaritanis.		
D			Pythagoras clarus habetur.		
			Hic Aegyptum deuicit, Babylonem in Aegypto ædificauit.		
			CAMBYSES. Occiso Cyro à Thamyra Massagetarum Regina Cambyses filius eius ei successit in regnũ, & consilio Samaritanorum prohibuit reædificari templum, & intermissum est opus annis nouem.	*annis 8*	
			Statim Apollo occisus est.		
			Duo magi. Contigit eodẽ tẽpore proficisci Zorobabel ab Israhelis ad Darium, cuius anno II. reædificari cœpit templum qui regi quondam amicus extiterat, acceptaq; ab eo uenia reduxit à Babylone eũ Iesu magno sacerdote amplius quã quatuor mille millia & sexcenta uiginti octo millia, qui uenientes in Iherusalem cõstruxerunt altare in loco, in quo prius erat ædificatum, & hostias obtulerunt, deinde templum reædificantes consummauerũt.	*Darius Istaspis filius.*	

C	D.	Ab initio.	XERXES. Dario defuncto filius eius Xerxes regnũ ſuſcipiẽs uolũtatis patríę colẽdi Deum hęres apparuit, ſub quo etiã Eſdras etiam ſcriba primo, poſtea etiam Nehemias redierunt, murosq; ciuitatis reædificantes conſumauerunt.	Genuit. 20	Vixit.
			ARTABANVS. Hũc alíj Aſuerũ uocant.	menſ. 7	
			ARTAXERXES, qui & Macrobius id eſt Lõgimanus. Defuncto Xerxe regnũ ad filium eius Cyrum quem Græci Artha xerxem uocant, transferri cõtigit, ſub hoc contigit quod de Heſter & Mardocheo & Aman ſcriptum eſt.		
			XERXES alius qui & Cyrus.		
			SOGODIANVS uel Cocho.	Menſ. 2	
			Plato naſcitur.		
			Hypocrates medicus inſignis habetur.		
			DARIVS, qui et Nothus, Aegyptũ receſsit à Perſis.	annis	
			ARTAXERXES. Qui & Mnemon. Iſte Darij & Pariſandis filius. Cuius tempore hiſtoria Heſter ſcribitur & completur. Hunc LXX. Artaxerxem, alij uero Aſuerum uocant Hebræi.	19	40
D			Ariſtoteles auditor eſt Platonis.		
			ARTHAXERXES, qui & Ochus & Cyus dicitur. Iſte Aegyptũ ſuo iũxit imperio, Nectabano rege in Aethiopiã pulſo, Aegyptiorum regnum deſtructum eſt.		
			Plato moritur. Poſt quem Academiam Pſeuſippus tenuit.		
			XERXES, qui & Arſes Ochi filius. Quarto anno Ochi Alexdaner Philippi & Olympiadis filius XX. ætatis annũ gerẽs Macedonibus regnare cœpit. Hũc Tertulianus Argum uocat & dicit uno anno regnaſſe. Iaddus clarus habet, cuius frater Manaſſes templũ in monte Garizin conſtruxit.	4	
			DARIVS, qui & Melas. Hieron. Hunc 7. imperij ſui anno uicit Alexander & occidit.	6	
			ALEXANDER Macedo. Regnum Perſarum à Cyro primo rege inceptum, uſq; ad Alexandrũ magnum manſit 231. Alexandriam urbem condidit.		
			Qui ab Illyrico & Adriatico mari uſq; ad Indicũ Oceanũ & Phiſon fluuiũ non tã bellis, quam uictorijs cucurrit, & VI annis Europę partẽ et totã ſibi Aſiã ſubiugauit.		
			Hieronymus. Alexander rex Grẽcorum		

ſubuerſis

A | D. | Ab initio. | Genuit. | Vixit.

subuersis Thebisan Persas arma corripuit, & apud fluuiũ inito certamine Darij duces superauit, & tandem percussit. Postea uerò subiugato toto oriente moritur in Babylone, XXXII ætatis suæ anno XII. Imperij. Surrexeruntq; pro eo 4. duces, eius. Aegyptum tenuit Ptolemęus Lagi filius. Macedonas Philippus qui & arridens frater Alexãdri. Syriam Babylonem & omnia regna orientis Seleucus Nicanor in Asia regnauit Antigonus.

Antiochus Epiphanes filius qui & Philopater contra Iudæos dimicans.

Isidorum. Post LXX. annum ordinat annos Darij.

LXX. anno transmigrationis Iudith Historia scribitur.

EVSEBIVS. LXVIII. anno Iudaicæ captiuitatis, expletis XX. annis, Cyri Persarum primi regis qui & XXXI. anno supradictæ captiuitatis regnare cœpit, mortuo uerò Dario patruo suo, Medis & Persis plenè regnauit. Finitis quoq; VIII. annis, quibus Cambyses filius Cyri regnauit, occisisq; à populo duobus magis, qui mortuo Cambyse regnare pręsumpserant Persis. Darius filius Hisdaspis regnare cœpit, regnauit autẽ XXXVI. annis. Hic unus ex his, qui magos regnare coercuerunt. Cum autem esset priuatus, orauit Dominũ, si fieret rex omnia uasa Domini quæ Babylonia reperirentur, Iherusalem se remissurum, & templum reædificaturũ. Factus itaq; rex, Neemias unus ex Hebræis coram eo inuenta gratia eum admonuit ut uota ądimpleret. Hic igitur II. anno regni sui, q̃ erat 70. destructionis Iherusalẽ & tẽpli, q̃d Deo uouerat adimpleuit, sicut per ꝓphetas prædictũ fuit. Ergo uenia reædificandi templi sub Cyro exordiũ habuit, sed impediẽtibus inimicis imperfectũ, usq; ad Dariũ cuius regni anno II. à Zorobabel & Iesu cõstruitur, & IIII. ædificationis anno qui est Darij VI opus perficitur. Iuxta Iosephũ uerò anno VII. q̃ est Darij nonus cõsumatur.

B

A prima ædificatione templi sub Salomone usq; ad reædificationem sub Dario sunt anni DXII. iuxta Iosephum CCCC. L.

	D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
C	III.	432	TRANSMIGRATIO Babylonis. Dicũt quidam Iesum prælationem suã LXXIIII. anno desolationis templi, qui est VI. Darij finiuisse, cui numero adiunge XXVII. quibus Ioachim præfuit, ita ut ultimus sit primus Ioachim & Hebræis C. in quo Ioachim prælationẽ suam finiuit, sicq; in singulis numerorum lineis, subaudiendum est finiuit, secundùm hos dispositi sunt numeri isti.		70 annos.
	Ab initio sacerdotes				
	III.	436	IESVS, filius Iosedech. Præesse cœpit reædificato templo prius & præfuit. Ab hoc tempore apud Iudæos restituto templo non reges, sed principes fuerunt, usq; ad Aristobolum.	Post transmigrationẽ 74	16 præfuit.
	III.	462	Fil. IOACHIM, qui & Iosedech, præfuit XXVII. alij dicunt XXXVII. quem Iosephus Iudam uocat.	100	Con. 22
	III.	494	Fil. HELIASIP. XXII.	122	25 Con.
	III.	519	Fil. IVDAS, qui & Ioiada. 27. alij dicunt 25.	157	43 Con.
	III.	562	Fil. IOHANNES. XLIII. uel IIII. Huius frater Iesus, qui fiducia Vagosi regis, Ducis Arthaxerxis, qui promiserat ei principatũ sacerdotij, altercatus in templo aduersus fratrem, occisus est ab eo. Vagosus autem Iudæis tributa imposuit, qui prius sub Mardocheo liberi fuerant, & templum uiolauit.		
D	III.	612	Fil. IADDVS. Hic Iaddus habens Cydarim super caput eius, laminamq; auream & cæteri sacerdotes in bissinis stolis Alexandro obuiam processerunt. Alexander autem nomen Dei, quod in lamina aurea erat adorauit, de qua re stupentibus suis, Parmeno principi exercitus interroganti cur sacerdotem adorasset, inquit. Non hũc adorauí, sed nomen. Nam in Macedonia in huiusmodi habitu conspexi eum incitantem confidenter transire, secq; ducturũ, dixit, exercitum meum, & Persarum potentiam mihi traditurum.	250	17 Con.
	III.	629	Fil. ONIAS. XVII. Huius Oniæ tẽpore Ptolemæus Lagi filius Alexandriæ, post Alexandrum regnauit.	267	16 Con.
	III.	647	Fil. SIMON Iustus XVI. Huius tempore cũ iam regnaret Ptolemæus Philadelphus, moriente Simone Iusto, filius eius Onias	283	17 Con.

cũm

	D.	Ab initio.			Genuit.	Vixit.
A				cum esset infantulus principatũ sacerdotij susc̃ipere nõ potuit, pro quo Eleazarus, patruus pueri sacerdotium susc̃epit, quem Ptolemæus in multis adorauit. Eleazarus uerò ei LXXI uiros in lege doctissimos misit, qui totam legẽ per LXXII dies transtulerunt, prouisore eis apposito ex parte regis Demetrio Philosopho.		
	III.	662	Frat.	ELEAZARVS XVII. Anno CCCC. LXXXVI qui est Philadelphi XVII. defuncto Eleazaro principatum sacerdotij susc̃epit patruus eius Manasses frater Iaddi.	300	Con. 32
	III.	694		MANASSES frater Iaddi. XXXII.	343	20
	III.	703		ONIAS, IX. Onias filius Simonis Iusti fratris Eleazari paruulus mente, & auarus pecuniæ, uectigal sc. XX. talẽta, quod pars eius pro populo dabant, non reddidit, unde regem Ptolemæum ad iram prouocauit, cuius uxor erat regina Cleopatra.	332 341	Con. 12
	III.	715	Fil.	SIMON. Simon tres filios habuit Oniam, Iesum & alterum Oniam siue Ananiam, sed Onias senior in honore sacerdotij patri succ̃essit.	353	Con. 29
	III.	743	Fil.	ONIAS. XXVIII. Hic est Onias, ad quem Arrius rex Spartarum & Lacedæmoniorum epistolas misit, dicens, Iudæos & Lacedæmones ex uno genere Abrahæ descendisse.	382	Con. 29 præfuit annis.
B	III.	775	Frat.	Iesus qui & Iason, XXXI. Huic Iesu Antiochus Epiphanes, id est, illustris frater Seleuci filius Antiochi Magni, sacerdotium contulit, deinde abstulit.	70. 413	413 Con. 33
	III.	786	Frat.	ONIAS, qui & Menelaus. Siue Ananias, ut Iosephus dicit decem anni, secundùm quosdam, alij dicunt, quod post eiectionem, Oniæ sacerdotium nunc Iason Menelaus, nunc Lysimachus, nunc Alchimus sceleratissimè annis XII. usurpauerunt.	424 414	14
	III.	798		ALCHIMVS. Hic alienigena impius occiso Onia ab Antiocho Eupatore filio Antiochi, suadẽte Lysia sacerdotio succ̃essit, hoc diuinitùs percusso, deficientibus hæreditarijs succ̃essoribus omnium uoluntate Iudas Machabæus susc̃epit sacerdotiũ, & templum ab Antiocho pollutum, emũdauit ab idolorum sordibus.	424 428	4

IVDAS

	D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
C	III.	793	IVDAS, qui & Machabæus.	III. 421	9
	III.	812	Frat. IONATHAS.	XIX 450	8
	III.	820	Frat. SIMON.	VIII. 458	26
	III.	846	Frat. IOHANNES, qui & Hircanus.	XXVI. 484	1
	III.	846	Fil. ARISTOBVLVS. Regale diadema sibi imposuit contra fas, cùm non esset de tribu Iuda.	I. 485	27
	III.	874	ALEXANDER	XI. 521	9
	III.	883	ALEXANDRIA, mater. Hic à Parthica captiuitate reuersus ab Herode occiditur.	XXXIIII 555	31
	III.	917	HIRCANVS. Hic ab Aristobulo fratre suo iuniore expulsus, deinde à Pompeio & Scauro Syriæ ꝓcuratore restitutus, post XXXIII. annos, consilio Antigoni filio fratris sui Aristobuli, à Parthis captus, cui idem Antigonus aurem emordit, & pontificatum pro eo, annis ferè v. tenuit, quẽ Herodes in anno regni sui expugnata ciuitate, per Sosium Syriæ procuratorem, uinctum misit ad Antonium. Antonius itaq; cum Antigonum suscepisset, deliberauit eũ Romã ducere, & in Triumphũ reseruare, sed multis pecuniis ab Herode cõpulsus, in Antiochia iussu Antonij securi percussus est. Destituit autẽ hoc modo Asamonei principatus post CXXVII. annos.		
D			IESVS Christus filius Dei in Betlehem inde nascitur. Transijt autem principatus Iudæorum ad Herodẽ Antipatris filiũ, de familia popularí & genere priuato & subiecto regibus.		Post natiuitatẽ Christi.
		Ab initio.	HERODES. Postquam à Romanis rex declaratus est, regnauit XXXVII. annos, Post interitum autem Antigoni XXXIII. regno pleniter potitus. Vir crudelis quidem in omnes æqualiter ire subditus, à iustitia uerò effrenatus, fortuna ꝓpicia, super qualibet affluenter abusus, ex plebeo in regnũ assurgens, & pericula multa eludens, quibus sæpius fuerat circumscriptus, diuturnitate uitæ perfunctus est, in multis quidem secunda fortuna est usus, in rebus autem domesticis fuit infœliciſsimus.		


HERODES

D.	Ab initio.		Genuit.	Vixit.
III.	954	HERODES.	36	6
III.	963	ARCHELAVS.	8	15
			id est, usq; ad Augusti finem.	
III.	987	HERODES, Tetrarcha,	27	39
III.	994	AGRIPPA Herodes	7	47
IIII.	20	AGRIPPA rex.	26	72
		Hic Iudæorum regnum finitum est anno II. Vespasiani & Titi post natiuitatem Christi.		

FINIS.

BASILEÆ,
EX OFFICINA HENRICPETRINA, ANNO
SALVTIS NOSTRAE INSTAVRATAE
CIↃIↃ. LXXIX. MENSE MARTIO.




H P
C P